CONSILIORVM SEV RESPONSORVM,

D. MARCI ANTONII NATTAE

ASTENSIS IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, AC LONGE PRAESTANTISSIMI,

Tomus Quartus.

NVNC DENVO IN LVCEM EDITVS.

Cum Summariis & indice Verborum & Sententiarum magis memorabilium locupletissimo, ac plenissimo.

CVM PRIVILEGIIS.



Cum licentia Superiorum.

PARMAE, EX TYPIS SETH VIOTI.

M D LXXVI.

dicium habuisse, iuuat etiam repetere memoria, & assidua mente, animoq; reuoluere illius ingenij egregia facinora, quippe qui non minus doctè, quàm disertè, & elegenter suis in scriptis de animæ immortalitate disputauit, optimisq; argumentationibus ostendit, affici homines ex hisce literarum monumentis sempiterna prope gloria & immortali; sed quid queritis? in re tam plana manifestaq;, cum multa grauissimaq; testimonia possint adhiberi, quid opus est verbis? vix ac ne vix quidem tantum illius eximiæ laudis, & dignitatis, virtutis, & gloriæ non modo huiusce ætatis homines merito præconio celebrare; sed ne posteritas quidem omnis, satis pro magnitudine laudare, suscipere, ac admirari poterit, sed quia non est præsentis instituti nostri Nattæ laudes egregias recensere, quippe maiori otio sublimioriq; stylo pro magnitudine indigerent, nō comittam, vt nunc intempestiue me ad eas celebrandas aggredientem iure merito quis possit temeritatis, & impudentiæ accusare; sed potius, vnde discessit oratio, eò reuersus, vos etiam atq; etiam oratos velim eruditissimi lectores, vt eloquentissimi iurisconsulti reliquias, opus elegantissimum, & summa industria elaboratum, quodq; multorum commodis, & publicæ vtilitati subseruiat, qua mente quoq; animo res magnas soletis, & cum publica vtilitate coniunctas accipiatis, idq; interdum, abducto ab alijs curis, occupationibusq; animo, & si quando à cæteris rebus feriati estis, diurna, vel nocturna manu versetis. Nec ingrata (vt spero) erit lectio varia, elegans, atq; copiosa, & ex intimis Philosophiæ fontibus exhausta, quaq; abstrusi reconditiq́ legum sensus eliciantur, explicenturq; vetustorum auctorum testimonio, & auctoritate suffulti; ex his enim hic iurisconsultus delegit semper optimum, ac probatissimum quemq;, e quo optima, ac probatissima quæq; deprompta mirifico scribendi genere prosequererur, & illustraret, & si quis inde multa velit exhaurire, iam non se riuulos quosdam esse consectatum; sed fontes ipsos puros, ac liquidos exhausisse intelligat. Valete nobilissimi lectores, et munus, iam pridem à doctissimis iurisconsultis expetitum, ac efflagitatum a Cazolla vestro libentissimis animis accipite.

Valete Casali. Calendis Aprilis. M D L X X I I.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

Ac magis Singularium, quæ in hoc consiliorum D. Marci Antonij Nattæ Iurisconsulti præstantissimi volumine Quarto continentur.

F

Feudum

Hæres



Mandati

R

S

Saluus

Super-

FINIS.

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM PRAESTANTISSIMI, ATQVE CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI,

D. Marci Antonij Nattæ Patritij Astensis,

TOMVS QVARTVS.

In quo series numerorum posterioris Tomi continuatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum conditum in loco exempto sito intra territorium statuentis; an, & quando statuti solemnitate non seruata sustineatur.*

2 *Statutum puniens actum, non comprehendit personam nõ subditam in loco exempto delinquentẽ.*

3 *Exemptio in fauorem ecclesiarum inducta, non complectitur in ecclesia delinquentes.*

4 *Statuto fraus fieri non præsumitur à forense, & ciue nouello propter præsumptam statutorum ignorantiam.*

5 *Statuti solemnitas, vbi est nimis rigorosa, cautelis impune potest euitari.*

6 *Statutum non ligat forensem in loco exempto aliquid facientem; & quid in subdito extra territorium delinquente.*

7 *Locus exemptus, licet sit in territorio, non tamen est de iurisdictione ipsius territorij.*

CONSILIVM DCXLIII.



VLCHRA, & notabilis quæstio venit in medium, vtrum posterius testamentum Illust. quon. D. Renati Comitis Chialanth conditum in ciuitate Mediolani valeat non seruatis solemnitatibus, quas statuta præfatæ ciuitatis in testamentis cõdendis requirunt, attento, quod dictum testamentum conditum fuit per prælatum Comitem in monasterio San. Hieronymi, quod dicitur habere exemptionem, &
1 sic in effectu quæritur, vtrum † testamentum conditum in loco exempto sustineatur non seruatis solemnitatibus per oppidorũ, & ciuitatum statuta requisitis. In quo quidem articulo tam copiose, & abundanter scriptum fuit per præstantissimum Iuriscon. & Illust. Senatorem huius prouinciæ D. Rolandum à Valle collegam meum, vt nullus additioni locus esse videatur, collegit nanque accuratissime auctoritates antiquorum, & nouissimorum etiam Doctorũ ad hunc articulũ facientes. Veruntamen, & si intelligam operam meam non esse necessariam, at vt amico morem geram subscriptionem requirenti, & ne inconsulte, ac sine vllo gustu ad rem videar accessisse, paucis articulum ipsum perstringam. Concludo igitur, quod d. testamentum conditum in prædicto loco exẽpto valet, sicuti per præcedentem D. consultorẽ fuit conclusum, de quo videtur esse decisio Ang. cõsi. 253. Est quædã D. Margarita col. 2. vbi inquit, quod statutum simpliciter loquens sub obseruantia solemnitatis, quã exigit, & requirit in actu testandi, vel inter viuos disponendi, non vendicat sibi locum, nisi quũ dispositio celebratur intra territorium disponẽtis, ita quod in eo loco disponens habeat ius statuendi, vt. l. cũ vnus. §. pen. ff. de bo. auct. iud. possi. vt ibi per Bar. & in. l. cunctos populos. C. de sum. trinit. 2. Nec obstat secundũ eum tex. in. c. vt animarum. §. statuto de constitu. lib. 6. & in. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. quia ibi statutum diocesanum specialiter prouidebat de actu, & maleficio per subditum perpetrãdo extra diocesim statuentis, sed quando statutum disponit simpliciter, eo in casu non ligat subditum disponentem, vel delinquentem extra territorium disponentis; quia testamentum, & vltima voluntas confecta fuerint in loco exempto à manu, & iurisdictione statuentium, vt quia sit confectum testamentum intra clausuram monasterij, quod sit exemptum, testamentum valet; quia paria sunt simpliciter locum extra territorium esse, vel intra fines, sed ipsum esse exẽptum. l. relegatorum. §. si quis autem. ff. de interdic. & relega. c. 1. de priuileg. lib. 6. Et prædictam decis. Ang. refert & sequitur Ias. in. l. fina. col. 1. ff. de iuris. omn. iudi. & ibi Moderniores. Felin. in. c. graue. col. 3. de offic. ord. Et licet Ang. ibi dicat, quod prædicta opinio non transit sine periculo, tamen dici potest, quod casus, in quo Angel. consuluit, erat dubitabilis; quia loquebatur in persona subdita; vt verba illius ostendunt, & in persona subdita, quæ residebat in territorio statuentiũ non autem in persona subdita, quę testetur, vel contrahat in loco specificè exempto propter suspitionem fraudis, & propter alias rationes, quas deducit Fed. de Sen. in consi. inferius allegando. Sed nos sumus in persona non subdita, quo casu reliquitur extra omnem dubitationem iuxta inferius dicenda. Confirmãtur prædicta, ex eo, quod
2 voluit Fed. de Sen. consi. eius. 2. vbi quærit, vtrum † stante statuto Episcopi Senensis, quod quicunque luserit ad aleam, sit excommunicatus, vtrum subditus episcopi ludens in diocesi Senensi, & in loco exempto sit excomunicatus, & arguit ad partes, & tandem, licet concludat in persona subdita, quod sit excommunicata; tamen in persona exempta, quæ delinquit in loco exempto, vult excomunicationem non procedere, per text. in. c. 1. de priuilg. in. 6. Prædictam decisionem Fede. latius disputat Domi. in. c. vt animarum colum. 4. versicu. Quæro pone, quod stante de constitu. in. 6. vbi quærit, vtrum si quis delinquat in diocesi in loco tamen exempto, ligetur consti-

constitutione episcopi, & refert, quòd Ioan. Andr. dicit, quòd hæc quæstio fuit disputata per Ioan. Cald. & determinauit, quòd non ligetur per illum text. & per text. in c. cum episcopus. de offic. ord. eo. lib. & per glo. in clem. quamuis de fo. compe. quia locus extra diocesim, & locus exemptus intra diocesim æquiparantur, & ideo non incurrit in excommunicationem, induxit etiam text. in c. luminoso. 14. q. 2. c. 1. in fi. de stat. regu. eo. lib. & clemē. fi. de priuileg. per quæ patet, quòd exceptis quibusdā casibus nullam iurisdictionem habent episcopi in locis exemptis, & sic episcoporum decreta in illis locis non ligant, sed dicit Ioan. And. vt ibi refert Domi. quòd Marti. Sylla. disputauerat ante, determinans, quòd aut persona non erat exempta, sed locus exemptus, & ligabatur eius statuto; aut persona, & locus erant exempta; & tunc nō ligatur, sed dicit Ioan. And. quòd primum dictum sibi nō placet; quia licet delinquens non ligetur statuto, tamen poterit, si conueniatur coram episcopo domicilij puniri de illo delicto. l. 1. C. vbi de crim. agi. opor. & not. in c. fi. de fo. compe. Refert postea Domi. quòd Fede. de Sen. in præallegato consi. format istud dubium, & arguit pro, & contra, & tenet opin. Marti. Sylla. quia locus exemptus est in diocesi, & territorio episcopi, vt probatur in c. cum episcopus. de offic. ordi. eod. lib. quòd etiam ostenditur. quia si non esset de diocesi, frustra impetraretur priuilegium exemptionis, vnde non sequitur, locus exemptus non est subiectus episcopo, ergo debet æquiparari loco existēti extra docesim, secundū Calder. & datur instantia, nā epūs non potest sedere extra suā diocesim sine licentia habētis iurisdictionem in loco, vt in clemen. quamuis de for. compet. & tamen in loco exempto potest; quia sufficit solus consensus Abbatis, vt in d. c. cum episcopus. & in d. c. luminoso. Postea Dom. his relatis sequitur opinionem Calder. tanquam veriorem, & dicit, quòd ad hoc, vt quis per viam statuti liget aliquem, requiruntur duo, quòd statuens habeat iurisdictionem in loco, vbi dirigitur virtus statuti, & quod persona sit subiecta saltem ratione causæ propter quam vult illum ligare, quod autem requiratur iurisdictio in loco, probatur in illo tex. ibi quia extra territorium iusdicentis, &c. & quòd requiratur subiectio personæ, patet in c. ecclesia Sāctæ Mariæ. de consti. & in c. bene quidem. 94. distin. nec sufficit territorium, nisi etiam daretur iurisdictio in personam, contra quam dirigitur virtus statuti, vt probat tex. in d. c. ecclesia. & tex. in c. fin. de reb. eccle. non alien. nam licet laici habeant suam iurisdictionem in sua ciuitate, non tamen clerici ibi existentes ligantur eorum statutis propter defectum iurisdictionis, qua carent in personis eorum, sic est in proposito, quum exemptus sit exclusus à iurisdictione ordinarij, licet sit in eius diocesi, non igitur sequitur, quod ibi delinquentes subiiciantur eius statuto, & sic ibi deficit iurisdictio, nec per hoc remanebit delictum impunitum, quia poterit conueniri super hoc coram suo ordinario. Ecce quod Domi. ibi apertè sentit post Ioan. Calder. quòd vbi persona est exempta, nullo modo possit puniri ex statuto episcopi, si delinquat in loco exempto; quia duo requiruntur territorium, & iurisdictio in personam, licet in persona subiecta aliud tenere videatur. Hoc voluit pariter Calde. consi. 13. Contra Canonicum ecclesiæ de iudi. & for. compet. vbi vult, quod diocesanus non possit punire canonicum exemptum delinquentem in loco exempto. c. 1. de priuileg. in 6. vbi exemptus equiparatur extraneo, & ibi apparet, quòd non potest diocesanus exemptum punire, quum causa sibi non subiaceat, nisi quando delictum esset commissum in sua diocesi in loco non exempto. Et cum prædictis videtur etiam transire Petr. de Ancha. in c. postulasti. 4. q. de for. compet. vbi licet in persona subdita teneat opinionem Fede. tamen in homine exempto delinquente in loco exēpto sentit contrarium, quia homo exemptus æquiparatur extraneo, per text. in d. c. 1. de priuileg. in 6. Eandem sententiam tenet Andr. Sicu. consi. 4. Scribitur primo regum. 2. dub. lib. 1. vbi mētionem facit de his, quæ scribit Domi. in d. c. vt animarum, & eum sequitur. Idem etiam in persona non subdita amplectitur Feli. in d. c. grauε col. 3. Iaso. consi. 83. In casu præsenti colum. fin. lib. 1. & iste est punctualiter casus noster; quia sumus in persona forensi exempta à iurisdictione statuentum. Nec obstat prædictis text. in d. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. vbi iudex secularis punit in ecclesia delinquentem; quia responderi potest, prout respondet Angel. in præalleg. consil. 233. quòd ibi text. loquitur in statuto diocesano, quod specialiter prouidebat de actu, & maleficio per subditum perpetrādo extra diocesim statuen-

2 tis, vel responderi potest, quòd † exemptio inducta in fauorem ecclesiarum non complectitur eos, qui in ecclesia delinquunt. c. inter alia de immu. eccle. & ita respondet. Dec. in l. fin. col. 1. ff. de iurisdi. omn. iudic. & ante eum Alexand. consil. 111. ponderatis verbis inquisitionis col. 2. libr. 1. Non obstat, si dicatur fraudem adhiberi posse statuto requirenti solemnitatem in condendis testamentis, condendo ea in monasteriis ciuitatis; quia responsum est, & recte per præcedentem D. consultorem, quòd non est verisimile Illustrissimum D. testatorem voluisse fraudare statutum Mediolani cupiendo condere testamentum de iure communi, quia hoc facile potuisset consequi existens in patria, vel alibi, vbi seruatur ius commune. Alia etiam ratione ostenditur d. testatorem nullam fraudem facere voluisse statuto; quia

4 quum esset forensis, præsumitur illud ignorasse, quum ibi moram non traheret, sicut in fortiori casu dicimus in ciue nouello, qui parum versatus est in loco, quia in eo præsumitur ignorantia statutorum, secundum Bald. in repet. l. data opera. 10. colum. C. qui accus. non poss. per text. quem ad hoc reputat singularem. in l. qui cum vno. §. fin. ff. de re milit. & est etiam similis tex. in l. qui commeatu. eod. titu. & idem tradit Bald. in l. ius ciuile in fin. ff. de iusti. & iur. ponit Ias. in d. l. cunctos populos col. 7. C. de sum. trini. & fid. catho. & in præalleg. consil. 83. primo. dub. Et si velimus dicere, quòd ignorantia nō excusat forensem à nullitate actus; quia tenebatur inuestigare statuta loci, in quo contrahit, vel testatur, satis est in proposito, quòd non videatur dolum, vel fraudem vllam committere voluisse, sicut etiam excusatur in delictis inductis ex forma statutorum, vt ea ignorans secūdum ipsa statuta puniri non possit, attento, quòd propter ignorantiam dolus in eo cessare videtur, vt sentit Bart. in d. l. cunctos populos. colum. 6. versicu. Quæro quid in delictis, quem ibi sequuntur cæteri. Vlterius

5 pro responsione cōsidero, † quod solemnitas, quæ requiritur per statutum Mediolanense, est nimis rigorosa, & importuna, & pro hoc assumo, quod scribit Roma. in repet. authen. similiter. 34. speciali. C. ad l. falcid. vbi inquit, quòd ius ciuile addendo iuri diuino, & naturali habenti pro sufficienti numero testes duos, quum nimium addere voluerit addendo quinque, non dicitur ius diuinum moderari, immo potius eidem totaliter contradicere. c. nisi cum pridem. §. propter malitiam. de renunc. c. denique. 4. distin. vbi dicitur, qui nimis emungit, elicit sanguinem, & alibi dicitur, qui nimis est iustus, perit in sua iustitia. c. serpens de pœnit. distin. 1. & subdit Roma. laudando magis canones, quòd ius canonicum reprobauit rigorem iuris ciuilis, quatenus exigebat septem testes, approbauit tamen causam motiuam huius rigorositatis, quæ fuit, ne de facili falsitas committi possit, ideo non plene confidens in duobus testibus, adiecit in testamentis ad non pias causas præsentiam parrochiani, tanquam coram illis omnis fraus cessare præsumatur c. fin. de postul. c. denique. 14. q. vlti. Hæc eadem dicta ad verbum ponit Abb. in repet. c. cum esses. de testamen. ita quod necesse fuit, quòd vnus sumpserit ab altero. Si igitur ius ciuile visum fuit nimis rigorosum præfatis duobus Illustribus doctoribus addendo quinque testes iuri diuino, & naturali; quid dicendum de statuto Mediolanensi, quod in testamentis requirit, quod interueniant quinque testes, & tres notarij, qui omnes videlicet testes, & notarij, vel eorum maior pars cognoscant testatorem, cuius testamēti, imbreuiatura, super qua rogabitur testamentum, subscribatur saltem per duos ex testibus testatorem cognoscentibus, seu per duos pronotarios, aut unum ex testibus, & vnum ex pronotariis eadem die, qua rogatum fuerit testamentum, & post ipsas subscriptiones teneatur notarius subscribere ipsam imbreuiaturam cum signo tabellionatus, attestando etiam vidisse fieri præcedentes subscriptiones, & credatur subscriptioni ipsius notarij, quòd præcedentes subscriptiones factæ fuerunt, alias dictis solemnitatibus non seruatis non valet testamentum. Nonne ista solemnitas est nimis rigorosa, & excessiua? Ideo inferro, quòd etiam si Illustrissi. D. testator habuisset notitiam dicti statuti, potuit

tuit merito, vt euitaret d. rigorositatem, confugere ad monasteria exempta à iurisdictione statuentium, & ibi testari, nec propterea dicitur voluisse fraudem facere statuto, sed sibi ipsi cauere, ne aliquando, si quod ex præmissis omitteretur, corrueret testamentum, non enim dici potest fraudem facere voluisse statuto, qui cautius aliquid agit seruando iuris dispositionem, alias dicendum esset, quòd omnes cautelæ, quę tradunt Doctores, quamuis in legibus sunt fundatæ, essent legum fraudes, quod sibi ipsi repugnat; quia qui fecit secundum legem, dici non potest, vt fraudem legi adhibeat, & contra legem faciat, vt bene admonet Imp. in.l. in ciuilem. C.de fur. quòd curandum est, vt cautius negotiemur. Et quod istud sit verum, etiam demonstratur; quia solet testatores persequi faciliorem modum testandi difficiliori euitato, vnde videmus, quòd testamētum in scriptis hodiernis temporibus in vsu esse desiit propter difficultatem sigillorum, tot testium, & subscriptionum, & eorundem post mortem testatoris agnitionem, & confugiunt omnes ad nuncupatiuum testamentum, in quo testium tantum aures adhibentur. Itaque non potest dici hunc Illustri. Dom. testatorem fraudem commisisse, si faciliorem viam testandi quæsiuit. Et quòd in casu proposito non sit adhibita fraus statuto, illud etiam efficaciter ostenditur, nam fraus fit, legi vbicunque quis saluis verbis legis sententiam eius circumuenit.l.contra legem cum.l.seq. ff.de.ll.c.certum est de regu. iur. in.6. sed non fuit de mente statuti includere forenses testantes extra territorium, vt teneatur dictas solemnitates obseruare; quia de his, quæ foris sunt, nihil ad nos.c.gaudemus de diuor. statuta enim facta nō sunt pro forensibus, & istud etiam
6 patet; quia si statutum non potest ligare forenses extra territorium.d.l.fin. ff.de iurisd. omni. iudi.c.vt animarum.§.1.de consti. in.6. Imo nec etiam subditum extra territorium aliquid facientem, etiam si expresse hoc disponat, quasi potestas iurisdictionis non circumscribatur loco, secundum Bart. in.l.cunctos populos.8.q.C. de sum.trini. & fide catho. Anto. de Butr. in.c.à nobis. 1.col. fin. de senten. excommu. & Abb. ibi eum sequitur, & tenet hoc idem Abb. in.c.fin. vult. car. de for. compe. & Imo. consi. 128. In casu præmisso colum.2.& Dec. in.d.l.fin.ff.de iurisd. omni. iud. licet in subdito aliqui contradicant, non est dicendum, quòd statutum voluerit includere forensem, quum id non posset; quia nemo præsumitur velle, quod de iure est impossibile.c.à nobis de senten. excom. & tradit Bald. in.l. fin.§.in computatione in fi.C.de iur.delib. vbi inquit, quòd verba statuti non referuntur ad impossibilia ipsi statuenti, puta ad ea, quæ non sunt suæ iurisdictionis allegat in argu.text. in.l. qui tabernas.ff.de contrahen. empt. & tex. qui facit ad id, de quo non agitur, in.l.fin.ff.de iurisd. omni.iudi. allegat etiam not. per Bar.in.l.si quis sub conditione.ff. de condi.institu. Idem tradit Anto. de But. in.c.ecclesia San. Mariæ in fin. de constitu. & Roma. per multa iura consil. 299. In proposita consultatione colum.2.versi.2. quod nec principaliter. Non igitur potest dici præfatum Illustrissi. Do.testatorem circumuenisse statuti sententiam, quum de mente statuentium fuerit hunc casum nō includere tanquam ipsis impossibile, & licet præfatus D. testator non condiderit testamentum extra territorium, tamen satis est, quòd condiderit in loco exempto;
7 quia † locus exemptus, licet sit in territorio, non tamen est de iurisdictione ipsius territorij, vt dicunt Doctores, superius allegati, & tradit Cardina. in clemen. Archiepiscopo.§.1.q.4. de priuileg. Domi. in.c. cum episcopus. 4.notab. de offic. ordi. in.6. Paul. de Castr. consi. 187. Notandum est, quòd ista imperialis concessio colum. pen. versic. Secunda ratio libr. 2. Et volunt hoc Bald. Ange. Paul. de Cast. & alij communiter in.d.l.fin.ff.de iurisd. omni. iud. vbi illum text. dicentem, quod extra territorium iudici impune non paretur, extendunt ad locum exemptum. Prædicta conclusio tanto magis procedit, si teneremus, quod statutum ligare etiam non posset personam subditam aliquid facientem in loco exempto, vt tenent infiniti Doctores, quos latissime cumulauit præcedens. D.consultor, adeo quod hæc opinio videatur magis esse recepta, & frequentiori calculo maiorum nostrorum approbata. Sed quia sumus in forense, & sic in persona non subdita, res videtur carere omni difficultate. Ideo transeo in sententiam præfati Domi. consultoris, & quam in pręsenti casu circumspectis omnibus iustissimā, & ęquissimam esse arbitror. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum acquirens præsertim titulo non gratioso, potest vni tantum ex filijs assignare, etiam quod sit inuestitus pro se, & descendentibus suis masculis. & nume. 3.*

2 *Datio in solutum vices emptionis obtinet.*

4 *Verba narratiua principis testimonium faciunt meritorum, & fidem.*

5 *Clausula ad habendum, tenendum, & prout placuerit disponendum cum reseruatione aliquorum, quid importet?*

6 *Seniores iunioribus in electionibus, honoribus, & dignitatibus sunt præferendi, & qua ratione.*

7 *Primogenitus fruitur bonis omnibus primogenituræ subiectis, & de victu, & vestitu iuxta vires patrimonij, & dignitatem natalium habet fratribus prouidere, vbi ipsi aliunde non habeāt.*

8 *Alimenta iure sanguinis ex officio iudicis debita, non exhibentur his, qui habent aliunde vnde se alant.*

9 *Primogenituræ subiecta bona non comprehenduntur sub vniuersali hæredum institutione; remissiue; & sub nume. 10.*

10 *Voluntatis mutatio non præsumitur, vbi non appa ret expressa.*

11 *Primogenito per diuisionem bonorum feudalium non præiudicatur; remissiue.*

CONSILIVM DCXLIIII.



Vum controuersia alias orta esset coram Serenissimo Sabaudiæ Duce inter Illus. D. Philippum, & Claudiū fratres super feudis Raconisij, Moliabrunæ, & Caburri feci sex iuris allegationes super diuersis articulis concernentibus decisionem ipsius causæ sustinendo partes præfati D. Philippi primogeniti, quas iustiores arbitrabar, nunc iterū mouentur dubitationes. Et dicitur, ꝙ de anno. 1433. 22. Martij in castro Tononi. Dux Amadeus primā legitur fecisse infeudationē Caburri Ludouico naturali principi Achaiæ pro se, & descēdentibus masculis sub cōditionibus, & pactis quibus idē Ludouicus tenebat alia feuda, quę sunt pacta habilitationis, & qđ quilibet liberorū masculorū pro parte sibi contingente erga Ducē, & suos teneatur ad homagium, &c. & cum potestate, ꝙ Ludouicus, & sui prædicti possint disponere de d. feudo inter ipsos descendentes masculos, &c. Deinde ꝙ de anno. 1433. & sic de eodē anno die. 6. Iulij orta controuersia inter d.D.Ludouicum, & commune Caburri super præstatione fidelitatis fit trāsactio, cuius potissimū caput est, ꝙ Ludouicus non transferret castrum, villam, iurisdictionē, & imperiū dicti loci ēt in vltimis voluntatibus, nec sui successores transferrent ēt in aliquos descēdenes, nisi solummodo in vnum ex his, qui totale dominium dicti loci habeat, & illis deficientibus, ꝙ proximior, & antiquior solus succedat; nulla tamen hic facta mentione primogeniti. Ex quibus videtur inferri, quòd.d. feudum debeatur omnibus descendentibus masculis ex prouidentia primi acquirentis, ita vt inter eos diuidatur. Ad prædictum motiuum respondetur, quod
1 † licet aliquis inuestiatur pro se, & descendentibus suis masculis in perpetuum, quamuis attentibus verbis inuestituræ, & secundum iura communia omnes descendentes inuestiti qui essent in pari gradu æqualiter succederent, & feudum esset inter eos diuisibile.l.fin.C.de liber. præte. auth. in successione.C.de succes. & legi. c.mulier. & ibi

bi Bald. si de feud. fue. contr. & in c. 1. de gradi. succe. in eu. tamen pater, qui fuit primus acquisitor, ex quo sumus in feudo nouo, potest vni ex filiis assignare, vt ostẽsum latisime fuit in meo consi. edito in eademmet causa pro Dom. Philippo. quod incipit. in causa, & lite vertente, &c. vbi disputaui articulum ad vtranque partem, & conclusum fuit patrem id posse in feudo per eum acquisito, & vltra ibi dicta addo, quod eandem opinionẽ, tenet Matthæ. de Afflic. decis. 112. Inter D. Lauram colum. 2. & ex Modernis Doctoribus sequuntur Cæpo. & Goza. vt refert Craue. Modernus Doctor cõsi. eius. 135. quod incipit. Verba decreti, &c. Præterea alias considerabam, quòd d. feudum potest dici emptum; nam quum D. Ludouicus esset creditor de egregia pecuniarum summa d. Illustris. Ducis Amadei inuestientis. Item esset creditor eiusdem ratione legati sibi facti per Illustr. quon. D. Bonam de medietate suarum dotium, & mobilium, hæc omnia pro dicta inuestitura præfatus D. Ludouicus remisit, & sic d. feudum sibi pro præfatis creditis datum fuit in solutum per præfatum Illustrissimum. Do. Ama-
2 deum Ducem, que† sane in solutum datio vicem emptionis, & venditionis obtinet. l. eleganter in princ. ff. de pigno. actio. l. si prædiũ. C. de euict. l. 1. ff. pro empt. & l. fi. ff. ex quibus cauf. in posse. ea. Vnde succedit id, qđ Bal. scribit in. l. 1 in fi. ff. per quas person. nob. acquir. quòd
3 † vbi feudum non fuit gratis concessum sed fuit quæsitum ex re patris, qui illud recepit pro se, & filiis, potest pater vni filiorum assignare; quia illud feudum non competit filiis ex beneficio Domini concedentis, sed ex patris acquirentis beneficio, quod reuocari potest. Et cum Bald. tenet Corne. consi. 199. In præsenti consultatione colum. 18. lib. 12. & consi. 51. Videtur. 1. colum. 2. lib. 3. sequitur etiam Aret. in. l. apud Iulianum. §. si quis alicui colum. 2. ff. de leg. 1. dicens, quod vbi pater recipit feudum, vel emphyteosim pro se, & filiis exponens aliquid de suo, tunc videtur, quòd filij habeant feudum, vel emphyteosim non ex beneficio concedentis, sed ex tacita donatione paterna, & per consequens est reuocabilis, & ibi Aret. subdit in fin. quòd quando pater dedit pecuniã pro habendo feudo, vel emphyteosi resultat tacita donatio. Ita indubitanter dicendum, quando apparet ex forma concessionis, vel alio legitimo modo, quòd conceditur feudum, vel emphyteosis in personam filiorum contemplatione patris recipientis; quia quicquid datur filio contemplationis patris recipientis, profectitium est. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. l. fi. cum ibi not. C. de vsufru. Sed hic ex forma concessionis apparet concessionem esse factam contemplatione patris; quia vltra pecuniam datam facta fuit inuestitura ob seruitia, & merita præstita à d. D. Ludouico, & in hoc non est neces-
4 sarium aliud testimonium meritorum; quia † verba narratiua à tanto principe prolata fidem faciunt iux. not. per Bart. in. l. ambitiosa. col. 7. versic. Visis, & examinatis. ff. de decre. ab ord. facien. & est bona glo. in. c. pastoralis in verbo exonerare. de offic. delega. & tradit Bald. in rub. eo. tit. col. pen. quia pro iudice, & ꝑsona publica multum præsumitur. l. 2. C. de offic. ciui. iud. Secundo ostenditur ex verbis præfatæ inuestituræ. d. feudum Ca-
5 burri ad dictum. D. Philippum pertinere; nam, † ibi dicitur ad habendum, tenendum, & possidentum per d. feudatarium, & suos, & de illis inter ipsos prout voluerint disponendum, saluis tamen, & reseruatis infrascriptis, quæ nobis, & successoribus nostris reseruamus. Ecce qualiter conceditur aperte licentia disponendi de d. feudo. d. D. Ludouico feudatario nominatim, & expresse per Illustrissimum inuestientem inter suos tamen, & pro quibus acceperit inuestituram, & hoc factum est; quia. d. D. Ludouicus vtens potestate sibi concessa disposuit, vt primogeniti tantum ex se descendentes illud feudum haberent, & isto casu non est necesse, quod requiratur amplius licentia à Domino, quæ ab eo est concessa, vt videtur, & est casus in. c. 1. de feu. nõ haben. prop. natur. feud. & tradit Ange. in. l. cum essent. §. fin. per illum text. ff. de serui. rusti. prædio. Confirmatur hoc argumentum ex reseruationibus factis, quia concedit Illustrissimus inuestiens, quod feudatarius, & sui possint quoquomodo voluerint inter ipsos disponere, ita tamen, quod semper hi, in quos fiet alienatio, teneãt d. oppidum iure feudi, & quod homines ipsi subsint Principi, & soluant subsidia. Hæc enim reseruatio facit, vt in reliquis videatur concessa libera, & absoluta inter ipsos disponendi facultas quia quorundam exclusio, est aliorum inclusio. l. cum pretor in prin. ff. de iudi. & exceptio declarat, immo firmat regulam in casibus non exceptis. l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instru. l. nam quòd liquidè. §. penul. ff. de pen. lega. Confirmabam premissa in aliis meis allegationibus ex eo, quod tradit Bart. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. 8. q. ff. de verbo. oblig. vbi voluit, quòd fratres, quã do in instrumento diuisionis dicunt ad habendum, tenendum, vendendum, & alienandum, videntur sibi ipsis inuicem dedisse potestatem alienandi, adeo quòd fideicõmissum paternum censetur remisisse. Ita dicendum in proposito operari illa verba, ad habendum, &c. & de ipsis inter suos quicquid voluerint disponendum. Dicitur etiam pro responsione, quod dictum feudum Caburri fuit alteratum ex transactione facta cum hominibus dicti Caburri, prout sentit etiam Dom. motiuans, quia ibi. d. Ludouicus promisit pro se, & hæredibus suis transferre Castrum, villam, iurisdictionem, & imperium, nisi in vnum successorem, qui habeat totale dominium loci in solidum, & quòd proximior succedat in d. feudo, ita qđ nullo vnquam tempore non sit in dicto loco nisi vnus dominus, quæ verba sanè important quod imperium, & & dominium non diuidatur, sed spectat ad vnum. Et negari non potest, quin d. Ludouicus nõ seruauerit fidem, si disposuit, quod dictum imperium, & dominium loci transeat ad primogenitum, licet enim in d. conuentione non fuerit facta mentio vlla primogeniti, tamẽ satis est, quòd sit vnus tãtum ex descendentibus, & quòd elegerit primogenitum potius, quam secundo, & tertiogenitos,
6 hoc non debet nocere, sed potius iuuare; quia † primogeniti vt seniores, præsumuntur magis apti esse in administratione, quam fratres iuniores, nam qui est ętate maior, præsumitur maturitate sensus præstantior. c. nisi cum pridem. §. alia vero causa de renunt. & in eo maior rerum esse peritia. c. sciendum. 26. q. 4. & natura ita comparatũ est, vt iuniores pareant senioribus, hi præsint, illi subsint, secundum Philosophum, quem Alb. refert in suo dictionario in verbo senex. & regulariter in electionibus, honoribus, & dignitatibus seniores iunioribus præferuntur. l. fin. C. de tyro. libr. 12. l. semper. in princ. ff. de iure imm. l. 2. ff. de albo scriben. Et videmus in actu practico, ꝙ vbi inter fratres vni tantum iurisdictio, vel regnum defertur, primogenitus ad id destinatur. c. licet. & ibi Doct. de uoto. c. quã sit periculosum. 7. q. 1. tradit Oldr. cõsi. 94. Eleganter circa negotium, colum. 4. vbi ponit. Cur in regno statutum fuerit, ꝙ filij regum succedant, & inter eos primogenitus. Ex his tribus maxime fundamentis defendo feudum Caburri ad D. Philippum pertinere. Primo; quia vbi pater est primus acquisitor, potest illud feudum tanquam nouum vni filiorum ex eius descendentibus assignare, præsertim vbi pater acquisiuit titulo oneroso. Secundo, ex clausula ad habendum, tenendum, &c. quæ ponitur in inuestitura Illustrissimi Ducis Amadei. Tertio, ex transactione facta cum d. hominibus Caburri confirmata (si rectę memini) per Illustrissimum Principem.

Mouetur, & aliud dubium in motiuis, scilicet, quod primogenitura Racconisiij non videtur cõtinere præcipuũ, quod alij aduantagium vocant respectu redditum in fauorem primogeniti, contra secundo, & terriogenitos. Primo; quia verba primogenituræ hoc non habent, qđ tamen scriptum fuisset, si ea fuisset mens Principis, taquã dignum nota speciali. Respondetur, quòd istud de aduantagio Gallorum non fuit, (vt opinor) deductum in processu. Præterea non sumus in Gallia, sed in regione Pedementiuum, quæ vtitur iure communi, nec licet, quòd fit in vna pronuntia trahere ad aliam, nam vnaquaque prouincia abundat in sensu suo. c. certificari de sepul. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. de iure autem communi est
7 expeditum, quod primogenitus fruitur bonis, quę subiecta sunt primogenituræ. Est verum, quòd fratribus secundo, & tertio genitis tenetur suppeditare victum, & alimenta secundum facultatem patrimonii, & dignitatem natalium, secundum Io. Andr. & Abba. in. c. licet de vot. & Feli. plene in. c. prudentiam colum. 3. ff. de offic. delega. & scribit Matth. de Afflic. in suis decisionibus, quod vbi viuitur iure Francorum primogenitus tenetur suppeditare fratribus victum, & militiam, qđ tamen est intelligendum, quando fratres egent; nec aliunde

8 de viuere possint; quia vbi † alimenta debentur ratione sanguinis ex officio iudicis, non tenetur quis ea præstare, vbi quis aliunde de suo habet. l. si quis a liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnosc. trad. Bart. in l. libertis. §. manumissis. ff. de alim. & ciba. lega. & dicit Alexã. consi. 48. Viso statuto colum. 2. lib. 3. quod de iuris dispositione alimenta non constituuntur illi, qui habet aliunde, vnde sibi prouideat de alimentis. l. si quis a liberis. §. alimenta. & l. qui filium cum ibi not. in glo. vbi pup. edu. debe. & idem tradit Alexan. consi. 72. Viso processu in quarto princip. arg. lib. 5. vbi etiam adducit Paul. de Cast. in l. diuortio. ff. solu. matrim. Et in terminis hoc tradit Marti. de Laude in suo tracta. primogenituræ colum. 6. versic. Vltimo quæro, an primogenitus, vbi inquit, quod, illud, quod dicitur, quod primogenitus tenetur ministrare fratribus vt possint honestam vitam ducere, est verum, nisi alii fratres habeant aliunde, vnde possint honorabilem vitam ducere, est arg. l. si quis a liberis in gloss. in verbo liberorum. ff. de alen. & agno. liber. & a cessante ratione deducta per Hostien. & Io. And. in d. c. licet de vot. In casu autem nostro filij dicti Lodouici constituentis primogenituram, secundo, & tertiogeniti habuerunt alia bona, quæ non erant primogenituræ subiecta, & eorum nunc descendentes illis potiuntur, vt patet ex eorum dimissione. Non obstat aliud, quod deducitur in motiuis, quod Lodouicus primus inuestitus, & qui primogenituram dicitur obtinuisse, dubium hoc declarauit suo testamento, in quo hæredes instituit vniuersales duos eius filios masculos æquis portionibus; quia respondeo, quod

9 † illa institutio vniuersalis nõ trahitur ad bona iam subiecta primogenituræ, in quibus ius fuerat quæsitum primogenitis etiam nõdum natis, vt docui late in aliis allegationibus, quæ incipiunt superioribus mensibus, primo dub. & propterea non est dicendum, quod ius iam quæ-

10 situm prædictis primogenitis reuocauerit, quia † mutatio voluntatis non præsumitur, nisi id euidenter appareat. c. maiores in fin. de baptis. l. cum tacitum. ff. de pba. l. cum hic status. §. ait oratio, ibi si appareat defunctum euidenter reuocasse voluntatem. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et vlterius, quod dicta institutio non trahatur ad bona primogenitis competentia, quæ ex contractu paterno, & beneficio domini concedentis debentur filiis, vt filijs, non autem filiis vt hæredibus, vult Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & Bart. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. & l. si non sortem. §. si libertus circa finem. ff. de cõdi. indeb. & in l. quod dicitur. & ibi Alex. & Moder. ff. de verbo. oblig. quas auctoritates antea etiam adduxi, quæ decidunt præsentem casum. Et ex prædictis colligitur responsio, si dicatur patrem potuisse ius primogenituræ reuocare, quia non constat, quod voluerit reuocare, & illa institutio vniuersalis non trahitur ad bona primogenituræ. Præterea potest dici, quod quia ius primogenituræ fuerat constitutum principis auctoritate, non potuit sine principis consensu reuocari, vt conclud. Lud. Bolo. consi. 62. Martinus, & Maria. primo dub. refert, & sequitur Andr. Tiraq. excellens doctor Gallicanus in tract. suo primogenituræ. 8. q. princip. vbi confirmat hoc ex his, quæ scribit Paul. de Castr. consi. 164. In præsenti causa colum. 7. versic. Sed nos loquimur libr. 2. & istud sit dictum ex abundanti, quia prima responsio sufficit. Non obstat, quod dici-

11 tur † de diuisione facta inter dictum Franciscum, & Ludouicum filios dicti Ludouici primi inuestiti, quæ præsefert eandem æqualitatem; quia ad hoc patet responsio ex his, quæ dixi in aliis allegationibus, quæ incipiunt in causa, & lite vlti. dub. vbi ostendo non fuisse derogatum iuribus primogenituræ per dictam diuisionem; quia non constat, quod dictus Franciscus, cui vt primogenito ius competebat in solidum in præfatis oppidis habuerit scientiam iuris, sibi competentis, & iuri, quod quis ignorat, non videtur renunciatum, & quod ignorantia præsumitur in his, quæ gesta sunt ab antecessoribus, & quod dicta diuisio præsumitur potius errore facta; vnde posset etiam per ipsum diuidentem retractari, vt latius hoc deduxi, vbi etiam respondeo ad quædam, quæ in contrariũ possent allegari. Amplius etiam dixi, quod dictus Franciscus primogenitus dicti Lodouici primi inuestiti non potuisset ius primogenituræ repudiare expresse in præiudicium aliorum primogenitorum subsequentium, nec etiam in præiudicium communitatis, & hominum, ad quorum preces ad eis fuerat concessum, quum expediret ipsis vnum habere dominium, & nõ plures, prout prędicta omnia iuribus, & auctoritatibus late firmaui, & ad ea, quæ ibidem sunt dicta, me remitto. Adde tamen Marti. Laud. in suo tracta. primogenituræ colum. 7. versic. Quæro an primogenitus, &c. vbi vult. post Oldr. quod primogenitus non possit subiicere ius primogenituræ alteri regno in præiudicium aliorum descendentium, per text. in c. dilecti de maio. & obed. & c. intellecto de iureiur. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

2 *Relictum sub titulo legati instrumento donationis inter viuos factum, an censeri debeat donatio, vel legatum, & nu. 3. & 5.*

3 *Donationis appellatione non continetur donatio causa mortis.*

4 *Donatio. Ad iudicandum, an sit donatio inter viuos, vel causa mortis, (quando sumus in dubio) recurritur ad numerum testium adhibitorum.*

6 *Reseruatio vsusfructus habetur loco traditionis, et translationis dominij, vbi autem est concepta sub causa, vel commemoratione legati, legatum adhuc remanet reuocabile.*

7 *Testator vbi legat fundum, & inde tradit, vel donat, præsumitur donare causa mortis, adeo quod legatum adhuc sit reuocabile.*

8 *Donatio causa mortis per traditionem, & vsusfructus reseruationem non impeditur, quin reuocari possit.*

9 *Legatum etiam traditione, & vsusfructus reseruatione valatum potest reuocari.*

10 *Donatio facta absenti, & ignoranti nemine pro eo acceptante, & recipiente non conualidatur nisi ratificatione subsecuta.*

11 *Iuramentũ est stricti iuris, & non extenditur vltra expressa, etiam quod sub lata significatione vocabuli venire possent.*

12 *Contractus potest fieri in actu vltimæ voluntatis, et econtra actus vltimæ voluntatis in contractu.*

13 *Pactum, & promissio ad alias personas non extenduntur.*

CONSILIVM DCXLV.



PRo resolutione motiuorum traditorũ per magnificũ Domin. Iudicem super controuersia, q̃ nunc vertitur in splendida ciuitate Mediolani inter not. fratres de Gaspardonibus, & litis consortes appellãtes ex vna, & vendi. dominos fratres. San. Crucis appellatos ex altera. Animaduerto, quod not. Bernardinus de Platea, ex condominis Gabagnolii faciens donationem omnium bonorum mobiliũ, & immobiliũ Catherinæ eius vxori reseruauit a dicta donatione petiam quandam vineatam sub suis coherentiis, quam dicit se legare vend. D. fratribus. San. Crucis post mortem ipsius cũ onere celebrandi

1 quasdam missas. Dubitatur modo, an † illud, quod dictus Bernardinus dicit se legare dictis fratribus, sit donatio pura inter viuos, vel legatum; & effectus est magnus; quia si est donatio, non potuit reuocari. l. fin. C. de dona. l. perfecta. C. de dona. quæ sub mo. secus autem si est legatum, quia ambulatoria est voluntas defuncti etiam in legatis, vsque ad supremum vitæ exitum. l. 3. §. fin. cum. seq. ff. de adim. lega. Et teneo indubitanter, quod sit legatum, & per consequens potuerit reuocari. Primo, quia hoc Bernardinus clare exprimit, dicendo se legare d. fratribus San. Crucis, vnde non potest dici, quod voluerit donare inter viuos, quum aliud sit donatio, & aliud

legatum, vt patet ex diuerſitate titulorum; quia alius eſt
titulus in C.&.ff.de dona. & alius.de lega.& diuerſa etiã
ſunt nomina; Vnde etiam differentes inter ſe cenſentur.
l.ſi idem.C.de codic. & patet etiam ex eo, quia inter vi-
uos propriè ſumpta eſt, quando aliquid datur vt ſtatim
fiat accipientis.l.1.ff.de dona. ſed legatum eſt donatio
quædam, à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.§.1.
Inſtitu. de lega. &.l.legatum.1.ff.de lega.2. Et ſic licet
legatum ſit donatio, non eſt abſolute donatio; ſed ſecun-
dum quid; & ideo impropriè eſt donatio, nam vbi ali-
quid non eſt ſimpliciter tale, ſed ſecundum quid, eſt im-
propriè tale, glo.in clem.1.in verbo, aut eorum parte.de
for.compe. verba autem ſecundum proprietatem verbo-
rum ſunt intelligenda. l.non aliter.ff.de lega.3.& pro-
2 pterea † appellatione donationis non venit donatio
cauſa mortis.l.ſeia.§.fin. ff.de donatio. cauſa mort.l.fi-
liusfam.§.ſed enim meminiſſe oportet.ff.de donat.quan
3 tum ergo minus dicendum eſt, quod † appellatione le-
gati veniat donatio inter viuos non accedente nominis
ſimilitudine. Item quod voluerit tantum legare, non
autem donare oſtenditur ex eodem, quod confert
poſt mortem illud, quod legat, quod eſt proprium de na
tura legati. Item addidit annuum onus miſſarum pro ani
ma, quod licet fieri poſſit inter viuos, tamen communi-
ter ſolet fieri in vltimis voluntatibus, & validum eſt ar-
gumentum à communiter accidentibus, glo.in.l.neque
natales.C.de proba. Et multum etiam me mouet, quia
in prædicto inſtrumento adhibiti fuerunt quinque teſtes
ſicut conuenit in diſpoſitione legatorum.l.fin.C.de co-
dic.vnde iudicandum eſt adhibitos fuiſſe ad validitatem
prædicti legati, nam quantum ſit ad validitatem dona-
tionis inter viuos duo teſtes ſufficiebant, aut ad ſummum
tres.c.in omni negotio de teſtib.l.vbi numerus.ff.eod.
titu. Eſt iſtud fundamentum quinque teſtium habeo pro
efficaci fundamento ad iudicandum, quod illud fuerit le-
gatum, ſicuti verba ſonant; talia enim ſunt ſubiecta, qua-
lia prædicta demonſtrant.l.qui vinum & ibi Iacob.Are.
ff.de vin. trit. & oleo leg.l.3.& ibi Bart.ff.de fun. in-
ſtruc.l.1.§.ſi quid ſub conditione.ff.vt lega.nom.caue.&
eſt caſus in.c.inter dilectos.§.cæterum de fid.inſtru.vnde
4 videmus in propoſito, quod † quando dubitatur an ali-
quis voluerit donare inter viuos, vel facere donationem
cauſa mortis, quia verba ſint ambigua, tunc ſi adhibiti
ſunt quinque teſtes maximum eſt argumentum, quod ſit
donatio cauſa mortis, quæ teſtimonium quinque teſtium
ad ſui validitatem requirit.l.fin.C.de dona.cauſ.mor. &
d.l.fin.C.de cod. vt Soci.ſcribit conſi.232. Multum ele-
ganter colum.1.lib.2. vbi adducit not.per Pet.& Cyn.in
l.licet.C.de pact. & idem dicit Corne. conſi.126. Licet
in hac conſultatione colum.2.in.3.fundamento libr.1.
Iaſ.conſi.6.pro veritatis, & iuſtitiæ colum.4.lib.3. De-
ci.conſi.305. Iuridicam eſſe arbitror, in fin. Si ergo iudi
candum eſt, vbi adhibiti ſunt quinque teſtes donationem
potius eſſe cauſa mortis, quàm donationem inter viuos;
& ideo d.donationem cauſa mortis eſſe reuocabilem nu-
da pœnitentia, prout eius naturæ conuenit.l.non omnis
5 in princ.ff.de cert.pet.§.1. Inſtit. de dona.Cur, † non idẽ
dicendum in legatis, quandoquidem donatio cauſa mor
tis redacta eſt ad naturam legatorum. d.§.1.Inſtitut. de
dona.l.Marcelus.§.Paulus.&.l.ſi debitor.in fi.ff.de do-
na.cau.mor. Ex iſtis diligenter conſideratis, iuncto etiã
eo, quod infra ſubiiciam, neminem ſani capitis eſſe arbi-
tror, quin iudicet iſtud, de quo quæritur, eſſe legatum, nõ
autem donationem inter viuos. Solum difficultatem in-
gerere videtur, quod D.Bernardinus reſeruauit ſibi vſum
6 fructum d. vineæ legatæ, † & reſeruatio vſufructus ha-
betur loco traditionis, & tranſlationis domini.l.ſi quis
argumentum.§.ſed & ſi quis.&.l.quiſquis.C.de donat.
Sed reſponderi poteſt ex his, quæ tradit Bar.in.l.legatũ.
1.ff.de lega.Secundo nam Dyn.ibi vult, quod quando te-
ſtator promiſit, vel tradidit legatario in vita rem legatã,
tranſeat à ſpecie legati ad contractum donationis inter
viuos, ita quod reuocatio ceſſat, & falcidia. Sed Bart. ibi
intelligit dictum Dyn. quando teſtator promiſit, vel tra-
didit rem legatario abſolutè, ſecus ſi promiſit, vel tradidit
ſub cauſa, vel commemoratione legati, quia adhuc rema-
net legatum.l.3.ff.de liber.lega. & adhuc reuocari pote-
rit.l.cum quis decedens.§.1.ff.de leg.3. Limitatur enim
promiſsio, ſeu traditio ſecundum naturam legati præce-
dentis.l.1.§.ſi quis ſub conditione.ff.vt leg.nom.caue.&
cum hac diſtinct.Barto.tranſit ibi Bald. & Cuma. Sed in
propoſito.D.Bernardinus tradidit poſſeſsionem rei lega
tæ per reſeruationem vſusfructus ſub cauſa, vel comme-
moratione legati, quod patet ex verbis poſitis.in d.in-
ſtrumento ibi. Quam petiam legauit D.Bernardinus fra
tribus San.Crucis, videlicet poſt mortem D.Bernardini,
& non aliter, ita & taliter, quod habeat, & habere debeat
vſumfructum d.petiæ toto tẽpore eius vitæ, & poſt mor-
tem ipſius D.Bernardini ſit d.fratrum. Ecce qualiter d.
traditio, quæ inſurgit ex d. reſeruatione vſusfructus,
eſt ſub cauſa, vel commemoratione legati, nec dici aliter
poteſt, præſertim quum d.reſeruatio vſusfructus ſit facta
in eodẽ actu legandi, nam quæ incontinenti fiunt, ineſſe
videntur.l.lecta.§.dicebam.ff.ſi cert.peta.& ſic ibi eſt de-
ciſio ſubſtantialis.q.noſtræ. Et ſi conſiderentur verba ſu-
pra nominatorum Doctorũ in.d.l.legatum, ipſi loquun-
tur in caſu dubio, quando poſt factum legatum facit tra-
ditionẽ rei legatæ ex interuallo, quia tunc eſt conſideran
dum, an d.traditio fuerit facta abſolutè, an vero ex cauſa,
vel commemoratione legati, ſed quando in eodem actu
legandi fit traditio non poteſt eſſe dubium, quin tradi-
tio fiat ex cauſa legati proximè præcedentis; ſed in caſu
noſtro res adhuc eſt clarior; quia etiam ex verbis D.Ber-
nardini apparet traditionem fuiſſe factam ex cauſa; & e-
tiam ſub commemoratione legati. Prædicta tanto for-
tius procedunt ſi teneamus, id quod ſcribit Bald. in.l.2.
7 col.pen. C.de iure. dot. vbi † quærit ſi teſtator legauit
fundum, deinde donauit nõ facta mentione mortis, vtrũ
præſumatur donare inter viuos. Et primo dicit videri,
quod ſic.l.ſeia.ff.de don.cau.mort. Contrarium dicit ve-
rius, quia talis præſtatio habet tacitam relationem ad
legatum in quo requiritur mors teſtatoris. Vnde potius
videtur præuenire teſtator in præſtatione legati præceden
tis, quam inter viuos donare.l.Lucius.1.ff.de legat.2.&
quod not.in.l.legatum.eo.tit. Idem voluit Bald.in.l.1.
verſic.extra vlterius not.C.ſi quis omiſ.cau. teſtamen.
dicens, ſi teſtator primo legauit, & poſtea tradidit, aſſumit
ſibi legatum naturam donationis cauſa mortis, allegat
text. in.d.l. Lucius.1.& not. in.d.l.legatum. Pro hac
opinione videtur text. in.d.l.datũ.C.de leg.vbi dicitur,
quòd datum legatum adimi, pure, vel ſub conditione
placuit; intelligendo verbum datum de datione facta in-
ter uiuos, prout etiam accipitur in.l. filia legatorum.C.
eo.tit. nam intelligendo de datione facta in vltima vo-
luntate per verba do, lego, ille tex. eſſet de indubitabili,
contra.l.quod Labeo. ff. de carbo. edic. Confirmantur
præmiſſa ex eo, quod tradit Pet. de Anch. conſi.76. Per
modum conſilii roborando.colum.1.verſic. Sed ad hoc
8 dubium, vbi inquit, quod † ſtipulatio de dando, vel tra-
dendo id, quod donatum eſt cauſa mortis, non impedit
dictã donationem ex pœnitentia reuocari, imò nec tra-
ditio; nam ſtipulatio, quæ interponitur ſuper aliquo con
tractu, ſiue diſpoſitione, aſſumit eius naturam, & ſecun-
dum illam regulatur.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.l.1.§.ſi quis
ſub conditione.ff.vt.leg.nom.caue. Quum ergo princi-
palis contractus fuerit ſui natura reuocabilis per pœni-
tentiam, ergo ſimiliter ſtipulatio, quæ ſibi accedit, vide-
tur habere eandem naturam reuocabilem, & tacitam con
ditionem, quòd promiſit tradere, & dare, niſi pęniteat.
hæc ibi Pet. de Anch. Et vltra eum, quòd ſi in donatio-
ne cauſa mortis interueniat traditio, vel reſeruatio vſuſ-
fructus, non impediatur reuocatio, adduco tex. in.l.non
omnis.ff.ſi cert.pet. vbi donatio cauſa mortis incœpit à
traditione, & tamen ibi habet locum pœnitentia, vt di-
cit gloſ.ibi in verbo deceſsiſſe; ad idem text. in.l.ſeia in
princip. ff.de dona.cau. mor. illic quoque in donatione
cauſa mortis interuenerat traditio, & reſeruatio etiam
vſusfructus, & tamen habet locum in illo caſu pœniten-
tia, vt ponit gloſſ. ibi in verbo initium, & ſequitur ibi
Barto. in verſic. Ad tertiam partem, & ibi etiam Paul.
de Caſt. Quod confert in propoſito, quia ſi ſtipulatio
de dando, & tradendo, imo & ipſa traditio non operatur
quin donatio cauſa mortis poſſit per pœnitentiam re-
6 uocari, ergo † idem dicendum eſt in legatis, quæ pariter
ſunt reuocabilia, vt ſtipulatio de trahendo, vel ipſa etiam
traditio non impediat reuocationem, ſed omnia intelli-
guntur facta ſub conditione, niſi pœniteat. Et eſt aduer-
tendum, quod præfati Doctores loquuntur in traditio-
ne vera, ergo multo magis id dicendum in reſeruatione
vſufructus, per quam ficta transfertur poſſeſsio, vt.d.l.
quiſquis

quisquis.ibi tradidisse credatur. Vltimo considerandum est, quòd si volumus dicere hancesse donationem inter
10 viuos, & non legatum, hæc † donatio non valet; quia facta fuit d. fratribus absentibus, nemine pro eis recipiente, nam donatio requirit consensum etiam donatari per se, vel per alium, alias est nulla.l.consensu.ff.de acti & obliga.l.nec ambigi.C.de dona.l.absenti.& ibi Barto. ff.eo.tit. quod procedit etiam, vbi donatio facta est ob causam piam, vt vult.gloss.in.l.illud in verbo alia.in fin. C.de sacros. ecclesi. quam sequitur, ibi Bar. & Bal.2.q.& sequitur etiam ibi Sal. & Paul. de Cast. qui dicit, quod si etiam mille testes essent præsentes non sufficerent, nisi aliquis ipsorum nomine donatarijrecipiat, & tunc secuta ratificatione donatio perficitur.l.si ergo. ff.de nego. gest. Est notãdum est, quòd ibi dicit Paul. de Cast.de ratificatione, quia posito etiam sed non concesso, quòd aliquis recepisset donationem d.vineæ pro fratribus; tamen ratificatio non est secuta, nisi postquam d. donatio per aliam fuit reuocata, & alteri medio tempore ius quæsitum, possessio enim acquisita nomine alterius non acquiritur absenti, & ignoranti, nec dominium transfertur, nisi post ratificationem, & ante ratificationem potest reuocari, & transferri in alium.l.communis seruus.§.1.ff.de acqu. poss.l.si ego.ff.de neg.gest.& sunt tritę decisiones, quas cumulat Dec. consi.316. Magister Ioannes col.fin. & alibi sæpe. Accedat Bal. in.d.l.nec ambigi. C.de dona. vbi vult, quòd ad hoc vt donatio acquiratur absenti, requiritur, quòd sit notificata donatario, & quod donatarius de eius voluntate accipiat rei donatæ possessionem; sed in casu nostro nulla fuit d.fratrib⁹ ergo noticia facta. Nec dicatur quòd d. donatio sit valida pp iuramentum, vt quidam tenuerunt, quia posito, quod esset valida, qđ nunc non firmo, tamen adhuc requiritur ratificatio, sicut si quilibet alius, vel notarius pro absente reciperet.
11 Præterea non † fuit interpositum iuramentum de obseruando dictã donationem vineæ factam fratribus, & de non reuocando, sed tantũ fuit interpositum iuramentum super donatione facta vxori, vt verba clare ostendunt, & iuramentum est stricti iuris, adeo quod ad alia non extenditur prçter quam ad expressa propter periculum periurij, vt Abb. dicit in.c.pen. de iureiur. vbi etiam subdit, quod non extenditur ad ea, quæ sublata significatione vocabuli venire possent per iura, quæ ibi adducit, & quod iuramentum non extendatur ad alia prçterquã ad iurata, est etiam bona decisio Specul. in tit. de teste. §. sequitur de testium iuramẽto colum. 2. versic. Quidam etiam addunt. Itaque necesse habent fratres succumbere, quocunque se vertant, quia si volunt illum esse legatum, non possunt obtinere, quia fuit reuocatum per alienationem subsequutam, sinautem volunt esse donationem, donatio non tenet. Ex his colligi etiam potest, quod illud potius fuit legatum, quam donatio inter viuos, quia si dicimus esse donationem, ea est inualida nemine pro eis recipiente, sinautem dicimus esse legatum, tunc legatum valet, quod acquiritur absenti, & ignoranti.l.cum pater.§.surdo.ff.de lega. secundo. Et in dubio debemus interpretari, vt actus potius valeat, quàm pereat.l. quotiens.ff.de rebu.dub.l.quotiens. ff.de verborum obliga. Et ita sufficienter respondetur ad primum motiuũ, quod est in causa præcipuum, Reliqua sunt leuiora, nam non obstat quod dicitur, quod illa verba vigore præsentis cõtractus; ponendo continens pro contento.l. seruum filij. §. eum qui.ff.de leg.1. nam istud videtur fragile obiectũ, illa enim verba vigore præsentis instrumenti possunt ita referri ad legatum, sicut ad donationem, & apponuntur ex capite, seu (vt verius dicam) ex loquacitate notario-
12 rum. Non obstant etiam, quòd † eadem res non debeat diuerso iure censeri.l. eum qui ædes.ff.de vsucapio. quia negatur, quod donatio inter viuos, & legatum sint eadem res, sed sunt diuersa, & discrepantia inter se vocabulis, & effectu, nec mirum videri debet, quòd in contractu fiat etiam actus vltimæ voluntatis; quia è conuerso etiam videmus, quod in actu vltimæ voluntatis fiunt contractus.l. non est mirum.ff.de pigno. actio. l.sicut.§. venditionis verba.ff.quib.mod.pign.vel hypothe.solui.gloss. Bar. Bal.& alij.in.l.hæredes palã.§. fi.ff.de testam. Cyn. Bald. Saly.& Pau.de Cast. in.l.cum antiquitas. C.eo.tit. & quod plus est, vnus, & idem actus potest esse contractus, & vltima voluntas.l.si auia.& ibi Sal.not.C.de iure delibe.l.Panthonius.§.fin.ff.de acquiren. hæred. Non obstat vltimum motiuum, quod D. Bernardinus premi-
13 sit † d. donationem, & omnia, & singula in præsenti instrumento contenta obseruare, & rata, grata, & firma habere; & non reuocare etiam sub iuramento; quia responsio colligitur ex verbis ipsius instrumenti, in quibus dicitur, quod d.promissio, & iuramentum fuit præstitum D.Catherinę vxori D. Bernardini præsenti, acceptanti, & stipulanti; vnde non potest trahi ad d. fratres, pro quibus nemo interuenit, & recipit, quum pactum non trahitur ad alias personas.l.si vnus.§. ante omnia.ff.de pact.multo autem minus extendetur iuramentum, vt superius est expressum, & quum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio.l.ille aut ille.§.1.ff.de lega.3.possum etiam dicere pro veritate, quod promissio de non reuocando legatum non valet etiam cum iuramento, quum sit contra substantiam actus, qui de sui natura est reuocabilis, etiam si sit factum ad piã causam; sed quia ista promissio non comprehendit istum casum; prætermitto, ne sim longior, & superfluus, & quia ista vndiq; facile poterunt reperiri, et ex istis concludo reuocandam esse priorem sententiã, & reformandam in fauorem conuentorum, nisi aliud ostendatur. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Captura debitoris, qui non fecit eius conditionem deteriorem tempore capturæ respectu bonorum, sed dolose versatus est in negotio sibi demãdato an teneat. & nu.3.*

2 *Affirmare illud, de quo quis non est certus, an sit uerum nec ne, ubi reperiatur postea non esse uerum, ꝑsumitur dolosè asseueratum.*

4 *Debitor vt tanquam suspectus, & fugitiuus capi possit, debet constare iudici, quòd tempore contractus erat idoneus, & soluendo; & inde eius in deterius mutauerit conditionem.*

5 *Debitor si capiatur vt suspectus ultra summam debitam, potest in totum impugnare capturam tanquam nullam.*

6 *Decretum iudicis interpositum ex causa partim uera, & partim falsa, vti quid indiuiduum in totũ vitiatur.*

7 *Captura debitoris suspecti pro debito partim vero, & partim falso, tanquam habens in plurimis instar primi decreti, est in totum nulla.*

CONSILIVM DCXLVI.



Ontrahere cupiens magnus quidam & potens Dominus matrimonium cum consanguinea in gradu de iure canonico prohibito misit Sempronium quendam qui per multos antea annos sibi fideliter inseruierat ad Vrbem pro dispensatione à summo Pontifice obtinenda, qui Sempronius morans diuitus in Vrbe scripsit sępius Domino dispensationem fuisse obtentam, & literas etiam signatas, & nullam rem impedire posse dispensationem, & licere sibi d.suam cõsangnineam domi suæ ducere, quum omnia essent perfecta, modo mitteret pecuniam, pro qua asseruit compofuisse cum his ad quos pertinebat. Demum quũ præfatus Dñs transmisisset pecuniã Romã, intellexit ab amicis, & nuncio, quẽ transmiserat, dispensationẽ nullo modo fuisse obtentam, reuerso itaque Sempronio in patriam, cœpit ab eo Dominus petere pecuniam, quam pro dispensatione transmisserat, & quum ille tergiuersaretur, fecit illum capi, & detineri tanquam suspectum,
1 & fugitiuum. Quæsitum fuit de † validitate capturæ, & ex parte Sempronii fuerunt deducta illa omnia, quæ solent deduci in simili casu debitoris suspecti ad impugnationem capturæ, quæ solent tradi in locis vulgaribus, de quibus nunc non facio mentionem. Illud, quod magnopere dubitationem faciebat, videbatur esse, quia

quo ad facultates d. Sempronius non fecerat deteriorem suam conditionem, quia tempore transmissæ pecuniæ, & sic obligationis contractæ erat eodem modo pauper, sicut nunc etiam reperitur. Vnde videtur capi non potuisse iux. text. in l. si is a quo. §. fin. ff. vt in posse. lega. & l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. tradit Barto. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. credi. & in l. quæsitum. ff. de pigno. & in l. fin. C. de fer. Ange. in l. nemo carcerem col. 1. antepenul. versicu. Sed tunc incidenter quæro. C. de exac. tribu. libr. 10. & in l. si ab arbitro. ff. qui satisda. cogan. cum alijs ibi cumulatis per Modernos. tradit etiam Pau. de Cast. in l. etiam. §. 1. ff. soluto. matr. Sed ad hoc fuit responsum, quòd iste erat in fraude, & manifesto dolo, ex quo sępius scripserat domino se impetrasse dispensationem causa extorquendi pecu-
2 nias, & dispensatio non fuit impetrata, nam † vt dicit Paul. de Castr. in l. dolum. C. de do. quando quis asserit scienter illud, de quo non est certus, an sit, vel non; & asserit pro firmo, pręsumitur dolosè affirmasse, si postea reperiatur illud non verum, quia non debet esse facilis ad temerariam assertionem. l. si quis affirmauerit. ff. de do. iuncta. l. Iulianus versicu. Sed quid si ignorauerit. ff. de
3 actio. emp. Quum † ergo Sempronius mendaciter asseuerauerit dispensationem factam causa habendi pecuniam, & fuerit fraudulenter versatus in negocio sibi demandato, sequitur, vt iure capi potuerit tanquam suspectus, nam vt in proposito inquit Maria. Soci. in tracta. suo de citatione artic. 20. vbi ponit materiam capturæ debitoris suspecti; mali mores superuenientes, & mala administratio, seu dissipatio reddunt quem suspectum prout dicit Ioan. Andr. in addi. Specu. in tit. de sequest. posses. & fruct. versic. Illud autem notandum est. Ad quod etiam bene facit, quod scribit Angel. in l. in omnibus. ff. de iudi. vbi iniquit, quòd vbi debitor propter culpam suam incipit de fuga esse suspectus, tunc cogitur satisdare, allegat text. in l. si creditores. §. ibi, quasi dolosè versato. ff. de priuil. credi. vbi videtur de hoc esse casus, ad idē facit text. in l. fin. ibi. propter turpem, vel impudicam conuersationem. C. de spon. vbi propter turpem, vel impudicam conuersationem superuentam receditur à conuento, & pro prædictis etiam facit text. in l. si cum Cornelius. & in l. cum quis. in princi. ff. de solut, quæ iura ad hoc adducit Ange. in d. l. si ab arbitro. §. 1. in fin. allegabatur etiam pro sustentatione d. capturæ id, quod scribit Pau. de Cast. in l. iusto. ff. de vsuca. vbi vult,
4 quòd † si creditores faciunt capi suos debitores tanquam suspectos, & fugitiuos præstito solo iuramento de suspicione, & fuga, & non facta fide, quod causa suspicionis de nouo superuenerit sicut requiritur, vt in l. si creditores. ff. de priuilegi. credi. & contra vnam capturam opponatur, quòd non valeat, videtur, quòd non debeat admitti querela propter frequentem vsum, & ne multæ capturæ irritentur, argu. illius tex. tamen de hac decisione Pau. de Castr. non fuit habita ratio in senatu nostro Casalensi, quia est cōtra id, quod scribit Ange. in d. l. si ab arbitro. §. 1. circa princ. vbi dicit, quòd licet multi imperiti iudices sequentes imperitos aduocatos immediatè ostenso instrumento debiti, & præstito iuramento de suspicione, & fuga consueuerint concedere familiam, & capi faciant debitorem, tamen ipse fecit iam multos captos vt suspectos, & fugitiuos relaxari; quoniam debet constare iudici, quod tempore contracti debiti ille erat idoneus & soluendo, & sibi superuenerit calamitas insignis, aut inopia magna, vt dicitur in illo text. Si enim eius conditio non est mutata, imputet sibi, quia cum tali contraxit, & eius fidem fuit sequutus. Et quoniam materiam capturæ debitoris suspecti ingressi sumus, non est
5 omittendum, quod † si aliquis capiatur vt suspectus vltra summam debitam, videtur, quod captura sit in totum nulla, quia hæc captura facta autoritate iudicis nón est sententia diffinitiua, quia in ea non continetur condemnatio nec absolutio, sed est iudicis decretum, &
6 † decretum iudicis interpositum ex causa partim vera, & partim falsa in totum vitiatur, vt Bal. scribit in l. si nō sortem. §. si centum. per illum text. ff. de condit. indeb. & in l. certi conditio. col. 4. versicu. Secundus casus si iudex. ff. si cer. pet. dicens, quod decretum iudicis est indiuiduum. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. in hoc iudicio. ff. fam. hercis. & hoc etiam vult Rom. consil. 454. In repræsenti. col. 3. versicu. Quinimo dicendum, & tradit Alex. in l. 1. §. sed & si mihi. circa princ. ff. de verb. oblig. & latius. in l. iuste possidet col. 6. ver. Vbi autem decretū.
7 ff. de acqui. posse. & in terminis, quod † captura debitoris suspecti pro debito partim vero & partim falso sit in totum nulla, tenet Ioan. Bap. de S. Seue. in tracta. de debitore susp. q. 6. in fin. motus, quia ista captura habet plurimis instar primi decreti, & primum decretum, & etiam secundum interpositum pro debito partim vero, & partim falso est nullum ipso iure in totum, per authoritates per eum ibi allegatas, quibus accedat Roma. consi. 454. superius allegato. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Epus succedens in episcopatu vtrum teneatur inuestire de bonis feudalib⁹ subiectis episcopatui eū, qui ab habēte licētiā testādi de dictis bonis à pcedente episcopo fuit hæres institutus, dato qđ testator deceßerit mortuo iam concedente licentiā, & tamen eo viuente fuerit testatus, an vero dicta bona dicantur in episcopatum deuoluta propter lineam finitam. & nu. 3. & nu. 6.*

2 *Testamenti perfectio dicitur quadrifaria.*

4 *Gratia non integra non expirat morte concedentis; & quid re adhuc integra.*

5 *Gratia, legatis æquiparatur, et ex ea ius acquiritur ignoranti, & solo verbo perficitur, etiam quod literis non secutis Papa moriatur.*

7 *Gratia morte cōcedentis non expirat, vbi superest gratiæ tantummodo executio.*

8 *Episcopus succeßor, vtrum poßit gratiam per anteceßorem factam reuocare.*

9 *Licentia conceßa per prædeceßorem, vbi suum est sortita effectum, non potest per successorem reuocari; nisi ad est iusta causa.*

10 *Prælatus solus in quærendis potest ecclesiæ præiudicare, in quæsitis secus.*

11 *Statutū laicorum, quod ecclesia nullo tempore pręscribat, ne ciuitas perdat vectigalia, uel collectas, tanquam respiciens quęrenda valet.*

12 *Gratia vbi est confirmata per superiorem ex certa scientia, non potest per inferiorem concedentem reuocari, & nu. 14.*

13 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, quando tenorem conceßionis habet insertum.*

15 *Confirmatio superioris ex certa scientia, actū nullū conualidat; & qui cōfirmat, dicitur de nouo dare.*

16 *Clausula supplentes omnes defectus, supplet omnes iuris positiui solemnitates.*

CONSILIVM DCXLVII.



VIso themate antescripto non fit aliqua difficultas, quin licentia concessa d. D. Andreæ Mantineæ per Reu. quon. D. Herculem Cardinalem episcopum Mantuanū, quòd possit testari, & codicillari de bonis quibuscunque feudalibus, seu alijs episcopatui obnoxiis, & per aliam quācunque viam disponere saluo laudemio sibi debito, confirmata etiam per sedem Apostolicam teneat, & valeat. Solum fit dubitatio in eo, quod præfatus Andreas, licet tęstatus fuerit de præfatis bonis viuente Reueren. quon. D. Hercule, tamen ipse decessit mortuo prædicto Reuerend. D. Hercule, & post quam fœlicis recordationis. Reueren. D. Federicus Gonzaga Cardinalis in episcopatu Mantuano suc-
1 cessit. Propterea quæritur; vtrum † modernus Reueren. episcopus teneatur inuestire magnificum. D. Iulium Galuauenm

uaneum hæredem institutum à D. Mantinea in d. bonis, an d. bona redierint ad episcopatum per lineam finitã. In qua difficultate conclusiue loquendo mihi videtur, ꝙ d. D. episcopus teneatur inuestire d. D. Iuliũ p̄supposita validitate d. licentiæ, vt supra dictũ est, nec aliquid nocet, ꝙ d. Andreas decesserit mortuo d. Reuerend. D. Hercule concedente, quia sufficere videtur, ꝙ eo viuente testatus fuerit de d. bonis in præfatum D. Iulium, licet decesserit eo iam mortuo. Ad quod ostendendum præmitto id, quod scribit Bal. & ibi Pau. de Cast. in. l. 1. ff. de testa-
2 men. vbi inquit, ꝙ † quadruplex est testamenti perfectio. vna in materia, vt voluntas sit cõplecta, & perfecta, vt. l. si quis. et l. ex ea. ff. de tasta. l. fideicõmissa. §. 1. ff. de leg. 3. Secunda est in substantia, q̃ consistit in institutione hæredis, alias testamentum esset sine capite, quod est impossibile. §. ante hæredis Institu. de testa. Tertia p̄fectio est in solemnitate, q̃ appellatur diligentia legũ. l. codicillis. §. fi. ff. de lega. 2. Quarta perfectio est ad confirmationem, & hæc est duplex. Prima est, quando testamentum transit ad irreuocabilitatem per mortem testatoris. l. 3. §. fi. & l. seq. ff. de adime. leg. c. cũ Marthę de celebra. missa. Secunda est, quando testamentum trãsit ad suum effectum, & non potest reduci omnino ad causam intestati, nisi in casibus expressis à iure, & istud per additionem hæreditatis. l. si in alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. l. si seruus cõis meus, & Castrensis peculii. ff. de stip. seruo. & sequitur ẽt prædicta Pet. de Anc. in rub. de test.
3 in. 6. Modo † in proposito, D. Andreas condidit testamentum viuo D. Hercule concedente licentiam, perfectum tribus primis perfectionibus, videlicet, quia est perfectum in materia in institutione hæredis, & in solemnitate; & licet duę aliæ perfectiones, quæ consistunt respectu irreuocabilitatis per mortem testatoris, & aditionem hæreditatis, cõtingerint d. D. Hercule iam mortuo, propterea non vitiatur gratia sibi per eũ facta de facultate testãdi, at-
4 tento, ꝙ † d. Andreas iam vti cœperat d. gratia in testando, & gratia re nõ integra nõ expirat morte cõcedentis: vt sunt iura vulgaria, quæ ẽt adducentur infra, & res non dicitur integra vbi aliquid est cœptum geri ad negotium pertinens. l. & quia & ibi gl. in verbo antequã. ff. de iuris. omni. iud. Ad quod facit tex. in. l. 1. ff. de orig. iur. in illis verbis, & certe cuiusque rei potissima pars est principium. Amplius est dicendum, ꝙ etiam si d. And. testatus fuisset mortuo d. D. Hercule, tamen adhuc illud facere potuisset, quia gratia iam facta non expirat morte concedentis etiam re integra. c. si cui de pręben. in. 6. c. si sup gratia de offi. deleg. eo. lib. & tenet hoc Abb. in. c. relatũ de offi. deleg. vbi addit rationem, quia ad validitatem & efficatiam priuilegij sufficit, ꝙ perueniat ad notitiam priuilegiati. c. 1. de concessione pręben. in. 6. & l. absenti. ff. de dona. & plus dicit Bal. in. l. falsus col. 8. versi. Nunc vi-
5 dendum est. C. de fur. ꝙ † gratiæ æquiparantur legatis, & ius quęritur ignorãti. l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. ideo non reuocantur morte concedentis, vt no. in pro hœ. 6. libr. in nouell. per Arch. Idem est de mente Bal. in l. humanum in fi. C. de ll. vbi vult, ꝙ si Papa moriatur, antequam literæ fiant, non expirat gratia, quia gratia solo verbo perficitur, per no. per Archi. vbi supra. Idem tenet Bal. in. l. si per calumniam. col. 3. versi. modo quærit. C. de episc. & cle. sequitur Abb. in. c. qualiter primo no. de elec. Quod cõfirmatur etiam ex eo, quod dicit Anto. de But. in. c. ex tua versi. Quæro an cõcessio de concess. præben. dicens, ꝙ si alicui concedatur facultas legitimandi quoscunque filios presbyterorum, non per modum cõmissionis, sed per viam gratiæ non expirat hæc gratia morte concedentis, secundũ Io. And. in addi. Spec. in tit. de leg. §. nunc videdum. vers. quid si is. & illud, quod dictum est, ꝙ gratia non expirat morte Romani Pontificis, etiam si nõdum confectæ essent literæ, tenet latè Io. And. in prohœ. 6. §. vniuersitatis, in gl. super verbo transmittimus & ibi etiam late Dom. Bald. in. l. beneficium. 1. col. ff. de consti. prin. & sequitur Alex. consi. 107. Videretur circa superius quæsitum col. 1. libr. 7. vbi autem confectę essẽt litterę nulla fit difficultas, quin gratia iam fa-
6 cta etiam re integra valeat. in casu † autem nostro non modo confectæ fuerunt literæ, sed etiam is, qui impetrauit, vti cœpit gratia. Imo potest dici, quod etiam sit vsus, quia testamentũ fuit perfectũ, quo ad sui essentiã, licet quo ad irreuocabilitatem nondum suã perfectionem fuerit consecutus, gratia enim dicit, ꝙ possit testari, & codicillari, & istud est factum viuo concedente per d. And. Quod autem testamentum, vel codicillus debeat consequi suum integrum effectum, nihil ibi dicitur in gratia, ergo nec nos requiremus; Nã testamentum nihil aliud est, quã testatio mentis, Instit. de testam. in princip. vel vt diffinit Iuriscõ. in. l. 1. ff. eo. Testamentũ, est volũtatis nostrę iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Præterea ꝙ si D. Andreas testatus fuisset post mortem D. Cardinalis tenente episcopatum Mãtuanum Reuerend. Federico testamentum valeret, & obseruari de-
7 beret, ostenditur; quia † gratia cõfertur solo verbo, vt superius est dictum, & quando nihil aliud super est, nisi executio, tunc gratia non expirat morte mãdantis, vt scribit Bal. in. l. mandatum. 4. oppositio. C. manda. vbi optime declarat tex. in. c. si super gratia de offic. delega. in. 6. & in. c. si cui de præben. eo lib. quæ iura superius allegaui, gratia autem in præsenti casu consistit, vt. d. Andreas possit testari, quæ solo verbo fuit expedita, imò literis accedentibus prædicti D. Cardinalis, testamentum autem non est gratia, sed executio gratiæ iam factæ; ideo potuit fieri post mortem concedentis. Ex his igitur pro d. D. Iulio concludo; siue dicamus, ꝙ D. Andreas vti cœpit gratia viuo concedente, siue etiam dicamus, ꝙ vsus sit perfectè condendo testamentum solemne, siue etiam velimus dicere, ꝙ gratia iam facta non expirat re etiam integra morte concedentis. Restat modo videre, vtrum
8 † successor in episcopatu possit reuocare gratiam testandi concessam d. Andreæ Mantineæ per Reueren. D. Herculem p̄decessorẽ, & mihi videtur, ꝙ nõ possit. Primo, ex eo quod scribit Bal. in. c. 1. qui succes. teneat. vbi no. ex illo tex. ꝙ successor prælati non tenetur factum prædecessoris ratum habere, nisi de iure sit consumatum, tunc enim quia gratia iam facta est cum effectu, non expirat per obitum concedentis, allegat no. in. d. c. ex tua de fil. presby. in nouell. & in. c. si super gratiam de offic. deleg. in. 6. Sed in casu nostro actus fuit consumatus, quantum pertinet ad gratiam testandi concessam, vt supra dictum est, qa gratia solo verbo cõfertur, & testamentũ dicti Andreæ nõ est, vt dixi, gratia, sed executio gratiæ iam factæ.

Secundo pro hac parte adduco Abba. in cap. pen. de
9 cler. non residẽt. vbi vult, ꝙ † licentia concessa per prælatum predecessorem ad aliquid agendum, vel non agendum, non potest reuocari per successorẽ nisi ex iusta causa, quando in vita concedentis sortita est suum effectum, & ad hoc ponderat ibi glo. dum contrariũ ibi dicit, propter præiudicium, & læsionem ecclesiæ, quę in casu illius tex. interueniebat. Tertio adduco Alber. in. l. digna vox. C. de ll. vbi inquit, ꝙ gratia concessa per præcessorem indistinctè potest reuocari per successorem. §. si quæ vero. C. de iusti. C. cõfirman. c. si is cui de præben. in. 6. nisi priuilegium suum effectum esset consecutum, puta si Imperator legitimasset aliquem, vel creasset tabellionem, aut militem, hæc enim reuocari non posset per successorem, nisi ex iusta causa, vt not. per Io. And. in. c. cum ex eo de elec. in. 6. Sed in casu nostro priuilegium iam suum erat consecutum effectum, vt supra declaratum est. Quarto facit quia si posset considerari aliquod præiudicium ecclesiæ per d. licentiam testandi concessam, non potest cogitari ex alio, nisi ꝙ d. bona feudalia per lineam finitam
10 d. Andræ reuerterentur ad ecclesiam. Vnde † licet prælatus solus sine consensu capituli in quæsitis non possit ecclesiæ præiudicare, potest tamen in quęrendis gl. in. c. fin. 16. quęst. 6. Innoc. in. c. 2. de dona. Bar. in. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccles. vbi ad hoc allegat text. in Auth. de nestorianis. C. de hæret. tradunt latè Cano. in. c. 1. de do. & cõtu. Hinc videmus, ꝙ solus prælatus potest remittere caducitatem emphyteotæ propter canonẽ non solutum, & potest legatum, vel hæreditatem repudiare, vt late prosequitur Ias. in. l. legatum la prima. ff. de leg. 1. Ad quod facit, quia ius quærendum facilius remittitur, quam quæsitũ. l. fi. C. de acqui. posse. l. seruus. C. de pac. l. quæ autem in prin. ff. de his q̃ in frau. credi. & dicit in proposito eleganter Bal. in rub. de const. colum. 2. versi.
11 Quæro an valeat statutum, quod ideo † valet statutum laicorum, ꝙ ecclesiæ nullo tempore præscribant, ne ciuitas perdat vectigalia, vel collectas eo, quia tale statutum respicit quęrenda, non quæsita, & idem tradit Bal. inter consi. Pet. de Anch. consi. 11. factum super quo quæritur col. fi. Si ergo in quęrendis potest præiudicare ecclesiæ, sequitur, vt quod fit iure permittente, successor nisi ex causa

causa reuocare non possit. Quinto considerandum est, quod pro gratia habenda fuerunt Reuerēdissimo quon. Cardinali per soluti aurei ducentum, vt in themate continetur, vnde videtur quod gratia non steterit in finibus meri priuilegij, sed transiuerit in cōtractum, & dicit Bal. in.l.qui se patris.col.7.ver.hoc scias.C.vnde libe. ꝙ princeps, qui pro priuileg. recipit pecuniam ante aliquod aliud factum, vel ꝑ dationē fuerit lucratus, non potest ipse, nec eius successor illud reuocare, etiam si vsus fuerit verbo indulgemus, vel simili verbo, vt ibi latius per eum, & sequuntur hanc decisionem Bald. vbique Moder. Sexto
12 moueor, quia † gratia testandi fuit confirmata per sedem Apostolicam, & non fuit confirmatio facta in forma communi, sed ex certa scientia, & dicitur confirma-
13 tio facta ex certa scientia, † quando tenor primæ concessionis fuit insertus in confirmatione.c.pen.& ibi Abb. no.de confir.vti.vel inut. & idem tradit Abb.in.d.c.1.colum.1.& in cap.examinata in fin. eod. titu. Roma.consi. 356. Circa propositā consultationem primo dubio. Hic autem etiam verba formalia concessionis fuerunt posita in confirmatione, vnde propter confirmationem dicitur concessio emanasse à sede Apostolica, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostrā impartimur l.1.§.sed neque & auctorum. C.de vet. iure enucl. & est tex.clarus in.c.si apostolicæ de præben.in.6.in illis verbis.certum est, quod quū ipsa prouisio ipsius legati post impertitam à nobis auctoritatem nostra censeatur effe-
14 cta &c. hoc stante non potest concedens, † nec eius successor gratiam reuocare, quia inferior nequit factum superioris improbare.c.cum inferior.de maio.& obe.l.nam magistratus.ff.de arbi.& videmus, quòd non potest inferior cognoscere de confirmatione per superiorē, nec de viribus confirmationis.c.2.de confir.vtil.vel inuti.& tradit Abb.in cap.1.colum.prima eod. tit. & sequuntur ibi Moder.per tex.in.c.cum venissent de iud. ergo non potest cognoscere, multo minus poterit confirmatum reuocare, & in specie adduco gl.in.c.veniens in verbo confirmatum de transac. vbi vult, quod vbi confirmatio Papæ accedit, facit, vt quòd est confirmatum, non possit reuocari à successore prælati, quamuis si non accessisset cōfirmatio, successor non ligaretur gestis per prædecessorem. Est uerum, quòd est quidam casus in quo episcopus solus potest reuocare actum à se gestum, & confirmatum à summo Pontifice. quem Bald. ponit super decreta, in prohœ. Rex pacificus col.6.versi. quærit Bernardus; sed ille casus habet specialem quandam rationem, quam ibi ipse adducit, ergo contrarium est in cęteris casibus.l.ius singulare.ff.de.ll. Prædicta tanto fortius procedunt, si velimus dicere licentiam concessam per D. Cardinalem es-
15 se nullam, quia † confirmatio summi Pontificis facta ex certa scientia facit de actu nullo validum, & eo in casu qui confirmat, videtur de nouo dare, vt not. Bart. in.l. more. & ibi Angel. & cæteri.ff.de iurisdictio.om.iudi.& tradit glo.& Inno.in cap.1.de transac.Barto.in.l.si constat.ff.de appella.& in.l.priuilegia.in prin.C.de sacro.ecclesi.per tex.in.l.adoptio nō iure facta.ff.de adop. & tradit Abb.in.c.1.de confir. vti.vel inuti, & propterea, quū actus pendeat ex sola volūtate Pontificis, uidetur, quod minus possit per inferiorem reuocari, de cuius Pontificis voluntate enixa valde constat, non solum ex tenore gratiæ apposito in rescripto; sed etiam ex clausula nō
16 obstante, quæ fuit apposita latissimè, & † ex clausula supplentes omnes defectus tam iuris, quam facti, quæ supplet omnes iuris positiui solemnitates, vt Abb. tradit in d.c.1.de confirm.vti.vel inut.cum cō cord. multis, quæ adduci possent. Nec habet obstare id, quod dicit Bart.in l.absenti in fi.ff.de dona. dum inquit, quod Perusini, qui ex voluntate elegerunt aliquem in prætorem possunt eū reuocare, per.l. qui absenti. ff.de acqui.posse. & .l.2.§.sed si quis donaturus.ff.de dona. quia loquitur Bar.ibi quādo electus non acceptauit, & ius illi ex electione nō fuerat quæsitum. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio aut.præterea.C.vnde vir & vxor vt habeat locum, non solum debet probari matrimonium, sed necessario etiam quod fuerit sine dote, alias probatione deficiente in vno requisitorum cessat despositio, & num.3.*

2 *Negatiua vbi est causa intentionis eius, qui illam proponit, ab eo est probanda, & pluribus modis potest probari, etiam non coarctata loco, & tempore, vt in nu.4.& nu.7.*

5 *Testis cauere debet tanquā ab igne, ne mere negatiuā attestetur, propter falsi suspicionē euitandā.*

6 *Probare debet vnusquisque quod est causa suæ intentionis, etiam quod sit mere negatiua, non aūt ab aduersario probationem exequirere.*

8 *Probatio vbi est difficilis, lex contentatur his probationibus, quæ haberi possunt.*

9 *Dotis constitutio de necessitate, & forma substantiali non requirit scripturam, sed consueuit interponi ad faciliorem probationem.*

10 *Instrumentum. Quid agendum sit ad probandum quòd aliquis non condiderit testamentum, & qđ vxor à marito ducta sit indotata, & instrumentū non fuerit factum.*


11 *Reus etiam quod onus probandi assumat, est absoluendus actore non fundāte eius intentionem.*

12 *Negatiua etiam loco, & tempore nō coarctata, potest probari per affirmationem oppositā negatiuę verisimiliter notam.*

13 *Vxor non agit ad quartam ex auc.præterea. C.vn. vir & vxor.si potest aliunde habere alimenta; quia est remedium subsidiarium, vt nu.15.*

14 *Probandi modus, ꝙ aliquis sine hærede decesserit.*

CONSILIVM DCXLVIII.



QVi datus adiunctus mag. D. Prætori Tridini in causa Annæ Patarotiæ Viduæ, quæ petijt sibi dari quartam bonorum mariti defuncti nullis liberis superstitibus iux. text.in.§.quoniam vero in Auth.de exhib.
1 re.& transumptiue in authen. præterea.C. unde vir & vxor, & mihi visum fuit d. Annam non posset obtinere, nam d.iura ita demum deferunt quartam vxori marito prædefuncto sine liberis, si fuerit indotata. Vnde pertinebat ad d.Annam probare, quod nullam dotem habuisset, quia quando lex requirit actum qualificatum, non sufficit probare actum, nisi etiam qualitas illa probetur l.penul.§.docere.ff.ne quis eū, qui in ius vo. est vi exim. l.2.§.docere.ff.ui bon.rap.l.1.§.ait prætor.& ibi Barto. ff.de flum. & facit bona decis. Ioan. Andr. in.c.1.de homi.in.6.in nouel. vbi refert se euasisse quendam prælatum à pœna imposita patienti per assasinos interfici Christianum per illam decretalem, quod non sufficit probare, quòd fuerit interfectus per assassinos, nisi probetur illū esse Christianū, quia poterat esse Iudęus, vel aliter infidelis, nā debent in articulis, vel probationibus ad vnguē seruari verba legis, vel statuti per iura, quæ ibi adducit. Et illā decisionē Io.And.refert, & sequitur Bal.in l.si quis non dicā rapere.colum.3.C.de epis.& cler.Alex. consi.1.Viso ꝓcessu inquisitionis col.5.lib.3.& ratio est, quia factū qualificatū non censetur duo facta, sed vnum tantum & idē nec diuidi, & separari pōt, vt Bart.scribit in l.Aurelius.§.ijdem quæsit de lib.leg. & hoc etiam est de mente Barto.in.l.apud Labeonem.§.ait prætor. ff.de iniur. Sed in proposito debuit probari per d.Annam non solum matrimonium fuisse inter ipsam, & Antonium; sed etiam sine dote fuisse celebratum, attento quod auc.pręterea requirit istam qualitatem, quod matrimonium fuerit sine dote. Confirmantur præmissa ex eo, quod scribit Bar.in.l.in illa stipulatione la.1.col.2.versi.& hæc lego.
2 ff.de verbo. oblig. vbi † ponit per quem negatiua non coarctata debeat probari, & inter cæteta dicit, quod si negatiua est causa actionis meæ hoc debeo probare per text,

tex. ibi in. l. ita stipulatus versic. Quid si ab initio. ff. eo. titu. Sed quod mulier sit sine dote, est causa actionis ad quartam, ergo pertinet ad eam probatio. Confir-
3 mantur præmissa, quia si † vbi statutum excludit dotatam à successione parentum, requiritur probari, vt excludatur à successione parentum, quod fuerit dotata, vt tenet Bald. in authē. res, quæ colum. 2. C. com. de lega. & est etiam de mente Rom. cosi. 179. Amplissime doctor colum. 2. versic. Nec refragatur, & tenet Cor. consi. 94. Circa primum dubium certum est colum. 2. versic. Secundo d. domina lib. 2. Sic dicendum econtrario, quod vbi lex requirit indotatam, vt admittatur ad successionem quartæ debeat probari indotatam fuisse; quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. l. & si contra. ff. de vulga. & pupi. Amplius est dicendum, quod licet matrimonium possit esse sine dote. l. fin. C. de dona. an. nup. tamen quia communiter matrimonia non fiunt sine dotibus, & quia saltem de honestate debet dos interuenire. c. nullū. 1. 30. q. 5. & c. Lotharius. 31. q. 2. & l. 1. solu. mat. dicitur dotatas esse fœminas ob sobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem maxime est necessarium, ideo stante ista præsumptione fortiores, & validiores debent probationes interuenire, vt not. Abba. per illum text. in. c. verisimile de præsump. Spec. in. §. fin. versic. Quintum. in tit. de proba. Alex. post Bal. in. l. transactionem. C. de transactio. & consi. 109. In casu prædicto in fin. lib. 3. In casu autem nostro nō interuenerunt sufficientes probationes ex parte d. Annæ quod fuerit indotata, licet hoc posuerit in libello, & fecerit positiones, quæ fuerunt negatæ, & capitulauerit, sed testes examinati super d. c. non deponunt
4 concludenter. Non obstat, si dicatur, quòd † hæc negatiua, aliquam esse copulatam matrimonio sine dote, quæ non est coarctata loco, & tempore videtur esse improbabilis. c. bonæ memoriæ. 1. de elect. c. quoniam contra de prob. c. super hoc. de renun. c. cum ecclesia sutrina de cau. posse. & & propric. l. actor. C. de proba. & pro-
5 pterea † testis deponens super meram negatiuam non coarctatam, est suspectus de falso, vt Bald. dicit in. l. actor colum. 2. C. de proba. in. l. de die. §. pen. ff. qui satis. cogan. & dicit Ang. in. d. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum. quod caueat testis tanquam ab igne, ne meram negatiuam attestetur. Nam ad prædicta respondet Imperator in. d. l. actor qui asseuerat. C. de proba. quòd & si actor
6 † asseuerat se negatiuam non posse probare, non propterea transfundit onus probandi in reum, & dicit Abba. in d. c. bonæ memoriæ colum. 6. super glo. in verbo per rerum naturam, quòd ei, cui incumbit onus probandi negatiuā, siue probabilis, siue non, imputatur sibi si eam probare non potest, & subdit post pauca, quòd communis, regula iuris, & ratio naturalis suadet, quod quisque probet, id, quod est causa suæ intentionis, & non exquirere probationem ab aduersario suo. c. actor. 6. q. vl. l. 1. C. de proba. & l. ei incumbit. ff. eo. tit. si enim probari nō potest, dici sibi potest, deficit sibi probatio, non ius. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. Præterea non est verum, quod
7 mera negatiua sit omnino improbabilis, quia † potest probari per confessionem aduersarii. c. 1. de confes. in 6. Item potest probari per iuramentum ab aduersario delatum, & negante præstitum. l. duobus. §. si quis iurauerit. & §. colonos. & l. fin. in princ. ff. de iureiur. tradit Salic. in. d. l. actor, colum. penul. 3. q. & ibi etiam Paul. de Cast. C. de proba. Item potest probari cum iuramento purgatorio, quum quis iurat, quod non commisit maleficiū, vel ꝙ non contraxit, vel quid simile, vt in. c. quotiens de purg. cano. & in. c. præsentium de testib. secundum Abb. in. d. c. bonæ colum. 6. multos etiam alios modos, per quos probari potest mera negatiua, ponit Spec. in tit. de proba. §. probare per totam. 1. colum. Sed ille est bonus probandi modus, nec ad modum difficilis, quem ponit Bar. in. l. in illa stipulatione. 1. in fi. ff. de verbo. oblig. vbi vult, quod si quis intendit probare meram negatiuam non coarctatam, potest implorare officium iudicis, vt fiat per nuncios solemnis inuestigatio, & exploratio, an talis soluerit, vel non, an talis venerit in Italiam, vel non, sicut quandoque fit discussio bonorum principalis, adducit text. in. l. cum quidam. §. fin. cum. l. seq. ff. de leg. 2. & in. l. ita stipulatus versic. quòd si ab initio. ff. de verbo. oblig. & subdit Bart. quod putat sufficere, si nuncij referant se diligenter perquisiuisse ab omnibus, qui hoc verisimiliter scire debebant, & se reperisse, quòd talis non venit in Italiam, quod talis non soluit, vel aliter iudex hoc disquirat secundum formam. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. Idem tenet Bart. in. l. 2. §. si dubitetur col. fin. ff. de acquir. hæred. & in authē. hoc amplius pen. q. C. de fideicom. & consi. 81. Martinus Forniconis circa princip. versic. posito itaque pro constanti Bald. in authē. Sed hodie. C. de actio. & obliga. & in. l. 2. col. pen. versic. sed hic dubitatur. C. quan. fisc. vel priua. Ange. in. l. si vacantia, in repe. circa. 5. colum. C. de bon. vacan. lib. 10. vbi alleg. bo. glo. in. §. si vero. in verbo examinent authen. de exhiben. re. Anto. de But. in. c. super his de accusa. cum aliis concord. late adductis per Alexan. & Ias. in. d. l. in illa stipulatione, vbi improbant quosdam aliter dicentes, & respondent ad iura in contrarium allegata; quia non dicunt ita simpliciter, quòd negatiua non coarctata, non possit probari, sed dicunt, quod per rerum naturam directa probatio fieri non potest, & ita loquitur tex. in. d. c. bonæ memoriæ de elect. & in. c. quoniam contra. de proba. & in. d. l. actor. C. eo. tit. ergo non excludunt, quin in
8 directa fieri possit mittendo exploratores; nam † quum difficilis sit probatio, lex contenta est his probationibus, quæ haberi possunt. l. si vicinis. C. de nup. l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui sunt iui, vel alien. iu. cum aliis iuribus, & authoritatibus ibi per eos adductis. Nec iuuat. d. Annam, quòd visitari fecerit per deputatos à iudice protocolla trium notariorum in loco Crescentini, qui retulerunt non inueniri aliquod instrumentum dotis dictæ Annæ, nisi quod in testamēto patris fiebat mentio de dictis dotibus. Nam respondeo, quod prædicta probatio non est sufficiens, Primo, quia non fuerunt excussa protocolla aliorū notariorum tam in loco Crescentini, quam Tridini, vbi maritus degebat, & incolatum habe-
9 bat. Vlterius, si in † constitutione dotis requireretur à iure pro forma substantiali scriptura, posset dici probatā esse intentionem negantis factam interuenisse, nisi exhiberetur scriptura per partem aduersam, vt Abba. dicit in d. c. bonæ memoriæ col. 6. per rationes ibi per eum allegatas. sed in constitutione dotis non requiritur necessario confici scriptura pro forma substantiali, sed interponi cōsueuit ad faciliorem probationem. l. contrahitur. ff. de pigno. l. pactum. quod bona fide. C. de pac. vnde non sufficit excussio instrumētorum, sed debuerunt mitti explo
10 ratores, † qui inuestigarent diligenter à consanguineis, & vicinis, & aliis, qui verisimiliter scire potuerunt, vtrum maritus dictam Annam duxerit indotatam, & nullus alius pro ea dotem constituerit, vt tradit Bart. in. d. l. in illa stipulatione, quem ibi omnes sequuntur, & in proposito dicit Bart. in. d. l. is potest, colum. pen. ff. de acquir. hæred. quod ad probandum vtrum aliquis fecerit testamentum, vel non, debet fieri diligens inquisitio auctoritate iudicis, scilicet quod interrogentur omnes notarij, & habentes protocolla notariorum mortuorum, interrogentur consanguinei, & uicini, & presbiteri, quibus confitebatur, & similes personæ, & si non reperietur apud illos, tunc dicatur pro vero testamentum nō esse factum. Idem etiam tradit Bar. in. d. l. 2. col. pen. versic. sed hic dubitatur, qui ad hoc allegat tex. in. l. hoc autem. §. 1. ibi, quæ verisimiliter & c. ff. quibus ex cau. in posse. ea. vbi etiam subdit posse fieri generalem proclamationē, si quis sciat, veniat, & iudici indicet, hoc enim facere potest pro veritate inquirenda, secundum eum in. l. is apud quem. C. de eden. & l. 2. C. quan. & quib. quart. pars. lib. 10. Præterea si diceremus etiam hanc vniuersalem negatiuam consistentem in facto infinito esse improbabilem, tamē adhuc sumus in regula, quod actore non probante reus absoluitur, etiam si nihil præstiterit. c. 1. vt eccle. bene. l. qui accusare. C. de eden. l. fin. C. de rei vendi. Quod si dicatur, ꝙ rei conati sunt probare dictam Annam fuisse dotatam, & testes eorum nō probare, quia deponunt de auditu, & per verbum credo, & sunt singulares, & quod instrumentum confessionis dotium dictæ Annæ factæ per patrem mariti nō erat publica scriptura, & qui eum leuauerat de protocollis notarij mortui non erat notarius, nec habebat
11 licentiam extrahendi. Quia † respondeo, quod etiam si rei assumpserint in se onus probandi, & non probent, nihilominus actor non fundata sua intentione non potest obtinere. glo. in. l. circa. & ibi Bart. ff. de proba. & glos. in c. ex insinuatione. in verbo probare. de procur. Bar. in. l. diuus. colum. fin. ff. de re iudi. Bald. in. l. 1. C. si aduersus credito.

credito. Salic. post Petr. & Cyn. in d. l. actor. in fin. C. de probatio. cum alijs concord. adductis per Iaso. in l. qui accusare. C. de eden. Est etiam aduertendum, quod dato, quòd ex parte reorum non sit concludenter probatum, tamen probationes ex parte eorum inductæ faciũt probationem aliquam dotis, adeò quòd videtur induci incertitudo quædam, an fuerit dotata, vel non, vnde etiam quando essent missi exploratores, qui referent se certum scire non posse, negans succumberet, vt latè prosequitur Alex. & Ias. post alios. in d. l. in illa stipulatione in fin. & videtur, quod etiam si essent missi exploratores, prout non fuerunt, non potuerit aliquid certi iudici referre super dictis dotibus stantibus probationibus ex
12 aduerso factis. Vno † tantum casu videtur, quod dicta Anna posset probare per testes se fuisse indotatam, videlicet si consanguinei, & vicini deponerẽt quòd dicta Anna, vel pater eius, ad quem onus dotandi spectant, nihil haberent tempore matrimonij, vel nihil postea habuissent, quin ipsi notitiam haberent; quia isto modo probatur paupertas, per affirmatiuam oppositam negatiuæ verisimiliter notam, vt Roma. tradit consi. 244. Pro euidentia dicendorum in fin. iuncto eo, quòd qui nihil habet, nihil tradere potest. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. Aliter autem credo non posse probari per testes, seu exploratores, quia etiam huiusmodi negatiua, si coarcta sit ad breue tempus, non posset probari, vt si quis vellet probare, quod secum non contraxi, non dico vno anno, sed vno mense, impossibilis est hæc probatio per testes, vel instrumenta, quia potui ipso dormiente contrahere, secundum Bald. & Salic. in d. l. actor. C. de proba. Est enim aduertendum, quòd dicta Anna voluit probare se fuisse indotatam. Primo, per confessionem aduersarij faciendo positiones, quæ fuerunt negatæ. Secundo, per testes, qui dicunt se nescire. Tertio, per excusionem protocollorum, quæ etiam nihil probat, vt dictum est, vnde quum sit conata probare, & non probauerit, debet succumbere, etiam si rei nihil præstiterint, vt dictum est.

Secundo fundamento principali excluditur dicta An-
13 na; quia ex testamento patris † potest consequi alimenta ex hæreditate eiusdem, vnde non potest agere ad quartam, si potest aliunde habere alimenta, vt probatur in §. quoniam vero in authen. de exhi. re. ibi, nihil habere valentem. Et si dicatur hæreditatem patris non esse soluendo, replicatur hoc debuisse probari per dictam Annam, ex quo hoc est fundamentum suæ intentionis, vt in terminis dixi in consi. 214. Viso & bene discusso colum. 3.
14 & seq. Præterea † pertinet ad eum, qui vult dicere aliquem decessisse sine herede, istud probare tanquam fundamentum suæ intentionis, vt vult Bart. in l. penul. §. 1. C. ad trebel. vbi vult amplius post glos. ibi, quòd non possit aliquis decedere sine hærede, quia saltem ad vltimum fiscus succedit. l. 1. C. de bon. vacan. l. 1. ff. de iur. fisci. & ponit ibi modum probandi, quod aliquis decesserit sine hærede per discussionem, faciendo scilicet fieri proclamata, an aliquis esse hæres, iuxta. l. si eo tempore. C. de remis. pigno; nam nemine comparente intelligetur ille sine hærede decessisse. Nec obstat si dicatur, quòd dictum testamentum nullam fidem facit, quia respondetur, quòd quando fuit productum testamentum Rufini patris dictæ Annæ, & pars assignata ad opponendum, fuit tantum pro parte dictæ Annæ oppositum, quod erat priuata scriptura, quod non videtur dici posse, ex quo visitata fuit matrix testamenti rogati per Dominum Franciscum Coconatum, & reperta in eius protocollis, & hoc de authoritate iudicis, & instante vtraque parte, ex quibus constare potest dictum Francischinum fuisse notariũ, vel habitum pro notario, & eum tanquam ad notarium concursum, habitum esse solitum, & possessio notariatus imponit fidẽ scripturæ saltẽ de consuetudine, vt late prosequitur Dec. post Abb. & alios in c. 1. col. 6. de fide instru. Non obstat ẽt quod dicitur, quod legatum factum
15 fuit in fauorem dictæ Annæ, & ꝙ † ita demum illud põt consequi, si vellet, quia respondetur, ꝙ quum remedium dictæ authen. Præterea, sit subsidiariũ in casu, quo mulier nihil valeat habere, non est positũ in eius volũtate omittere facultatem habendi; sed debet eum prosequi, nã lex ita prouidet vxori pro dicta quarta, si nihil habet, vel habere põt, ad quod facit regula iuris, quod qui habet actionem, rẽ habere videtur. l. qui habet. ff. de re. iur. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium, & petitorium in iuribus incorporalibus cumulantur.*

2 *Scientia, & patientia aduersarij in iuribus incorporalibus idem operatur, quid traditio in corporalibus.*

3 *Collectas non soluens ceteris soluentibus constituitur in quasi possessione onera nõ soluẽdi, & quare.*

4 *Neganti se soluisse, non incumbit onus probandi negatiuam, sed sufficit sola allegatio iuncto cursu legitimi temporis, & nu. 6.*

5 *Præscriptio aduersus perpetuum censum inducitur secuta non solutione. 40. anno.*

7 *Negatiua in actu, in quo conficitur scriptura, regulariter probatur per rimationem, & per cunctationem ipsius scripturæ.*

8 *Metus iustus nõ solum inducitur ex actu gesto manu militari, & sine causæ cognitione, sed etiam ex præceptis emanatis ex parte principum, & dominorũ, quæ dicuntur impressionem inducere.*

9 *Possidenti ui, vel clam, vel præcario in iuribus incorporalibus ius nõ quæritur, nec eũ prętor tuetur.*

10 *Protestatio licet vim, & metum non probet, declarat tamen quicquid fiat, quo animo fiat, & ius cõseruat potestantis.*

11 *Testimonialibus officialis asserentis, seu attestantis factum extra iudicium gestum coram eo, circa pertinentia ad officium suum est credendum.*

12 *Literis executorum, & sub executorum in pertinentibus ad eius officium creditur.*

13 *Possessio antiquior, vbi est probata, facit obtinere in interdicto vti possidetis, tam respectu corporalium, quam incorporalium, & iuniorem facit clãdestinam apparere.*

14 *Possessionis antiquioris data ambiguitate, præfertur possessio titulata, & iustiore causa fulcita.*

15 *Possessio iustior, & potior est, quanto magis est à proprietate causata.*

16 *Immunitas concessa territorio est realis, & transit ad quoscunque res ipsa transit.*

17 *Immunitas concessa ciuitati, castro, vel loco est realis, & ad posteros quoscunque transmittitur.*

18 *Beneficium principis concessum personæ, quæ non moritur, quum sit perpetuum, est reale.*

19 *Beneficium Principis præsumitur reale, & quando transiuit in contractum, non potest reuocari.*

20 *Adhærentes, & confederati omnimoda gaudent libertate, & pacta cum eis inita tempore, & in actu submissione sunt eis inuiolabiliter seruanda.*

CONSILIVM DCXLIX.



Reddidi alias consilium in fauorem hominũ Montisbresarij concludens, eos non teneri ad solutionem onerum, quæ in statu ducatus Mediolani cæteri sustinent, siue possessorium inspiciamus, siue petitorium iuribus, & rationibus ibidem adductis. Nunc dicitur, quod Mag. magistratus redditiuum Mediolani, coram quo cã vertebatur, causam remisit excell. Senatui, vt decideret, an d. homines Montisbresarij subditi sint status Mediolani, an adhærentes, & excell. Senatus rescripsit, vt magistratus iustitiam faceret super onerum controuersia in possessorio, saluis iurib' ambarum partium in petitorio,

Et licet in prioribus meis scriptis dixerim non esse in potestate procuratoris fiscalis facere vt causa tãtum in possessorio terminetur, sicut ab eo sępius fuerat petitũ, quia
1 † in huiusmodi iuribus incorporalibus potest simul possessorium, & petitorium cumulari, vt Bald. inquit in.l.1. col.10. versic. Duodecimo quæro.C.de serui. & aqua. tamen nunc est obtemperandum decreto amplissimi ordinis. Quæritur igitur verum in possessorio tantum prædicti homines Montisbressarij debeat obtinere, & dico, ꝙ obtinere debent, & licet super hoc alias scripserim, tamen nunc latius exequar addendo quædam prioribus scriptis, & ea vbi expedierit repetendo, ne iudices fatigẽtur in lectione variarum allegationum. Videndum est ergo, vtrum eorum possideat; videlicet, vtrum fiscus possideat, seu quasi ius exigendi onera à præfatis hominibus, vel præfati homines possideant, seu quasi libertatem onera non soluendi. Et pro præfatis hominibus facit; quia non solum per tempus triginta, vel quadraginta annorum, sed etiam per spacium tanti temporis, cuius initii memoria non extat, nõ soluerunt onera vnquam imposita per Illustrissimos Duces Mediolani, ergo sunt in quasi
2 possessione onera non soluendi, † attenta scientia, & patientia Illustrimorum quõ. Ducum, seu eorum officialium, qui à dictis homininibus onera non exigebant, nã in iuribus incorporalibus scientia, & patientia aduersarij idem operatur, quod traditio in corporalibus.l.quo-
3 tiens.ff.de serui.l.3.§.dare.ff.de vsufruc. & quòd † vbi quis non soluit onera soluentibus cæteris, cõstituatur in quasi possessione onera non soluendi, ostenditur, quia tunc incipit currere præscriptio.c.de quarta de præscrip.l.fin. C.de fund. patrim.lib.11.glos.in clemen.1.in verbo legitima de cens. & glos.in.l.in fraudem in verbo sortiri. C.de anno. & tribu.lib.10. & in.l.si publicanus in verbo municipium.ff.de publ. Abb. in.c.accedentes.de præscri. & consi.94. Quædam ecclesia libr.1.& con.20. In quæstione, quæ ad præsens lib.2.Paul.de Cast.consi.314.Postremo res ista colum.1.libr.1.secundum nouissimam impressionem. Si igitur ab eo tempore incipit currere præscriptio, quo soluentibus cæteris quis non soluit, consequens est, vt constituatur in quasi possessione non soluendi; quia sine possessione non procedit præscriptio.l.
4 sine possessione.ff.de vsuca. & † neganti se soluisse non incumbit onus probandi negatiuam, sed sufficit sola allegatio iuncto cursu legitimi temporis, vt voluit Bal consi.318. Proponitur quod antiquitus lib.3.dicens † pre-
5 scriptionem aduersus perpetuum censum induci per non solutionem quadraginta annorum, & ista non solutio probatur ex solo temporis cursu, & idem tenet Corn.in terminis collectarum, de quibus agitur consi.142 Videtur prima facie dicendum colum. penul. lib.3. & repetit consi.268. In hac consultatione colum.7.versic.licet autem talis lib.4. vbi adducit efficacem rationem; quia
6 † si ista negatiua non soluendi esset probanda per allegãtem, vix posset procedere prescriptio.30.vel.40.anno, & esset præscribenti difficile, imo impossibile hanc negatiuam non coarctatam loco, & breui tempore probare, propterea sufficit, ei qui innitur ex tali præscriptione probare lapsum temporis à die natiuitate actionis. Præterea si volumus dicere opus esse aliqua probatione, satis hoc iam videtur probatum; quia præsupponitur mihi, quod
7 inspectis diligenter libris redditũum fiscalium non reperiuntur dicti homines aliqua onera ullo tempore soluisse, hoc enim modo probatur negatiua, aliquem non soluisse collectas, si inspecto libro soluentiuũ ibi non reperitur, verba sunt Bart. in.l.fin. C.de reb. credi.& in.l. Titiæ textores secundo not.ff.de leg.1. & idem dicit Bal. in.l.iustum.C.de eden. & regulariter in actu, in quo conficitur scriptura, probatur negatiua per rimationem, & per cunctationem ipsius scripturæ, vt probatur in.d.l.fin. C.de reb. cred. & in.l.cum testamento, ibi si non debitor ex rationibus relatis repertus fuerit, & ibi Bald.not.C.de testamen.manu.& ponit etiam Bar. in.l.ei qui ad ciuilia. C.de appel.Fede.de Sen. loquens de libro excommunicatorum consi.119. Nulli dubium est, cum aliis similibus adductis per Alex.cõsi.222. Viso puncto col.1.lib.4. Confirmantur prædicta ex literis multiplicibus, & variis Mag. magistratus redditũum, in quibus apparet preceptum fuisse exactoribus onerum, vt supersederent ab exactione onerum, contra dictum commune, & illud nõ molestarent, quod quidem verisimiliter non fecisset.d. Mag. magistratus nisi d. homines fuissent in quasi possessione onera non soluendi; quia semper pro iudice præsumitur, vt faciat quæ ad eius officium pertinẽt.c.in præsentia. de renun.l.vnica.C.de offic.ciui.iudi.

¶ Pro contraria autem parte allegatur ex parte fisci, quòd dicti homines Montisbressarij soluerunt aliquando onera hoc postremo bello, quod gestum est in partibus Pedemontium, & sic videtur fiscus cõstitutus in quasi possessione onera ipsa exigendi. sed respõdetur, quod
8 huiusmodi solutiones, † (quod cum bona venia, & debita reuerentia dictum sit) fuerunt meticulosæ, & coactæ missis militibus, & præceptis pœnalibus, vt patet ex literis executorum ad hoc deputatis. Et clarum est, quod non solum id, quod geritur manu militari nulla præcedente cognitione inducit iustum metum, vt quicquid deinde fit ab inuitis dicatur extortum, verum etiam præcepta pœnalia, vt Bart. tradit in.l.creditor. in fin. ff. de solut. præsertim si talia præcepta emanant de mandato principum, & dominorum; quia tunc dicuntur inferre impressionem, vt per Bart. in.l.pen. C. quod met. caus. & in tract. de Tyran. colum.5.versic. Impressionem autem probabit cum aliis similibus. Et dicit Bald.in.c.1. col.1. quod me.cau. quod qui iustam causam metuendi probat hoc ipso dicitur probasse metum; quia nemo debet exponere se periculo, sequitur Andr. Sicu. consi. 30.
9 Bene etiam col.1.lib.1. Clarum est autem, † quòd vbi inter duos, aut plures contenditur de possessione, quòd prætor non tuetur eum, qui ui, vel clam, vel præcario ab aduersario possidet, nos autem sumus in illo capite exceptionis de vi, & quod in huiusmodi iuribus incorporalibus nullum ius acquiratur, vbi aliquis ui, vel clam, vel præcario possidet, ꝓbatur in.l.1.C.de serui.& aq.l.si quis diuturno.ff.si serui. vend.l.1.in fin. ff.de aq. plu. arcen. glo.in.c.cum ecclesia.in verbo trium episcoporum, de cau.posse. & proprie. & in specie de hoc est optimus tex. in.l.cura. in princip. ff.de mune. hone. quem adducit Roma.consi.252. Pro decisione propositæ consultationis circa fin. vbi habetur, quòd munus per vim extortum non aufert excusationem, quam quis habet pro muneribus aliis subsequentis temporis. Hoc etiam ostenditur ex protestationibus factis per d.homines, & admissis, ꝙ coactè, & inuiti soluebant, de quibus protestationibus
10 etiã attestantur literæ executorũ, † & licet protestatio non probet uim, & metum.l.metũ. C. quod met. cau. tñ declarat, quo animo quicquid fiat.l.& si quis.§.pleriq;. ff.de relig. & sump.fune.l.qui in aliena.§.celsus.ff.de acqui.hæredi.& conseruat ius protestantis.l.si debitor.§.1. ff.quib. mod. pigno. vel hypo.solui. & hoc etiam ostenditur ex iuris præsumptione, quia cum antea non soluissent onera imposita subditis Mediolanensis imperij vigore prætensæ immunitatis, non est credendum, quòd huic suo iuri voluerint derogare, & suum iactare.l.cum de indebito in prin.ff.de proba.c.super hoc de renun. Quòd
11 † autem literis dictorum executorum sit adhibenda fides, ostenditur; quia literis testimonialibus officialium attestantibus factum extra iudicium gestum coram se circa pertinentia ad suum officium creditur, secundũ Hostię. in.c.post cessionẽ de proba.& Inno.in.c.2. defid. instru. & est optima decisio Rotæ in ordine.22. Fuit dubitatum in nouis, vbi concludit, credi literis episcopi solo sigillo suo sigillatis super resignatione beneficij ex causa permutationis factæ in manibus suis, & per eum admissa, & collatione subsecuta, attento, quòd nunc non procedebat vt iudex, & testificabatur de gestis coram se, & de pertinentibus ad officium suum, & idem tradit Rota Decis.397. incipiente. Nota creditur literis in antiquis, & idem sequitur Aret. in.d.c.post cessionem col.2. vbi ad hoc allegat tex.in.c.inter dilectos. versic. sed priuilegium. & in c.super his iuncto princ.cum fin. de fide instrum. vbi videtur probari, quod littera sigillata sigillo Cardinalis super absolutione voti vltramarini facit fidem, & generaliter dicit sustineri posse, quòd in omnibus actibus voluntarię iurisdictionis, siue extraiudicialibus ad officiũ sigillantis ꝑtinẽtibus, credatur literis officialis, & cũ ꝑdictis tenet etiã Felin.in.d.c.post cessionem col. 4. versic. Fallit septimo. Sed in proposito ista omnia concurrunt; quia executores testantur per eorum literas de gestis coram se, vel potius de his quæ ipsi gesserunt, & sunt pertinentia ad officium suum, & sumus etiam in extraiudicialibus;
12 quia ipsi erant meri executores. Et demum quicquid † fit

in aliis

in aliis officialibus, tamen quòd literis executorum, vel vel subexecutorū credatur, vult Rota decisio. 701. Nota quòd non creditur in antiquis, vbi vult, quòd literis sigillatis delegatorum executorum, vel subexecutorum credatur, secundum Inno. in c. quoniam. extra de probatio. & Arch. in c. si à sub delegato in princ. de offic. deleg. in 6. & subdit, quod esse posset ratio; quia in commissione eis facta non agitur de eorum vtilitate. Præterea, aut volumus dicere, ꝙ literis d. executorū sit adhibenda fides, vt prędictæ decisiones abundanter ostendunt, & tunc prędicti homines habent intentum, quòd adhibito metu, & impressione onera soluerūt, aut volumus dicere, quòd non sit adhibenda fides, & tunc etiam dicti homines debent obtinere; quia fiscus nec per libros reddituum Ducaliū, nec per testes, nec alio vllo genere ꝓbationis, sicut mihi præsupponitur, probat aliquid solutum fuisse per d. homines rōne onerum impositorum, & sic soli d. homines probant possessionem suam non soluendi absq; alia probatione. Sed qui plura? Nam posito ēt, quod velimus dicere, quòd his postremis tēporibus bellicis soluerint homines onera, tamē quum ipsi fuerint in possessione quasi vetustissima non soluendi, procul dubio debent obtine-
13 re in interdicto vti possidetis; quia † non solum in rebus corporalibus, sed etiam in iuribus incorporalibus quasi possessio clandestina non attenditur. l. 1. C. de seru. & aq. l. siquis diuturno. ff. si serui. vẽdi. l. 1. in fi. ff. de aq. plu. arcen. glo. in c. cum ecclesia. in verbo trium episcoporum, de cau. posse. & proprie. & antiquior possessio semper præfertur; quia iunior præsumitur clandestina, vt est text. in c. licet causam de proba. vbi Inno. dicit, & post eum cæteri, quod sufficiebat hoc duntaxat in casu illius text. quod Archiepiscopus probaret antiquiorem possessionem, & est etiam tex. in l. cum quærebatur. C. vnd. vi. & idem tradit Bart. in l. si duo. ff. vti possi. Bart. Bald. Ange. & reliqui in l. 1. C. eod. titu. & Bald. in l. ordinarij colum. 4. versicu. sed iuxta prædicta. C. de rei vendi. & in l. non ignorabat post medium. C. ad exhibend. & dicit Bald. in c. si diligenti col. vlt. de præscriptio. quòd qui prior est in possessione, reportat palmam victoriæ; quia sua possessio impedit, ne sequens possideat. Illud
14 etiam non omitto, quòd † licet vbi contenditur iudicio retinendæ inter duos, vel plures, & principaliter non quæratur de dominio, tamen possessio titulata valde adiuuat, vt debeat obtinere, nam vt inquit Bald. in l. qui accusare circa fin. C. de eden. possessio titulata est potior; quia magis iustificatur per viam rationis. d. c. licet causam. Item quando dubitatur de possessione antiquiori, ille, qui probat iustiorem causam, vincit; quia qualitas possessionis facit vnam probationem alteri præualere, &
15 tanto † iustior, & potior est possessio, quanto magis est à proprietate causata, ita signanter tenet Bald. in l. data opera circa fin. qui accusa. non poss. quæ verba reputat notanda. Franci. Curt. consi. 16. super motiuis redditis penul. colum. & dicit etiam Bald. in l. arboribus. §. nam & si agrum. ff. de vsufruct. quòd ille melius probat possessionem, qui etiam probat titulum. Modo in proposito dicti homines Montisbressarij probant titulum suæ possessionis, ergo magis eorum possessioni venit deferendum. Nam quum antecessores istorum de Montebressario non essent subditi Illustr. Ducum Mediolani, sed adhærentes, postmodum de anno. 1456. acceperunt in feudum ab Illustrissimo quon. Francisco Sfortia Vicecomite primo duce Mediolani pro se, & eorum hæredibus masculis, & fœminis in perpetuum, rectum, nobile, antiquum, paternum, & auitum, castrum, villam, & locum Montisbressarij, cum suis iuribus, & pertinentiis, & cum mero, & mixto imperio, & gladij potestate, cum omnibus suis iuribus, & exemptionibus, franchiis, & libertatibus, & immunitatibus solitis, regalibus, & honoribus prædictis, castro, loco, & territorio spectantibus, & pertinentibus, &c. ita se habent verba inuestituræ propter quæ dicti homines redduntur immunes ab omnibus
16 oneribus, nam † dicta immunitas concessa est territorio Montisbressarii, & sic immunitas est realis, vnde transit ad quęcunque transit res, vt est text. apertus in l. ætatem. §. fin. ff. de censib. vbi dicitur, quòd personis data immunitas cum persona extinguitur, rebus nunquam extinguitur, ad idem text. in l. sordidorum. & ibi gloss. C. de excu. mune. libr. 10. & bonus tex. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua. quot. & æsti. in illis verbis, quòd prædiis datur, cum persona non extinguitur, ad idem text. in l. si aquæ ductus. ff. de contrahen. empt. Præterea dicta im-
17 munitas non solum fuit concessa territorio, sed † etiam castro, villæ, & loco Montisbressarij. Vnde immunitas concessa ciuitati, & loco dicitur realis, & ad quoscunque posteros transmittitur, vt est tex. etiam apertus in l. forma. §. quanquam. ff. de censibus tradit glos. in d. l. sordidorum. & glos. 24. q. 2. in summa sentit. & in l. 1. ff. de consti. princip. per text. in l. proponebatur in fin. ff. de iud. Paul. de Castr. & Imol. in l. maritum. ff. solut. matrimon. & facit glo. in c. cum venissent. in verbo probatū. de institu. vbi dicit, quod si quis donat ecclesiæ, præsumitur realis donatio. c. vult. 16. q. 1. c. cum apostolica de his, quæ fi. à præla. & hoc ideò est, quia ecclesia non potest mori. c. liberi. 2. 12. q. 2. Et hoc idem est de mente Bald. in l. fin. col. vlt. ff. de constitu. princip. vbi dicit, quod
18 vbi † beneficium principis conceditur personæ, quæ nō moritur, est reale; quia personale esse non potest, quum sit perpetuum allegat text. in d. l. forma. §. quanquam. propterea non oportet ingredi illum articulum, an in dubio immunitas censeatur personalis, vel realis, in qua quæstione varij varia dixere, nam in casu nostro res est clara ex verbis, & vbi verba sunt clara, non admittitur quæstio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. & in claris non est opus ire per ambages. l. continuus. §. cum ita in fin. ff. de verbo. oblig. Et aduertendum est, quod princeps non concedit de nouo immunitatem, vt dici possit istud esse priuilegium tendens contra ius commune, & aduersus vtilitatem publicam; quia tantum conseruat immunitatē, quam prius habebant, & sic non derogatur vtilitati aliorum subditorum Dom. Ducis, nam sine illa conseruatione immunitatis nec se, nec locū, nec territorium subiecissent Dom. Duci, ideo hæc conseruatio immunitatis, magis accedit beneficio, quam priuile-
19 gio, & † beneficium principis præsumitur esse reale; quia latissime est interpretandū, vt Bar. dicit in d. l. pater. ff. de serui. lega. & Paul. de Cast. & Imol. in d. l. maritum. & dicit Bald. in d. l. fin. col. 2. ff. de constit. princip. quod beneficio iuuare, non decipi nos oportet. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. Et huiusmodi beneficium non potest reuocari per principem, ex quo transiuit in contractum; quia princeps lucratus est recognitionem rei alienæ in feudum, iux. not. per Inn. & Docto. in c. nouit. de iudi. & tradit Bald. in l. qui se patris. col. 7. versic. Et vt scias. C. vnde libe. & in l. si cum inshu. ff. de donati. cum suis solitis concor. & facit pro prædictis in specie, quod scribit Paul. de Castr. consi. 313. Postremo res ista clara colum. fin. lib. 1. vbi consuluit, quod Castellionenses, qui se submiserant communi Florentię cum pacto nō soluēdi onera quarundam gabellarum, non poterant cogi ad solutionem earū, nec istud pactū poterat reuocari tāquā priuilegium esset concessum subdito, ex quo in ipso actu submissionis ita conuenerant, & quæ incontinenti fiunt dicuntur inesse, & per consequens idem est, ac si prædicta conuentio esset facta cum non subdito, & transisset in vim contractus, vt ibi ipse latius prosequitur. Et circa hoc alias scripsi pro ipsis magnific. Domi. Montisbressarii in quondā consi. meo impresso, qđ est in ordine. 301. quod incipit Antecessores istorum magnific. licet tunc non allegauerim istud consi. Paul. de Castr. & ibi dixi, quòd dicti Domini Montisbressarij, nec ipsi, nec eorum subditi poterant arctari ad aliqua munera soluenda, quū antequam susciperent inuestiturā feudalem ab Illustrissimo Francisco Sfortia essent adhęrentes, Illustrissimo Duci Philippo, & adhærentes, seu confęderati omnimoda gaudent libertate. l. non debito. & ibi Bart. ff. de capt. cum aliis pluribus concord. adductis copiose per Socin. consil. 74. In proposita consultatione col. 3. lib. 1. Feli. in c. postulasti. col. 4. de for. compet. Et in proposito est tex. optimus in l. 2. in princ. ff. de iur. immu. vbi illis, qui sub certa conditione astrinxerunt se muneribus, quum alias astringi non possent, fides est seruanda, quem text. pro casu istius qō. adducit Bart. consil. 29. Commune spoleti col. 2. & dicit etiam Bald. consil. 499. Proponitur, quod castra libr. 4. quod licet immunitas gratuita possit per concedentem reuocari propter inopinatos casus, non tamen sic, vbi deducta est in pactis extraneorum, qui se cum illa immunitate subiecerunt; quia hoc nullo modo violari potest, secundum Rofr. in rubricella de recommandata. nā illi simpliciter non sunt subditi, sed secundū

quid

quid, & sic impropriè. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. propterea, quum dicti Domini Montisbresarij antea essent liberi, & subiecerint se, villam, & territorium postea Illustrissimis Ducibus Mediolani cum solitis libertatibus, franchisiis, & immunitatibus, nō possunt ad onera astringi, & istud adeo clarum videtur, vt congruam non recipiat dubitationem. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Aestimata prædia viro in dotem dari possunt duplici respectu.*

2 *Aestimatio regulariter, & in dubio, vbi prædia sunt viro per vxorem tradita æstimata, facit emptionem; adeo quod desinunt esse dotalia, & alienari possunt per virum vxore inuita.*

3 *Datio in solutum, vbicunque res datur in solutum loco pretij, obtinet vicem emptionis.*

4 *Aestimata prædia vbi dantur in dotem, & conuenitur quod æstimatio, vel res præstentur, tunc est in electione viri, utrum uelit restituere.*

5 *Dos in prædijs æstimatis vbi consistit, & vir promisit dotem restituere, tunc venit pretium restituendum; quia vera dos est in pretio.*

6 *Dictio, seu est disiunctiua; sicut dictio aut.*

7 *Dos est quoddam ius vniuersale, & incorporale distans à corporibus æstimatis sub dote comprehensis, & in vniuersalibus pretium succedit loco rei.*

8 *Pretium allegans non esse condignum, & valori rei correspondens, debet illius iniustitiam probare ex eo, quod pretium contrahentibus placitū præsumitur iustum.*

9 *Remedium. l. 2. C. de rescind. vendi. habet etiam locum in contractu dotis, & in dote æstimata.*

10 *Dominium vbi ex contractu est translatum, non tollitur per simplicem prædiorum diuisionem nomine alterius factam; quia nuda voluntate non amittitur, sed requiritur actus retrosimilis, et retrotraditio.*

Dominij retranslatio vt fiat, quæ requirantur. sub eo. nume. 10.

11 *Error in facto proprio tolleratur, vbi tractatur de damno vitando.*

12 *Nouatio prioris contractus non fit per subsequentem; nisi expresse agatur; fallit vt ibi.*

CONSILIVM DCL.



1 Bicunque mulier tradit † prædia æstimata in dotem viro, hæc æstimatio fieri potest duplici respectu, fieri enim potest ad effectum, vt si prædia fuerint deteriora effecta, id fiat periculo viri, & prædia in eadē qualitate, & bonitate reddantur, potest etiam fieri alia ratione æstimatio, vt transeat in emptionem, ita quod vir nō teneatur restituere prædia, sed pretiū æstimationis. l. quotiens. & l. si inter. & ibi glo. & Docto. C. de iure dot. l. ex conuentione. & ibi Bald. & alij. C. de pac. l. plerunq;. in princip. & in §. penul. cum sequen. ff. de iu. doti. ponunt Scrib. in. l. si æstimatis. & in. l. æstimatæ. ff. solut. matrim. In casu autem proposito Domi. Margarita dedit Domi. Marco Antonio pro dote octocentum scutorum pecuniam; Item & prædia quædam, quæ habebat communia pro indiuiso cū quoddam suo patruele pro singulo iugere ad scuta nouem cum dimidio. Nunc autem intendunt hæredes mariti in restitutione dotis numerare pecuniam; quia prædia fuerunt æstimata, non autem prædia ipsa tradere. Vnde videndum est, quæ pars iustiora foueat iura. Et omissis multis inanibus sentio pro hæredibus

2 mariti, motus primo; quia † regulariter, & in dubio æstimatio facit emptionem, vbi prædia sunt data per vxorem marito æstimata, nisi aliud sit expressum, vt est glo. communiter recepta in. d. l. si inter. fingitur enim in huiusmo di æstimatione, quod maritus breui manu pro prædiis ab vxore acceptis dederit ei pecuniam, & vxor pecuniam pro dote marito dederit. l. singularia. ff. si certum. peta. l. 3. §. sciendū. ff. de dona. inter virū, & vxor. l. licet. §. quotiens. ff. de iu. do. & istud est, quod voluit Bald. in. d. si inter. dicens, quòd d. casu contractus occultatur, & alius exprimitur; quia occultatur contractus emptionis, & exprimitur contractus dotis; & celeri manu transit de vno in alterum, prout eum refert, & sequitur Socin. consi. 56. Stantibus suprascriptis colum. 2. versic. Septimus casus lib. 1. Cum igitur maritus videatur quodammodo titulo emptionis tenere fundum, efficitur incommutabiliter constante matrimonio dominus, vt inquit Bald. in. d. l. quotiens. accedente præsertim constituto mulieris, per quod dominium transfertur. l. quòd meo. in princip. ff. de acquiren. posse. Sequitur, quod non tenentur hæredes mariti eum tradere mulieri tanquam rem suam, & propriam; sed tenentur tantum ad æstimationem pecuniæ reddendum. Ad cuius confirmationem bene facit, quod scribit Imo. in. d. l. si æstimatis colum. 1. versic. Item attende, vbi inquit, quòd quando æstimatio facit emptionem, illa facit desinere fundum esse dotalem ex toto, adeò quòd sine consensu mulieris potest per virum alienari tanquam res propria. Et istud sit primum fundamentum.

¶ Secundo, quod hæredes dicti mariti possint reddere dictæ Domi. Margaritæ dictam æstimationem, pro qua recepit prædia, & prædia ipsa pro se retinere, adduco, nam sunt ponderanda verba dicti contractus, vbi dictus maritus recipit dicta prædia æstimata pro se, & suis hæredibus, quæ verba ostendunt, quòd recipiebat ea nomine suo, & sic quod volebat incommutabiliter eorum esse dominus; & quòd prædia æstimata nolebat restituere soluto matrimonio, nā si voluisset ea soluto matrimonio restituere vxori, non poterat ea accipere pro se, & suis hæredibus, quū soluto matrimonio restituenda essent vxori, vel eius hæredibus. d. l. si æstimatis. & l. æstimatæ. ff. solu. matri. & d. l. si inter. C. de iur. dot. & in terminis tradit Corn. consil. 172. Circa primam consultationem col. 2. versic. Tamen his non obstantibus. lib. 1.

Tertio moueor, nam maritus in instrumento recepit

3 dicta prædia æstimata insolutum, sed † vbicunque res datur insolutum loco pretii, hæc insolutum datio vicem emptionis obtinet, ita Impera. inquit in. l. si prædium. in fin. C. de euic. ad idem est text. in. l. eleganter. in princip. & ibi glo. ff. de pigno. actio. & in. l. pretii. C. de rescind. vendi. ergo sequitur, quòd maritus ex dicto titulo dationis insolutum, qui emptionis vicem obtinet, effectus est irreuocabiliter dominus, prout est de natura emptionis. l. ex empto in princip. ff. de action. empt. & in terminis nostris hoc vult. Corn. consil 92. Licet in hac col. 2. lib. 4. vbi inquit, quod si mulier promisisset marito in dotem. c. & pro illis. c. dedisset fundum, ille fundus nō esset dos, sed. c. essent in dotē, & istud fundamentū solū sufficeret.

4 Quarto ad pleniorem victoriam facit, nam † vbi dantur prædia æstimata, si conuenit, vt æstimatio, vel res præstetur, electio est mariti, vtrum velit dare, vt est casus in l. plerunque in fin. ff. de iur. dot. qui text. ad hoc solet vulgo allegari, quòd in alternatiuis electio est debitoris, prout ibi clare asserit Iurisconsult. & habetur in. l. ei qui. versic. quod si de pluribus. ff. depo. & c. in alternatiuis de reg. iur. in. 6. Et ad hoc tendit distinctio Bald. in. l. quotiens circa. fin. C. de iur. dot. vbi quærit, an vbi res est data æstimata in dotem, possit maritus reddere rem nō deterioraram; quia non vult reddere æstimationem, & demum distinguit tres casus, aut actum est de reddenda re, & præcisè debet reddi, aut de reddenda æstimatione, & præcisè debetur æstimatio; aut de reddendo rem, vel æstimationem, & tunc electio est viri, & ita intellgit glo. ibi. In proposito autem nostro maritus in restitutione dotis, quum recepisset dotem partim in pecunia, & partim in prædiis æstimatis, obligat se formaliter his verbis. Quam quidē pecuniā, res, & bona, seu quas dotes, pmisit restituere, &c. & sic alternatiue promisit restituere pecuniam, & bona, vel pecuniam tantum; nam illa secunda pars alternatiue, seu

seu quas dotes, refertur tantum ad pecuniam; quia dos dictæ Domi. Margaritæ consistebat tantum in pecunia octingentorum aureorum, nam vt dicit Bald. in d. l. quo-
5 tiens circa fin. vbi † prædia sunt æstimata, & promisit maritus dotem restituere, pretium venit restituendum; quia vera dos est in ptio, & sequitur Soc. in d. cōsi. 56. in septimo casu. Et seqtur Alex. cōsi. 79. Eleganter, & subtiliter tertio dub. lib. 5. vbi vult, qđ si in instrumēto cōtineatur, quod restituantur res, seu dotes, quod res non veniunt in restitutione, sed æstimatio, per id, quòd scribit Bald. in d. l. quotiens. in fi. subdit bene ad rem nostram, quod
6 † dictio seu est disiunctiua, sicut dictio aut. d. l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. l. generali. C. de sacrosan. eccle. Bart. in. l. si quis ita. ff. de au. & argen. leg. & ibi hoc etiam compro-
7 bat; quia † dos est quoddam ius vniuersale, & incorporale distans ab ipsis corporibus sub dote comprehensis, vt latè per Bart. & omnes in rubr. ff. solut. matrimo. & in vniuersalibus pretiū succedit loco rei, vt not. in. l. Labeo, & Sabinus. ff. de verbo. signifi. & in. l. si rem, & pretium. ff. de petitio. hæred. Restat, vt respōdeatur nōnullis, quæ adducuntur in oppositum. Et primò obiicitur, quòd id, quod dicitur, quòd æstimatio facit emptionem procedit,
8 quando † pretium est condignum, & correspondens valori rei, alias secus, per glo. in. l. 1. §. 1. ff. de superfic. secundum Bald. & Salic. in. l. ex conuentione. C. de pac. Bald. in. l. 1. q. 3. C. commo. Sali. in. l. dedi. §. idem erit. ff. de condi. ob cau. & Aret. consi. 84. Diligenter ponderatis. colum. 2. pro quo facit. l. cum de indebito in princip. ff. de prob. sed d. hæredes mariti non probarunt pretium esse condignum ergo, &c. Sed respondetur ad prædicta quòd hæc probatio pertinet ad istam D. Margaritam; quia hæredes mariti habent regulam pro se, quòd æstimatio in dubio facit emptionem, mulier autem, quum sit in casu fallentiæ, probare debet id, quod excipit, scilicet pretium nō esse condignum, iux. glo. in rub. de reg. iur. in. 6. in. l. omnis diffinitio. ff. de. reg. iur. & per Bart. in. l. 2. in princip. ff. si quis in ius voca. non ie. Præterea pretium, quod cōtrahentibus placuit, præsumitur esse iustum secundū Bal. in. l. per diuersas. q. 4. C. manda. propterea qui dicit se læsum in pretio, & ob eam causam vult rescindere contractum, debet iniustitiam pretij probare, vt probatur in. l. 2. C. de rescin. vendi. & de hoc est text. clarus in. l. si circumscripta. C. solut. matrimo. vbi mulier allegans iniquam æstimationem rei dotalis, ei subuenitur, si circumuentam dolosis artibus probauerit, & ille tex. procedit etiam, si mulier dicat se circumuentam re ipse, vt vult Sali. post glo. ibi in. l. si res. §. si mulier. ff. de iu. dot. Et quum D. Margarita sit illa, quæ dicit rem viliori pretio fuisse æstimatā, ipsa habet probare; qa qui dicit, probare debet. l. 2. ff. de proba. non enim sufficit allegare aliquid, nisi probetur glo. in. l. 1. in verbo dicatur. ff. si quad. pau. fecisdica. cum multis similibus adductis per Alex. consil. 26. Viso, & diligenter ponderato colum. penul. lib. 6. Secundo respondetur. quòd ideò, quando valor non correspōdet rei æstimatæ, æstimatio non facit emptionem; quia non videntur voluisse partes id agere, vt alter ex alterius iactura lucretur, & istud procedit ex coniectura, sed hic apertè, & clarè ostenditur dictam æstimationem fuisse factam, vt faceret emptionem, ex quo prædia fuerunt data insolutum, & maritus ea accepit pro se, & suis hæredibus, & vlterius actum est, quòd possit reddere pecuniam, & res, vel pecuniam tantum, vnde in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita in fin. ff. de verbo. oblig. Nec potest mulier contrauenire d. æsti-
9 mationi; nisi fuerit decepta † vltra dimidium iusti pretij; quia remedium. d. l. 2. habet etiam locum in contractu dotis secundum glo. in. l. si ex causa. §. in dotis. ff. de mino. & vult etiam hoc Bal. secutus. d. gl. in. d. l. 2. in repet. magna, quæ repetitio communiter non habetur in lecturis, & ego habeo in lib. repet. Et in terminis, quòd. d. l. 2. habeat locum in dote æstimata, vult Pantal. Crem. Modernus Doctor in repet. illius. l. 9. ampliatione per text. in. l. iure succursum. §. fin. & ibi glo. & l. si res. §. mulier. ff. de iu. do. & l. si circūscripta. C. solu. matrimo. vbi subuenitur mulieri, vel marito circumuento in æstimatione rei dotalis. Quum enim æstimatio assimiletur emptioni, & venditioni, idem ius esse debet. l. 1. §. si certum. ff. depo. & hæc fuit decisio Roma. in. l. si quis cum aliter col. 7. ff. de verbo. oblig. quam ibi ipse allegat. Secundo obiicitur; quòd vtrum æstimatio faciat emptionē, vel facta sit tantum ad dignoscendam bonitatem rei, vt reddatur in eadē bonitate, hoc colligitur ex coniecturis, secundum Aret. in præfato consil. 84. col. 2. Sed hic videtur esse vrgens coniectura, quòd prædia fuerunt æstimata, non vt faceret emptionem, sed ad cognoscendam deteriorationē; quia d. D. Margarita d. prædia æstimata marito in dotem, quæ habebat pro indiuiso cum quondam eius patruele, dedit. postea maritus veniens ad diuisionem bonorum cum d. patruele fecit dictam diuisionem nomine vxoris, & eam in instrumento vocat dominam. Sed ad prædictum instrumentum diuisionis multipliciter respondetur; Primo, quòd
10 † quum dominium d. prædiorum fuerit translatum in maritum vigore d. æstimationis, vt superius latè est deductum, illa simplex diuisio sibi non potuit præiudicare, nec potuit ius aliquòd dominij acquiri mulieri; quia dominium nuda voluntate non amittitur. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess. & quatenus constaret, quòd partes voluissēt recedere à primo contractu, requirebatur actus retrosimilis, hoc est vtriusq; consensus. l. sicut. C. de actio. & oblig. auct. econtra si filij. C. de repud. Item retro traditio ad translationem dominij. l. 1. C. quan. licet ab emp. disce. l. ab emptione. ff. de pac. iuncta l. q plus. §. qui iniu. ff. de euic. & l. si prædium. C. eod. titu. Ad quod facit, quod scribit Bald. in proposito in. l. ex pecunia. C. de iur. dot. quòd si maritus acquirit nomine vxoris prædium de pecunia dotali, non acquiritur vxori actio sine cessione, sed vt trāsferat dominium, requiritur, quòd fiat traditio. Præterea requiritur etiam præsentia partis, vt actio acquiratur. l. fin. ff. de interro. action. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. cum ibi not. per Bart. & quòd not. in. l. illud. C. de sacros. eccles. cum simil. Vlterius dicitur pro responsione, quòd ille interuētus mariti procuratorio nomine d. D. Margaritæ fuit factus ad effectū diuisionis consequendæ, vnde si velimus dicere, quod operetur effectum translationis dominij iam quæsiti, actus operaretur vltra intentionem agentis, quod esse non debet. l. non omnis in princip. ff. si cert. pet. Et po-
11 test dici actus fuisse factus per † errorem, qui tolleratur etiam in facto proprio, quando tractatur de damno vitando. l. sed & si me putem in princip. ff. de condi. indeb. l. si post diuisionem. C. de iu. & fac. igno. & not. in. l. cum de indebito in princip. ff. de probat. & plenè per Bart. in l. non fatetur. ff. de confes. & per cano. in. c. fin. co. titu. & dicitur tunc tractari de damno vitando, quando perditur lucrum iam acquisitum, & radicatum, gl. not. in. l. si quis autem propter. in verbo, in integrum. ff. de itine. actuq; ptiua. & in. l. non amplius. §. 1. & ibi Bal. & reliqui. ff. de lega. 1. Cyn. & Bal. in. l. cum te spōte. C. de dona. an. nup. & Imol. in. l. proculus. ff. de dam. infec. & ad hoc bene facit, quod not. Bal. in. l. ad probationem colum. 2. versicu. quæro si instrumentum dicit. C. loca. vbi vult, quòd si conduxi à te rem aliquā confitendo esse tuam, non probatur per hoc te dominum esse, quia verba sunt narratiua, & de natura contractus incidenter prolata, & non operantur incidentia, nisi quatenus operaretur ipsum principale, vt legitur & not. l. optimam. C. de contrahen. & comi. stip. & quia præsumitur error. l. cum falsa. C. de iu. & fac. igno. Sic dicam in proposito, quòd licet maritus in d. prædiorum diuisione vocauerit d. Margaritam dominam, illa verba non præiudicant dominio suo; quia sunt narratiua, & in alio contractu incidenter prolata. Et pro prædictis facit etiam, quod scribit Alex. consi. 87. Quantum ad primam col. 2. lib. 6. nam in casu suo, quum plures filii hæredes patris haberēt dominiū cuiusdam ciuitatis, & secundo genitus gessisset se pro locumtenente primogeniti, concludit, quòd ex hoc non videatur iuri suo præiudicasse; quia dominium non amittitur solo animo, præsertim in actu gesto in absentia partis; & quia etiam præsumitur error, probando rem aliter se habere. In casu aūt nostro apertè probatur de errore per prolationem primi instrumenti, in quo constat, per d. æstimationem dominium prædiorum in maritum fuisse translatum. Postremo, posito sed non concesso, quòd per d. instrumentum diuisionis, res dotales restituerentur D. Margaritæ, tamen videretur ab hoc recessum per tertium subsequens instrumentum, in quo narratur, quòd dotes D. Margaritæ consistunt in octocentum aureis, & pro solutione d. dotis maritus recepit certam pecuniam, & quædam prædia data insolutum, & restabat habere de quantitate d. dotium trecentum aureos, & ita soluti fuerunt dicto marito

marito in præsentia testiũ, & deinde subditur. Quas quidem dotes promisit restituere, &c. Ecce quòd maritus promittit restituere non prædia æstimata; sed dotem, quę consistebat in pretio, & sic declarat animum suum maritus clarè, quod non intendit restituere prædia æstimata sed pretium, & huic promissioni acquiescit d. Margarita; Vnde succedit, quòd si aliquid antea conuentum fuisset inter partes de restitutione prædiorum fuisset per hoc vltimum instrumentum ab eo recessum, quia nouissima pacta derogant prioribus, & præualere debent. l. pacta nouissima. C. de pac. l. iurisgen. §. pactus ne peteret. ff. eo. tit. l. cum plures. §. locator horrei. ff. loca. l. si quis cum procuratorio in fin. ff. de procu. & in tantum istud procedit, quòd non sit necesse apponere clausulam, Cassantes, & irritantes quencunque alium contractum; quia hoc tacitè intelligitur, nisi præcessisset protestatio derogatoria ad futura, vt Bald. singulariter dicit in. c. 1. per illum tex. de transac. & ita limit. l. fin. C. de noua. vbi non
12 † fit nouatio prioris contractus per sequentem, nisi expressè agatur; quia istud procedit, nisi instrumenta repugnent, quia statur tunc vltimo, & ita sentit Bal. in. d. l. fi. dum allegat tex. in. l. Valerianus. ff. de præto. stipu. Et rõ prædictorum est; quia si partes voluissent primum contractum subsistere, non celebrassent alium contractum incompatibilem cum primo. Vnde videtur ab eo recessũ, & sic primus contractus deficit; quia non habet consensum contrahentium, nam substantia contractus in consensu partium consistit. l. 1. in prin. ff. de pac. l. obligationum substantia. §. 1. ff. de actio. & obligat. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & fuit hæc ratio signata in. d. l. pacta nouissima, licet non ita deducatur. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Consensus prælati, & capituli in aliquo actu faciendo potest separatim interuenire, & valet actus etiam simultaneo ipsorum consensu non interueniente.*

2 *Consensus, vbi ad validitatem actus requiritur, sufficit si interueniat ex interuallo, authoritas vero debet in ipso actu interuenire.*

3 *Prælatus, & capitulum; an vnum, & idem corpus censeantur, vel diuersa.*

4 *Subscribens se alienationi rerum ecclesiasticarum, & scripturæ, consentit expresse alienationi, & cõsensum præbet contentis in ipsa scriptura.*

5 *Appellans ab interlocutoria licet debeat causam sui grauaminis nominatim exprimere, sufficit tamen, si specialiter exprimat referẽdo se ad acta, in qua parte actorum grauamen contineatur.*

6 *Scriptũ semper loqui dicitur, ac ẽt clamare.*

CONSILIVM DCLI.



Anctissimus olim Papa Pius IIII. concessit cuidam magno, & potenti viro ius patronatus super quadam ecclesia accedente tamen Episcopi, & canonicorum ecclesiæ præfatæ expresso consensu. Hinc de tribus contingit dubitari, quæ suo ordine, quam breuius fieri
1 poterit, prosequemur. Circa primum, vtrum † per bullam requiratur simultaneus consensus Episcopi, ac capituli, dicendum est, quòd simultaneus consensus non requiratur, sed separatim prælatus, & capitulum consentire possit, vt probatur expressè in. c. cum nos. de his, quæ fi. à præla. sine con capitu. vbi alienationem rei ecclesiasticæ factam per prælatum solum, potest deinceps capitulum ratam habere, & ibi dicit Abb. 2. not. quòd consensus capituli potest interuenire ex post, & validare actum nullum, & actus valebit non vt ex nunc; sed vt ex tunc. Vnde ex hoc ostendit, quòd non habet consensus prælati, & capituli simul interuenire, si ex post facto consensus potest adhiberi, & eo tempore solum valet, ad idem text. in. c. cura pastoralis. de iu. patro. in. c. quod sicut in fin. de electio. & in. c. pastoralis. de dona. & est etiam de hoc gloss. in. c. edoceri in verbo debeant in fin. de rescrip. dicens, quòd si capitulum facit aliquid sine consensu prælati, subsequens consensus prælati sufficit, & econuerso; & cum d. glo. transit Bald. Card. Anto. de Butr. Imo. & Abba. ibi, & sequuntur etiam ibi ex modernioribus And. Sicul. Felin. & Dec. & cum eis etiam videtur tenere Ioan. And. in addi. Specul. §. 1. versicu. Sed pone episcopus de his quæ fi. à præla. sin. con. cap. & cum prædictis consentit etiam Oldra. consil. 44. Quæritur si episcopus. vbi concludit, quòd vbi episcopus senio confectus, vel alio perpetuo impedimento detentus assumit sibi coadiutorem de consensu capituli, non requiritur de iuris necessitate, quòd tempore præstationis consensus interueniat præsentia episcopi, & mutua deliberatio, & idem est etiam de mente Ioan. And. in addi. Specul. super rubri. de cleri. egro, versicu. Hic quæro propter ius nouum. Et dicit Calde. consi. 2. incipiente, An capitulum de constitu. colum. 2. versicu. Vel potest dici, quòd si capitulum ordinet officium protectoris, posito quod ad validitatem. d. statuti requiratur consensus episcopi, sufficit, quòd subsequatur tacitè, vel expressè; nam illud, quod est nullum à principio, benè tractu temporis conualescit per consensum illius, qui à principio requirebatur, allegat inter cætera text. in. d. c. cum vos de his quæ fi. à præla. &. d. c. cura. de iur. pat. quos superius
2 ad hoc adduximus. Et hoc † procedit regulariter, quòd vbi actus est nullus propter defectum consensus, superueniens consensus illum conualidat; secus vbi requiritur authoritas; quia ea debet in ipso actu interuenire, vt latè concludit Alex. post alios, quos adducit in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæredit. de istis etiam ponit Alex. ponens de vnione duarum ecclesiarum consi. 219. Ponderatis his colum. 4. versic. & dato, quod in scriptura libr. 6. vbi tamen prædicta non alle-
3 gat. Nec dicatur, quòd † prælatus, & capitulum sunt vnum, & idem corpus, vt not. gloss. in. c. nouit. de his, quæ fi. à præla. quia istud est largè, & impropriè, verè autem, & propriè sunt diuersa; quia ibi conueniunt vt caput, & membra, & ius prælati distinctum est à iure capituli. Vnde appellatione capituli, non venit prælatus gloss. in clemen. vt hi qui, in verbo in eisdem de æta. & quali. & tradit Abb. in. c. post electionem. colum. 2. ver si. In glo. in verbo. mentio. de rescrip. Et magis in terminis Abb. consi. 57. Attingam pro clariori consultationis informatione primo dub. in. 3. fundam. lib. 1. vbi conclu dit, quòd in rescripto Papæ requirente consensum prælati, & capituli oportet, quòd prælatus consentiat de per se, & capitulum de per se. quum sint distincta, & diuersa, & ibi hoc latius prosequitur in. 4. fundam. ostendens, quòd vbi episcopi, & capituli requiritur consensus, ad inuicem non coniunguntur, sed separatim quilibet per se consideratur, de quo etiam scribit Abba. in. c. postulasti. colum. penul. de conces. præben. Prædicta autem tanto magis procedunt in casu nostro; quia Papa sciebat Cardinalem, qui idem erat episcopus ecclesiæ pręfatæ Romæ agere, & apud ipsum, cui propter Cardinalatus dignitatem tenetur assistere. c. bonæ. 1. de postul. præla. c. 2. de cler. non resid. quod procedit etiam, si sit episcopus, vt Abb. tradit in. d. c. bonæ. 3. not. Ergo videtur fuisse de intentione Papæ, quod Cardinalis haberet præstare consensum Romæ, vbi residere tenebatur, & capitulum in loco proprio.

Ad secundum dubium, vtrum constet de expresso
4 consensu episcopi. Respondeo quod sic; quia † hoc patet ex subscriptione Cardinalis, quam fecit rescripto apostolico, nam subscribens consensum præbet his, quæ in scriptura continentur. l. fideiuss. §. 1. in fi. ff. de pignor. & in. l. sicut. §. nõ videtur. ff. quibus mod. pigno. vel hypo. solui. & in. l. Sticho. §. seruus. ff. de statu. lib. & ponit Bart. in. l. quæ dotis circa fi. ff. solut. matrimo. & in terminis, quod subscribens se alienationi rerum ecclesiasticarum consentiat alienationi, est text. in. c. si quis præsbiterorum de reb. eccle. non alienan. & in. c. non licet Papæ. & in. c. cum redemptor. 12. q. 2. & satis potest dici expressum consensum interuenisse; nam non alia ratione subscribens censetur consentire contentis in scri-

in scriptura, nisi quod subscribens habet relationem ad scripturam, & relatum censetur esse in referente.l.esse toto.ff.de hęred.instit.l.ait prætor.§. si iudex.ff.de re iudi. l.vbi autem non apparet.§.illud versic.sed si vinum.ff. de verbo.obligat. & Bald.in.l.si defensor.§. qui interrogatus.ff.de interro.actio.dicit, quòd quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur in termino referente.l.in summa.ff.de re iud.l.pen.C.de sent.quę sine cert. quanti.profer. & relatio videtur facta cum omnibus suis qualitatibus, vt not. Bart. in.l.1.§.fina.ff.si fami. fur. fecis.dicit in.l.1.ff.de rescript. & in.l.si quis seruum.§. fin.versicu.sed quæro testator.ff.de lega.2.& ad prędicta bene facit, quod tradit Bald. consi. 212. Ea quæ veniunt lib.5.vbi inquit, quod vulgaris est doctrina, quòd quicquid continetur in termino, ad quem fit relatio, continetur in termino referente saltem implicitè, & qui explicat, nihil noui facit.l.adeò.§.cum quis.ff.de acquiren. rer.domin. Et ideò, qui promittit interesse verè, & propriè promittit illam quantitatem, quę probabitur, & illud, quod intelligitur per relationem ad aliud, verè, & propriè intelligitur, & ex continuatione duarum scripturarũ resultat verè certum, & natura relationis est natura veritatis patentis ex coniunctione scripturarum. Confirmantur prædicta ex his, quæ not. Bald.in.l.minoribus
5 col.1.C.de his, quib. vt indi. vbi inquit, quod † in appellatione ab interlocutoria debet exprimi nominatim causa grauaminis clement. appellanti de appel. & non sufficit, quòd talis scriptura exprimatur per relationem ad acta, vt not. Ang.in.l.vbi autem.§. illud.ff.de verb.oblig. & ibi ẽt Alex.& idẽ Alex.i.l.1.in fi.ff.de liber.& posthu. & hoc singulariter secundum Bal.in.d.l.minoribus. nisi relatio sit facta ad acta exprimendo specialiter in qua parte actorum hoc dicatur; quia illa relatio specialis habetur perinde, ac si nominatim fuisset expressa sequitur Philip. Peru.in.c.consuluit.ij.de appel. & illud dictum extollit Ang.Aret.in.§.si minus.colum.8.versic. Aduertas tamẽ ad vnum Institu.de actio. Feli.in.c.accedens.1.col.3.vers. & in quantum dicunt vt lit.non contesta. Accedat, quòd scribit Abb.in.c.cum Bertoldus.4.nota. de re iudic. vbi per illum tex.inquit, quòd illud dicitur constare ex tenore sententiæ iunctis attestationibus ad quas iudex in sententia se retulit, & ex hoc infert, quòd videtur expressum in sententia, quod continetur in attestationibus, ex quo iudex ad illas se retulit, adducit etiam ad hoc text.in.d.l. pen.C.de sent.quæ sine cer.quan.profer. & text.in.d.l.ait prætor.§.1.ff.de re iudi.

Restat vltimum dubium, vtrum constet de consensu capituli expresso, in quo non videtur dubitandum; quia expresse de eo constat ex instrumento super ea re confecto ab ipsis canonicis capitulariter cum debita solemnitate cõgregatis; nam nõ minus scriptura, quã verbis mẽs
6 declaratur.l.non figura.ff.de actio. & obligat. & † scriptura loqui dicitur, imò etiam clamare, idque assiduè facit.l.Arriani.C.de hæret.c.cum Marthæ.ibi, Mosaica vox clamat, de celebra.missa. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, accedente episcopi consensu expresso, verificatur per solam subscriptionem episcopi.*

2 *Obligationis qualitas expressa in personam principalis, censetur in personam fideiussoris repetita.*

3 *Consensus expressus in bulla Pontificis requisitus, probatur per solam subscriptionem illius, qui cõsensum debet expressum accommodare. & nume.5.*

4 *Expressum illud dicitur, quod tacitè inest, et ex verbis necessario trahitur in consequentiam. & nume. 7.*

6 *Remuneratoria dispositio est latè interpretãda, tanquam fauorabilis, etiã quod essemus alias in materia strictè interpretanda.*

8 *Clausula ex certa scientia, potestatis plenitudine, & motus proprij tollunt vitium ambitionis, & obreptionis, & præsumptum iuris errorem, faciuntq́, quod priuilegium sit fauorabile, & extendendum.*

9 *Clausula motus proprij operatur, vt princeps videatur motus ex legitimis causis.*

CONSILIVM DCLII.

Super eodem facto.



1 Ræter illa, quæ scripta sunt in causa iuris patronatus super secundo puncto, vbi concludo, quòd† illa verba accedente episcopi Mantuani expresso consensu verificantur in subscriptione eiusdem episcopi, facit qd Alex.scribit consi.125. Repetitus in causa lib. 6. nam in casu suo extabat statutum, quod instrumenta haberent executionem paratam, in quibus debitor erat obligatus aliquid dare, vel facere ad voluntatem creditoris, & statutum requirebat, quod illa verba ad voluntatem creditoris specificè, & formaliter ponerentur in instrumento, cuius petebatur executio. Modo contingit, quòd creditor petebat executionem contra fideiussorem, dicebatur ex parte fideiussoris, quod non poterat executio instrumenti procedere; quia licet illa verba ad voluntatem creditoris fuissent apposita in promissione principalis debitoris, non tamen fuerunt apposita in sua fideiussoria promissione, & statutum requirebat, quòd illa verba specificè, & formaliter apponerentur. Hoc tamen non ob-
2 stante consuluit Alex. † executionem instrumenti procedere, ex quo illa qualitas obligationis, & promissionis ad voluntatem creditoris expressa in personam principalis, intelligitur repetita in persona fideiussoris.l.si vt proponitur.ff.de fideius.l.fina.§. fina.ff.de verbo. oblig. & not. Barto. cum quo alij transeunt in.l.si ita stipulatus.§. Grisogonus.3.colum.eod.titu.& ad hoc ostendendum inquit, quòd vbi requiritur specifica, & formalis expressio, sufficit si hoc verba inferant concludenter, allegat plura, quæ ibi videri possunt, & inter cętera adducit rationem, quæ optimè ad casum nostrum accommo-
3 dari potest; nam† quod Pontifex in bulla requirit expressum consensum episcopi, non potest esse ex alio, nisi quia expressione verborum insurgit notorietas consensus; sed dispositio legis notissima est, & liquidissima.l.leges sacratissimæ.C.de.ll.& not. in.l.si tutor petitus.C.de periculo tuto. In casu autem nostro nulli dubium, quòd secundum iuris intellectum subscribens videtur consensum accommodare his; quibus fuit subscriptum, vt superius est deductum. Pro hoc etiam facit, quod scribit Angel.in.l.prætor.§.1.ff.de oper.nou. nunc.vbi not.per
4 illum tex, iuncta gl. ꝙ id † dicitur expressum, quod tacitè inest, & trahitur necessario in consequentiam ex verbis. l. nominis.§. verborum. ff. de verbor. signifi. l. si quis.§.prohibet.ff.de eden. & ad hoc est etiam bonus tex, quem ad hoc ibi ponderat Ant. de But.& Abba.in.c. cum olim.de censib. Accedat Petr.de Ancha.consi.393. Visa diligenter gratia.1.colum. 1. vbi vult, ꝙ bulla Apostolica, qua disponebatur, quòd non tenerentur expressi petere inuestituram, comprehenderet eos, qui ex generalitate verborum comprehenderentur, seu ex natura ver-
5 bi. In casu autem nostro† potest dici interuenisse expressus consensus, non quidem ex natura verbi, sed ex natura facti, videlicet per subscriptionem ad bullam, & paria sunt, vel verbis, vel facto aliquid demonstrare, & ita ex facto, sicut ex verbis elicitur cõsensus.l.de quibus in fi.ff. de.ll.l. Paulus respondit.ff.rem rat. habe. c.per tuas. de condi.appos. quem text. ad hoc adducit glos.in.c.dilecti filij. de appel. & id, quod requiritur pro forma, põt impleri per æquipollens.l.fin. ff.man. Et quod per subscriptionem intelligitur consensus adhibitus patet ex verbis rescripti prohemialibus, ibi. Ipso etiam negotio cum nonnullis eiusdem.S.Romanæ ecclesiæ Cardinalibus magnæ inter omnes auctoritatis, prudentiæ, & religionis, viris ad id per nos specialiter ascitis, conuocato, & maturè discusso, ac de illorum consilio, & vnanimi assensu, nam quod ibi dicitur de assensu Cardinalium, dicendum est referri ad eos, qui se subscripserunt. Et vlterius

rius in eodem prohemio narratur concessum esse d. priuilegium propter merita, quæ sedes Apostolica habuerit à prædecessoribus Illustrissimi Ducis, ac pro beneficijs etiam impensis in præfatam ecclesiam, de quibus quidem beneficiis dicit Pontifex plenè constitisse, & perinde vult haberi, ac si in iudicio probata fuissent, & testatur etiam ibi Pontifex se accepisse pecuniam a d. Illustrissimo Duce, & adiutum per eum in bello, quod tunc Maximilianus † Imperator gerebat in partibus Vngariæ aduersus

6 Turchas, & dispositio remuneratoria latè est interpretanda, tanquàm fauorabilis, etiam si essemus alias in materia strictè intelligenda, vt vult Guliel. de Cun. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iu. & Alex. in princ. illius l. & tradit Pet. de Anch. consi. 327. Discurrit materia col. 2. Ex prædictis tollitur, quod dicit Domi. in c. humanum genus. colum. 5. prima dististin. vbi per glo. ibi in verbo prohibetur. dicit, quod † illud dicitur expressum, quod

7 ex mente concipitur, vel ex consequentia verborum, & ideo infert, quod vbicunque in rescriptis beneficialibus ex iuris dispositione requiritur expressa mentio, non sufficit mentio descendens ex consequentia verborum, sed requiritur expressa, & hanc decisionem Domi. refert Feli. in c. translato. colum. 2. de constitu. & Ias. in d. l. prætor. in princ. colum. 1. ff. de ope. nou. nunc. vbi etiam addunt Abb. in c. ad aures. de rescrip. Nam prædicta procedunt in beneficialibus, quæ sunt stricti iuris, & odiosa propter ambitionem petentium, & ad euitandum vitium obreptionis. Sed in casu nostro omnia ista cessant; quia

8 † nec ambitio, nec obreptio potest impingi; quia in priuilegio Apostolico dicitur concessum fuisse motu proprio, & non ad tuam, vel alterius pro te nobis sub hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quæ clausulæ, proculdubio tollunt omne vitiū ambitionis, & obreptionis, & præsumptum excludunt errorem. c. si motu proprio. de præben. in 6. clem. si Romanus eo. tit. l. idem Vlpianus. ff. de excus. tuto. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. cum alijs vulga. & per eas efficitur quoque, ꝙ priuilegium sit fauorabile, ꝙ extendendum, nam vt inquit Petr. de Anch. consi. 138. De natura, & efficatia col. 1. gratia propter motum proprium fauorabilis, est amplianda, c. si pluribus. de præben. in 6. & dicit Ant. de But. in c. cum in cunctis. §. cum vero. versic. not. ꝙ hic dicitur de elec. ꝙ motus proprius non solum operatur quo ad tollendum vitium subreptionis; sed etiā facit, vt verba actus concessi latius interpretentur. Addo

9 etiam, ꝙ † clausula motus proprij operatur, vt princeps videatur motus esse legitimis ex causis, vt tradit Roma. consi. 456. Quod indultum Petri col. 2. versi. quia principalis rō est, vbi adducit text. in l. 1. C. de petit. bon. sub. lib. 10. & sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum colum. 3. versi. limita. 5. de cōstit. Et vlterius cōcessum est magno, & potenti principi, qui sedem Apostolicam protegere potest, quod etiam ex ipso priuilegio colligitur, vbi adest pactum, quod ipse princeps ipsam ecclesiam, cuius suscipit patronatum, teneatur ab hæreticis, & scismaticis, armis, & exercitu, & suis sumptibus defendere: vñ videmus, ꝙ huiusmodi personæ censentur exceptæ à regulis iuris cōis, nec eorum iuribus intelligitur derogatum, nisi expressè fit mentio. c. de multa ibi, circa sublimas. de præbē. & dicit Felin. in tracta. quan. literæ apost. noce. patron. ecclesia. 8. amplia. quod difficilius derogatur iuri patronatus Ducum, Comitū, & Marchionum; quia periculosiores sunt huiusmodi derogationes, quo opulentiores sunt donationes, quæ à talibus personis fieri solent, ad quod etiam facit, quod Bal. scribit in consilio suo quodam incipiente, Quidā Iacobus qđ refert, & sequitur Alex. consi. 335. Post reditū per me consilium in princ. lib. 6. In casu autem nostro pro consequendo huiusmodi iure patronatu numerata fuerunt vigintiquinque millia scutorum. Vnde non tam facilè deberet reuocari, iuxta superius dicta, quū fauorabilis sit huiusmodi concessio. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testator nedum expressè, sed etiam tacite potest legatario dare licentiam apprehendendi rem legatam propria authoritate.*

2 *Possessor non citatus, nec ex rescripto Imperatoris, nec iudicis interlocutione potest sua priuari possessione; alias immissio facta eo non citato est nulla, etiam quòd esset iniustus possessor*

3 *Immißus à iudice non secuta alicuius citatione, nihil plus iuris habet quam antea haberet.*

4 *Immissio facta indiscusso negotio tanquam interloquutoria, debet iustificari ex actibus præcedentibus.*

Processus nullus, & ineptus roborari non potest, sed debet casari, sub eo. nu. 4.

5 *Clausula saluo iure cuiuscunq; tertij complectitur ius, quod quis habet in possessorio, & petitorio, attento quod possessio etiam in iure consistit.*

6 *Possessio non solum factum; sed etiam ius continet.*

7 *Fideicommissarius non potest propria auctoritate bona subiecta fideicommisso capere, sed illa debet capere manu hæredis*

8 *Fideicommissarius dicitur possidere vitiosè, nisi licentiam hebuerit à testatore capiendi res fideicōmissarias tacitè, vel expreßè.*

9 *Consentiens in iudicialibus tacitè in aliquo actu, vel quo ad aliquos actus, non dicitur in alijs consentire, quin eis possit contradicere.*

10 *Ferijs renuncians tacite in vno actu, poterit in alio opponere.*

11 *Iudicialis actus non extenditur vltra eius limites.*

12 *Fideicommissarius, vtiles actiones passiuè, neque actiuè nisi hæreditate restituta ab hærede non cōsequitur.*

CONSILIVM DCLIII.



1 AD euidentiam præmittendum est, † ꝙ testator pōt dare licentiam expressè legatario apprehendendi rem legatā propria authoritate tex. est in l. Titia cū testamento. §. 1. secundum vnum intellectū glo. & ibi not. Bart. ff. de leg. 2. Bart. in l. creditores. 2. q. princ. C. de pigno. Bal. Sali. & Pau. de Castr. in l. non est dubium. C. de lega. & dicit Ang. in l. hæc si res. ff. de rei vendi. per illum tex. ꝙ si testator legat vxori domum, & iubet hæredibus, ne eam molestent in possessione, prout mille testamenta disponunt, certè per ista verba intelligitur testator dedisse licentiā legatariæ, vt possit propria authoritate possessionem apprehendere, & apprehendendo non incidit in aliquam pœnam, nec tenetur interdicto quorum legatorum, & sic non solum expressè, sed etiam tacite potest licentia prædicta per testatorem legatario concedi. In casu autem nostro interuenit vtrunque; quia Franciscus de Pasinis testator legans domum Baptistæ Trusiæ dedit ei expresse licentiam apprehendendi domum propria authoritate, & prohibuit hæredibus, ne molestarent eum in sua possessione, imo etiam manutenerent sub pœna priuationis hæreditatis. Defendunt autem se Ioannes Petrus, & fratres de Pasinis, vt non amoueantur ab eorum possessione; quia fuerunt immissi in possessione d. domus authoritate D. Vicarij Catalis. Sed ad d. immissionem possessionis multipliciter ex parte dicti Baptistæ respondetur. Primo, quod † d. possessio

2 nis immissio fuit nulla eo non citato; quia nec ex rescripto Imperatoris, nec ex interlocutione iudicis possessor non citatus debet sua possessione priuari, vt est text. apertus in l. fina. C. si per vim, vel alio modo. Ad idem text. in c. licet episcopus. de præben. in 6. l. si deserta, & ibi Bal. not. C. si prop. pub. pensit. amplians etiam, quòd esset iniustus possessor, vt tradit Bal. in l. fin. versic. Item extra glos. quæro. C. de edic. diui Adri. & ibi Bald. col. 3.

3 dicens, quod vbi † nemo citatur, immissus à iudice nihil plus iuris habet, quam antea. Item non priuari possessorem

sessorem non citatum per vim iudicis tradit Bald. in.l.2. in fin.C.de vxo. pro mari. Amplius dicit Bal. in rub. de cau. posse. & proprie. colum. 2. versicu. Quæro statuto communis Mediolani, quod stante statuto, quòd possessio testatoris continuetur in hæredem, & antequam hæres apprehenderit naturalem possessionem, alius ingressus fuerit rem à testatore possessam, non potest ille expelli de sua possessione, nisi prius fuerit citatus, allegat text. in.l.1.§. necessario. ff.si muli. vent. nom. & de prædictis late scribit Alexan. consi. 52. In causa & lite.2. dub.lib.7. & idem voluit Bald. consi.104. Comparuerunt in iudicio lib.5. vbi plus dixit, quod
4 † huiusmodi immissio facta indiscusso negotio tanquam interlocutoria debet iustificari ex actibus præcedentibus.c.appellanti. de appell. in clemen. quia ineptus processus roborari non potest; sed debet cassari, quatenus de facto processit, quia nulliter processum est.l.1.§.1.ff.de fer. nam quod nullum est, non potest confirmari.l.obligationes quæ propriis viribus.ff. de actio. & obligat. Secundo ostenditur de nullitate dictæ immissionis, quia D. Vicarius commisit d. immissionem, ita tamen quòd prius sumerentur quædam informationes, quæ sumptæ minimè fuerunt, & clarum est, quòd actus redditur nullus non seruata forma mandati.c. cum dilecta.de rescrip.l.diligenter.ff. man. Tertio respondetur, quòd
5 † D. Vicarius fecit d. immissionem saluo iure cuiuslibet tertij, & ista verba, saluo iure tertij, complectuntur ius, quod quis habet in possessorio, & petitorio, vt in propria materia tenet Bal. in d. consil.104. colum.2.versic. Secundo dico: dicens, quòd quando quæstio præiudicialis reseruatur, res intelligitur esse integra.auct. si testis.C.de testib.l. fideiussor.ff.qui satisd. cogan.&.l. Beblius.ff.de pac. dota. & istud consil. Bald. refert, & sequitur Ias. sub alio tamen numero in.l.naturaliter.§.nihil commune
6 circa fin.ff.de acquir.posse. Ad quod facit, quia † possessio non solum factum, sed etiam ius continet.l.possessio.§.1.ff.de acquir.posse. Et dicit Inno. in.c.episcopi. de reb.eccle.non alien. quòd si Papa committit alicui, quòd quæ de bonis talis ecclesiæ inuenerit alienata, studeat ad ius, & proprietatem eiusdem ecclesiæ reuocare, poterit vigore huiusmodi commissionis reuocare etiam ea bona, quæ ecclesia amiserat quo ad possessionem, & non quo ad proprietatem; quia et possessio in iure consistit, & istud dictũ Inno.refert, & sequitur Alex.cõsi.98. Visis quæ eleganter colum.1.lib.5. Prædicta tanto fortius procedunt; quia fratres de Pasinis prætendunt se vigore fideicommissi vniuersalis relicti sibi in testamento patris d. Præsbyteri Francisci d. domum ad se pertinere, & ea ratione ingressos fuisse possessionem, quod fieri nõ
7 potuit; quia † non potest fideicommissarius sua propria authoritate bona subiecta fideicommisso capere, sed ea debet capere de manu hæredis.l. facta.in princ.ff.ad Trebel. .§. restituta. Insti. de fideicom. hæred. & in.l.1.in princ. ff.quo.lega. vbi dicitur, quod non debet quis ius sibi di-
8 cere, sed petere ab hærede, & dicitur † fideicommissarius possidere vitiosè, nisi licentiam habuerit à testatore apprehendẽdi res fideicommissi tacitè, vel expressè, vt Ang. scribit & ibi Alex. in.l.filiam patribus.ff.ad Trebel. Et hoc etiam habet locum, si restitutio esset facta ipso iure, prout fit in quibusdam casibus, in quibus tamẽ fideicommissarius debet actualem possessionem ab hærede petere, vt not. per glo.in.l.1.§.sed quoties in verbo actionis.ff. de ad Trebel. glo.fin.in.c.2. de consue. & not. Bald.in l.penul. C. ad Trebel. & tradit Alex. in consil. 8. Perspectis his colum.1.lib.2. Ex prædictis sequitur, quòd d.fratres de Pasinis, qui nullo iure inuaserunt possessionem, videntur vt prædones expellendi esse, etiam quod acceperint possessionem vacantem.c.in literis.de restitu.spolia.l.cũ quærebatur.C. vn. vi.l.1.§. necessario. ff.si muli. vent. nom. Non obstat modo vnicum fundamentum d.fratrum de Pasinis, quòd d. Baptista Trussia consenserit dictæ immissioni ex eo, quod d. fratres de Pasinis capitulauerint, & produxerint testes pro verificatione fideicommissi per eos adducti; quia respondetur, quòd ex hoc non sequitur, quòd approbauerit d. immissionem, & quod discesserit ab impugnatione d. immissionis, ex quo non apparet, quòd expresse destiterit, sed si potest dici interuenisse aliquis consensus, ille non potest dici nisi tacitus, & propter hoc potest reuerti ad primam impu-
9 gnationem, nam † vbi quis in iudicialibus tacitè consensit tacẽdo, & non cõtradicẽdo in vno actu, vel quo ad aliquos actus, non tñ consentit in aliis quin eis possit contradicere, glos.est optima in clemen. sæpè.§. quæ omnia in verbo partibus, de verbo.signifi. Quã valde not. Abb. in.c.quoniam contra colum.fina.de proba.& dicit Imo. in.c.fin.in fin.de fer. quòd actus iudiciarij sunt separati, & ideò tacita renunciatio non præiudicat nisi in illo actu,
10 in quo interuenit. Vnde † si quis non opponat de ferijs in vno actu, poterit in alio opponere, qa fuit tacita renunciatio, non expressa, adducit gl.in.d.clemen.sæpè in verbo partibus, & ante eum eadem scribit Bal.in.l.1.§.sed
11 excipiuntur.ff.de fer. Vlterius, quòd † actus iudicialis tacitus non extendatur vltra limites illius actus, tenet in d. clemen. sæpè Guli.Pau.Stepha.& Bald. vbi plurimum d.glo. commendant, prout ibi refert.D.Geor.Natta patruus meus, sequuntur etiam d.glo.pro valde not. Paul. de Castr.in.l.si conuenerit.ff.de iurisd.om.iud.& Roma. consi.133. In præsupposito casu, vbi inferunt ad decisionem quæstionum, de quibus ibi per eos. Non obstat, si dicatur ex parte d. fratrum de Pasinis, quod parati sunt incontinenti docere de suo iure publicatis testium attesta-
12 tionibus, & quam publicationem summopere fieri instant; quia † respondetur, quòd istud forsitan procedere posset, quando fuisset eis restituta hæreditas ab hærede, sed ante restitutionem nullum ius eis competit, nec actiones in eos transeunt vtiles actiuè, aut passiuè.l.1.in princ. & ibi Scrib.ff.ad Trebel. & ita distinguit Bart. in.d.l.filiam fratris & in.l. fin. col.penul.C.de edic. Diui. Adria. toll. ideò autem restituta hæreditate transeunt actiones actiuè, & passiuè in fideicommissarium, quia hæres ponit eum in locum suum.l.planè. in verbo suo loco.ff.famil. hærcis.& in.l.qui.cccc. in verbo suo loco. ff.ad Trebel. Præterea non potest dici, ꝙ incontinenti possint probare de iure suo, ex quo de d.fideicommisso venit detrahenda legitima, & trebellianica antequam hæreditas restituatur, quæ legitima, & Trebellianica ad quam ascendat quantitatem, est incertũ non discussis hæreditatis iuribus, & ista requirunt altiorem indaginem, vt de se patet, & hæres non debet esse petitor legitimæ, & Trebellianicæ, alias fideicommissarius sibi iusdiceret occupato fideicommisso, quod est iniquum, vt iniquit Iuriscon. ponderans hanc rõnem in.l.1.in princ.ff.quo.lega. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ex his, quæ viua voce intellexit à partibus, se fundare, etiam quod non sit scriptum.*

2 *Iudex potest mittere exploratores, qui se informent, an quis secuta morte defuncti discesserit de domo illius nec ne, & inde referant.*

3 *Mors alicuiꝰ, vbi est dubia, quomodo possit ꝓbari.*


4 *Remedium.l.fin.C.de edic.diui intentans, nõ habet specificare bona in suo libello, quæ possidebat defunctus tempore mortis, sed iudex potest committere nuncio, vt eum immittat in possessionem corporalem rerum possessarum per defunctum tempore mortis suæ, & ante.*

5 *Nuncio referenti se cœpisse bona tanquam de bonis debitoris pro executione sententiæ creditur, etiã si non constet de possessione, uel dominio debitoris.*

6 *Possessio alicuius potest probari per exploratores, & per totum.*

CONSILIVM DCLIIII.

De materia præcedentis.



FVit superius conclusum, quod immissio facta per D. Vicarium d. fratrum de Pasinis in domo non poterat viribus subsistere, eo maxime, quia d. Baptista Trussia possessor non fuerat citatus. Nunc opponitur per D.aduocatum ipsorum de Pasinis, quòd non constat ex actis, secundum quæ iudex habet iudicare, iux.text.in l.illi-

l. illicitas. §. veritas cum ibi not. ff. de offic. præsi. quòd d. Baptista post mortem defuncti tenuerit, & possederit d. domum. Huic fundamento dupliciter occurritur. Primo, quia contēdentibus partibus coram D. iudicibus de possessione d. domus præsupponebatur ex parte d. fratrum, & ita allegabatur d. Baptistam post mortem defuncti stetisse in domo, & etiam nunc stare, & nunquam ab eius possessione discessisse, sed defendebant se d. fratres de Palinis ex d. immissione, quam dicebant esse validam non obstante, quòd d. Baptista nunquam discesset à d. domo.
1 † iudex potest ex his, quæ viua voce intellexit à partibus se fundare, licet id non sit scriptum, secundum Bal. in. l. 1. circa fi. C. de manu. vindic. vbi ad hoc allegat glo. quam reputat elegantem in. l. quotiens. §. fin. ff. de prob. sequitur Felin. in. c. cum venerabilis. col. 15. versic. Circa secūdam opinionem de excep. & in. c. aduersario tuo. in. 3. colum. eo. tit. & in. c. sicut, colum. 12. versic. fallit tertio de re iudi. & addo, ꝙ glo. in. d. l. quotiens. §. fin. sequuntur Bal. Sal. & Floria. ibi, & idem tenet insignis Doctor Modernus Dec. consi. 445. In casu ad me trasmisso col.
2 12. versic. Sed quicquid sit. Secundo respondetur, ꝙ † iudices possunt mittere exploratores, qui referant, an. d. Baptista steterit statim post mortem defuncti in domo, & vnquam discesserit interrogando vicinos, & alios verisimiliter habentes notitiam de prædictis. Et ad hoc allegatur per Mag. patronum causæ id, quod scribit Bart. in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. quemad. testam. aper. Anto. de
3 Butr. in. c. in præsentia ante fin. de sponsa. vbi † dicunt, ꝙ si dubitetur de morte alicuius, poterit de morte probari, petēdo à iudice, ꝙ committat duobus nunciis, qui vadant, & diligenter perquirant, an talis sit viuus, vel mortuus, & eorū relationibus stabitur. l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. l. cum quidam. §. fina. cum. l. sequen. ff. de leg. 2. & l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. Sequuntur Alex. consil. 4. Videretur inspectis his quæ in themate colum. 4. versicu. plus subdit Bart. lib. 2. & magis in terminis facit; quod scribit Salic. in. l. fina. §. sancimus in princip.
4 C. de edic. diu. vbi vult, † quod qui fecit se mitti in possessionem bonorum, quæ possidebat defunctus tempore eius mortis iux. remedium illius. l. non opus est, quòd in suo libello specificet res, & bona; sed iudex potest cōmittere nuncio publico communis, qui eius authoritate inducat eum, vel immitat in tenutam, & corporalem possessionem rerum hæreditarum tentarum, & possessarum per defunctum tempore mortis suæ, & ante nuncius illa perquiret. Et facit, quod dicit Alex. in. l. à diuo Pio. §. si super rebus. colum. 7. versic. Item circa hoc. ff.
5 de re iudi. dicens † quòd si nuncius cœpit bona tanquam de bonis debitoris pro executione sententiæ, & non cōstat de possessione, vel dominio debitoris, debet credi relationi nuncij. l. 1. §. cura. cum. l. seq. in verbo ad referendum. & ibi Bart. supra de offic. præfec. vrb. & l. magis puto. §. in primis. & §. non tamen. ff. de reb. eo. c. cum parati. de appel. Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo nuncium. cum simil. & ideò isto casu, nisi doceatur per tertiū, præsumeretur rem fuisse possessam per debitorem, & eius fuisse, ita not. Imo. infra. ea. l. §. hæc quoque referens ita vidisse in facto sæpè seruari. Et addit etiam ibi Alex. ꝙ istud fuit dictum Iaco. But. & Bal. in. l. 1. C. de priuil. fisci. Et vltra Alex. hoc ēt latè voluit Bald. in. l. 2. col. 2. versic. Sed hic dubitatur. C. quan. fisc. vel priua. & Sali. in. l. ob maritorum in princ. versicu. iux. dictum huius glo. C. ne vxo. pro mari. Sequitur Peru. & Moderni in. c. cū parati.
6 de appel. Ex istis decisionibus colligitur, ꝙ † ꝑ exploratores probari pōt, quæ bona qs possederit, vel possideat. Non inficior tū, quòd hæc relatio exploratorū, seu nunciorū non est adeo firma, quin contrariū probari possit, vt sentit Pau. de Cast. consi. 273. Visis, & pōderatis actis circa mediū, quē refert, & sequitur Peru. in. d. cum parati. Sed in casu nostro commissa. d. relatione nihil contra eam vere deduci, & allegari potuit. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vectigal non debetur pro rebus sui vsus cā conductis, et consuetudo in contrariū nō valet. et nu. 4.*

2 *Consuetudo etiam immemorialis, per quam vectigal pro rebus sui vsus causa conductis soluitur, est irrationabilis, & praua, & non tenet.*

3 *Pedagia ex rescripto Imperatorum, vel consuetudine concessa licita tunc esse dicuntur, quando aliquid portatur ex causa negotiationis; secus si ad ꝓpriam, vel publicam vtilitatem.*

5 *Concessio generalis etiam cum libera ad illicita non extenditur.*

6 *Rescriptum principis, vel priuilegium ita venit interpretandum, vt non sit contra ius commune.*

7 *Gabellas illicitas fraudans non tenetur neque Deo, neque mundo.*

CONSILIVM DCLV.



Vidam nobilis inuestitus ab Illustr. nostris principib' de mero, & mixto imperio vult exigere à Tridinensib. vectigal pro rebus quas per eius territorium vsus sui causa cōducunt; Reluctantur Tridinenses; quia de
1 iure communi clarum est, quòd † vectigal non debetur, ꝓ rebus suis vsus causa conductus. l. vniuersi. C. de vectig. & commi. l. si publicanus. §. de rebus. & ibi glo. ff. de publi. l. in lege censoria. ff. de de verbo. signifi. glo. in. c. super quibusdam. §. præterea in verbo pedagia, de verb. signifi. Replicatur ex parte d. nobilis, quod de consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, Tridinenses ibi transeuntes semper soluerunt vectigal etiam pro rebus, quas sui vsus causa conducebant, & super hoc dat capitula probatoria. Modo contingit dubitari, & non leuis inter partes oritur contentio, vtrum d. capitula sint admittenda, qa dicitur ꝓ parte Tridinensium, ꝙ d. consuetudo, etiā ꝙ sit immemoralis nō tenet, & est nulla, & ꝓbata non releuaret, & actibus superfluis non est insistendum. Et ꝙ huiusmodi consuetudo non valeat, tenet Hosti. in tit. de censib. §. ex quibus ver. Quid si quis, vbi primo arguit consuetudinē valere; quia ita tenet cōsuetudo, quæ in talib' seruāda est. l. si publicanus. §. fi. ff. de publ. In contrarium adducit, ꝙ consuetudo est irrationabilis, & sic non seruanda. c. fi. de consue. & intelligit. d. l. si publicanus. §. fin. loqui de his rebus, quæ ad loca, & regiones mercimonij cā deferūtur, nam illis tribuit ius consuetudo cuius initij memoria nō est, ecce ergo, qd
2 Hosti. ibi tenet, ꝙ talis † consuetudo non tenet, etiam qd sit immemorialis, vt vectigal pro rebus, quæ sui vsus causa deferuntur, exigi possit. Et dicit etiam Io. Fab. in. l. vniuersi. C. de vectig. & commis. ꝙ hæc consuetudo non valet, allegat tex. in clem. fin. de cēsi. & dicit Cuma. in. d. l. si publicanus. §. de rebus circa fin. quòd prima consuetudo obtinuit, vt soluatur vectigal etiam pro eis, quæ ꝓ vsu suo portentur, & sic de iure municipali, quòd ibi dicitur, nō seruatur. Pondero, quòd Cuma. vocat prauam consuetudinem, & sic sentit de facto potius, q̄ de iure rationabili tale vectigal exigi. Et pro pædictis bene etiam facit text. iuncta gl. in. c. super quibusdam. §. præterea. de verb.
3 signifi. nam dum tex. ibi vult, ꝙ † pedagia, guidagia, salinaria sint licita, quæ cōceduntur priuilegio Imperatorū, vel Regum, & habētur ex cōsuetudine, cuius initij memoria non existit, glo. in verbo pedagia, quam sequuntur ibi Docto. dicit, ꝙ tunc sunt licita, qn̄ negotiationis causa aliquid portatur, secus si ad propriam, vel publicam vtilitatem aliquid feratur, & sic sentit, quòd eo casu qn̄ aliquid portatur ad vtilitatem publicam, vel propriam, non sint licita, nec soluenda, etiam si intercedant Regum, & Imperatorum priuilegia, & consuetudo tanti temporis, cuius
4 in contrarium memoria non existat. Item, † quòd consuetudo non valeat soluendi pro rebus sui vsus causa delatis, tenet frater Ang. de Clauasio ordinis minorū in sua summa in verbo pedagium. §. tertio. vbi adducit Hostien. in. d. c. super quibusdam. §. præterea. Nec prædictis obstare habet, quod d. nobilis fuerit inuestitus de datijs, & gabellis; quia intelligitur de datiis, & gabellis licitis; secus
5 autem de illicitis, quandoquidem † concessio generalis ēt cum libera ad illicita non extendatur. l. si pater. ff. quæ in frau. credi. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. gl. in. c. dilecto, in princ. in verbo generalis de præben. facit. l. si procurator, & quod ibi Barto. & alii scribunt. ff. de condi. indeb.
6 Et tanto magis id procedit † in principe, cuius priuile-

gium,

gium, & rescriptum ita venit interpretandum, vt non sit contra iura.l.quoniam.C.de natu.libe.l.ex facto.in prin. quam ad hoc Bald. & cæteri not. ff.de vulga. & pupil.c. causamq; de rescript.c.cum dilectus de consue. per quæ iura dicit glo.3.in.c.paratus.24.q.1.quòd verba in rescriptis posita, vel in lege conformare debemus æquitati, licet verba hoc non patiantur. Et propterea ad confirmationem prædictorum benè dixit Bart. in.l.vectigalia per illum text.ff.de public. quod fraudans gabellam non tenetur Deo, neque mundo intelligendo de illicita, & sic sentit, quòd non valeant etiam in iudicio fori, & sequitur Paul. de Cast.& Roma.ibi circa fi.& Abb. consi.13. Ne hunc casum videar, circa fi. lib. 2. Et pro prædictis bene facit, quod scribit Pet. de Ancha.consi.264. Præmittendum est, quòd ista pedagia vbi vult, quod statutum disponens, quod soluatur vectigal pro equis, intelligatur de equis, qui conducuntur causa negotiationis, non autem de his, qui sui vsus causa habētur, & vocat etiam ibi prauā consuetudinem soluendi vectigal de his, quæ sui vsus causa conducuntur. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Citatus etiam simpliciter, intelligitur esse defensor necessarius, & eius persona censetur approbata ad contradicendum.*

2 *Remedium.l.diffamari.C.de inge.& manu.competit etiam ratione solius possessionis, & in eo reus potest conuenire actorem coram iudice ipsius rei.*

3 *Mater, quæ non petit tutorem filijs intra annum, filiorum successione priuatur, & vbi dicat eos decessisse infra annum, hoc debet probare.*

4 *Hæreditas filiorum per parentes non adita ad suos etiam hæredes non transmittitur.*

CONSILIVM DCLVI.



Ria proposita sunt motiua per præstantissimum Dom. Vicarium Gubernij Astensis, contra mag. D. Federicum, & fratres de Ponte, quibus fuit sufficienter responsum per celeberrimum D. Thomam patronum causæ, & nihilominus aliqua subiiciam pro eorundē resolutione. Circa igitur primū motiuū, ꝙ d.D. Federicus, & fratres non sint legitimi contradictores, satis clara patet
1 responsio, qa ipse, & fratres fuerunt ab † aduersario citati ex cā, & quicunque simpliciter citatus intelligitur esse defensor necessarius, & persona eius censetur approbata ad contradicendum, vt Batr. tenet in.l.de pupillo.§.1.ff. de oper.no.nunc. Bal.in.l.2.circa fi.C.de pac. Ang.in.l.si suspecta circa prin.ff.de inoffi. testam. vbi ad hoc allegat text. vbi dicit esse casum, in.l.si eo tempore. C.de remiss. pign.l.1.§.denunciare.ff.de lib.agno.& in auct.si omnes C.si vt se ab hære. absti. & tradunt de prædictis Cano. in c.cum inter de exceptio. Et dum subditur in eodem motiuo, ꝙ d.D.Federicus, & fratres spoliauerunt D.Corneliam vxorem d.D.quond.Gulielmi possessione bonorū, in qua erat, animaduertatur, quòd in libello Francisci Portæ nulla fit mentio spolii. Quinimo per testes probatum est, quòd statim mortuis d.filiis d.Corneliæ, Federicus, & fratres adepti sunt possessionem bonorum d. fratrum vacuam, & à nemine occupatam. Vnde quum post mortem filiorum nunquam suo nomine possederit, non potest dici spoliatam fuisse, quum priuatio præsupponat habitum.l.manumissionis.ff.de iusti.& iu.l.decē. ff.de verbo.oblig. Circa secundum motiuum, dum dicitur quòd remedium.l.diffamari.in senatu Casalensi fuit intentatum per personam, cuius non intererat, & per cōsequēs D. Cornelia non tenebatur comparere, quum bona ad eos non spectarent; Rectè responsum est ꝑ ꝑfatum D.patronū causæ, quòd quum D. Federicus, & fratres gauderent ipsis bonis, posito circa veri præiudicium, ꝙ ad eos non spectarent, tñ eorum intereat non turbari, nec inquietari vocibus ꝑfatæ D.Corneliæ dicentis se ius habere
2 sup dictis bonis; nam † ratione solius possessionis cōpetit remedium.d.l.diffamari. ꝑut dicit Socin. in allegato cōsil.58. Pro decisione ꝑdictæ consultationis col.5.versic. Tertio principaliter moueor lib.1.Et vltra eum, ꝙ si quis dicat habere ius in meis bonis, possit ei statui terminus, infra quem ostendat de iuribus suis, alias excludatur, est celebris decisio Innoc. in.c.congruente de offic. ordin. quem ibi sequitur Ant.de But.colum.4.versic. Ad secundum dic, quòd compellitur, & probatur hæc conclusio in.l.si eo tempore.C.de remiss. pign. & in.l.mancipiorū in princip.ff.de opt.lega.& in.l.si ea.C.qui accu. nō pos. & in.c.cum in tua qui mat.accu.pos. & in.c.1.de restitu. spolia.in.6.per quæ iura ita determinat Roma. consi.53. Visis themate prænarrato in princ. vbi sequitur Inn. in loco ꝑallegato, & adducit etiam optimam decisionē Spec. in tit.de emptio.& venditio.§.nunc dicendum restat versic.vltimo not.cum duobus seq. Præterea quum senatus Casalensis esset iudex competens in intentato remedio l.diffamari.prout mox dicam, debuit comparere d. Cornelia suas exceptiones adducens, qualescunque essent. Vnde quum non fecerit, merito contumax reputata fuit, & ei ꝑpetuum impositum silentium. Non obstat, ꝙ senatus Casalensis esset iudex incompetens; quia imò respondetur, quod erat competenss per præfatum D.aduocatū, ex quo bona d. filiorum erant pro maiori parte sita in domino Montisferrati, & ipsa erat subdita foro senatus Casalen. existens in viduitate, q̄ sequitur forum mariti, qui erat subditus Illustrimorum Principum. Et vlterius rectè dicitur, ꝙ in remedio.l.diffamari reus potest conuenire actorem coram iudice ipsius rei, vt vltra Alex.in ꝑallegato consi.103.lib.5.voluit Ant. de But.in.c.si clericus laicum in fi. de for. competen. vbi etiam ad hoc allegat Fede. de Sen.consi.230. In examinatione testium. Idem voluit Abb. in.c.si quis contra primo not.eo.tit. Feli.in c.sin autem in fin. de rescrip.D.Geor.Natta in clem.sępè col.41.versi. Quis autem erit iudex de verb. signi.vbi latè tractat materiā.d.l.diffamari, & ratio est euidens, quia licet ille, qui prouocat alium, vt doceat de iuribus suis ꝑꝑ diffamationem præcedentem videatur esse actor, tamen naturaliter, & originaliter est reus, & natura magis, & origo est inspicienda, quàm accidens.l.qui habet in princip.ff.de tutel. Ex prædictis colligitur, ꝙ sententia, qua impositum est perpetuum silentium d.Corneliæ sup hæreditate d.suorum filiorum, parit exceptionem rei iudicatæ in præsenti iudicio; quia eadem causa agitur, & iisdem de rebus, & inter easdem personas, iuxt.l.conq̄ritur.ff. de re iudi. & res iudicata pro veritate habetur.l. ingenuum.ff.de sta. homi.l.res iudicata. ff.de regu. iur. Circa vltimum motiuum dicitur, quod verum est, quod
3 † mater quæ non petiit tutorem intra annum filio, priuatur filii successione. l.sciant.C.de legi. hæredi.§.fina. insti. ad Tertul. ex quo ostenditur, quod si post annum petiisset excluderetur, vnde si constaret matrem petiisse tutorem, & dubitaretur, an illum petiisset intra annum, vel post annum, forsitan esset dicendum, quòd petiisset infra annum, vt excluderetur delictum iux. not. per Bart. in.l.non solum.§.sed vt probari versicu. vel pone statutum.ff.de ope.nou.nunc.cum suis concord. Sed in casu nostro ista mulier nunquam petiit tutorem, dum vixit, vnde si aduersarius vult dicere, quòd filij decesserunt infra annum, ita quòd non tenebatur petere tutorem, ipse habet ꝑbare; quia est fundamentum intentionis suæ.l. actor.C.de ꝑba. Accedat, quia is, qui habet regulam ꝑ se, habet ius certum, & qui fundat se in fallentia, illam habet ꝑbare glos. in rub. de reg. iur. in.6. & habetur per Bart.in.l.2.in prin.ff.si quis cau. cum ibi latè cumulatis ꝑ Moder. Sed regula est, ꝙ mulier non petēs tutorem intra annum filiis cadat ab eorum successione, vnde qui vult dicere, ꝙ filij decesserunt illo anno, & sic ꝙ sit in casu fallentiæ, habet opus hoc probare. Alio etiā fundamēto excluditur aduersarius, quia non cōstat, quod mater adiuerit hæreditatem Theodosij, & Gregorij filiorum suorum,
4 & † hæreditas non adita non trāsmittitur.l.quoniam sororem.C.de iu.delib.&.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cad. tollen.quod procedit etiam in parentibus, qui non possunt hæreditatem filiorum non aditam non modo ad extraneos, sed nec etiam ad suos hæredes transmittere.l.2. C.ad orphi.l.3.C. de iur. delib.gl.in.l.vnica in verbo, liberos & ibi Bald.& reliqui Scrib. C.de his, qui an. aper. tab.& tradit Alex.consi.42. Consideratis his, quæ in the-

mate

mate in fi.lib.7.& consi.86. Viso ac diligenter considerato colum.2.lib.3. Vnde d. filiorum hæreditas pertinet ad agnatos proximiores.l.2.§.proximum. ff.de su.& legi.§. placebat Institu.de legi.agna. succe. Et dum in motiuo subditur ad eos hæreditatem non spectare, & quod opponere videntur de iure tertij. Respondetur, non esse quærendum, an hæreditas ad ipsos conuentos pertineat, vel nō; quia debent vincere eo ipso, quòd possident, & conueniuntur, quum actor non probet hæreditatem ad se spectare, & actore non probante reus, etiam si nihil præstiterit absoluendus sit.c.1.vt ecclesia. benefi. l.qui accusare.C.de eden.l.fin.C.de rei vend. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitates non poßunt habere studia generalia cum suis priuilegijs, & indulgentijs, nisi ex concessione Papæ, aut Imperatoris, vel alterius Domini habentis iura imperialia.*

2 *Princeps nunquid poßit rem concedere in præiudicium iuris alteri quæsiti.*

3 *Priuilegium principis, quod transiuit in contractū, vel per quod princeps consecutus est aliquam dationem, vel factum, quod habeat perpetuam commensurationem, an poßit reuocari, & nu.11.*

4 *Princeps vtrum teneatur suum, & sui prædecessores contractum obseruare.*

5 *Princeps licet de potestate ordinaria suum priuilegium sine causa reuocare non poßit, potest tamen de plenitudine pōtatis, & authoritate absoluta.*

6 *Princeps potest suum priuilegium, vbi ex eo ius de iure gentiū non sit quæsitū, sine iusta cā reuocare.*

7 *Priuilegium principis subdito concessum, vbi habet tractum successiuum, est reuocabile quo ad actus futuros, secus si habeat actum momētaneū, & quid si factum reciprocum non habuit.nu.12.*

8 *Immunitatis concessio, vbi ex altera parte non est impletum, & res est integra, pro futuro tempore est reuocabilis.& nu.10.*

9 *Contractus immunitatis re integra tollitur sola pænitentia.*

13 *Princeps potest priuilegium subdito concessum sine causa reuocare, & idem & multo magis potest successor, qui non concessit.*

14 *Feudum licet sit contractus nominatus, & sine culpa vassalli eius concessio non poßit reuocari, tamen secus est, quando precario est concessum.*

15 *Princeps quod voluerit ius alterius auferre ex eius priuilegio, quid inspiciendum in dubio?*

16 *Clausula motu proprio, & ex certa scientia in priuilegijs posita, quid operetur.*

17 *Princeps pōt ab libitū diuidere, & vnire puincias.*

18 *Clausula derogatoria generalis omnibus in contrarium facientibus, etiam si de eis oporteret specialem fieri mentionem, non obstantibus, num sufficit, perinde ac si de omnibus specialis mentio facta fuisset.*

CONSILIVM DCLVII.



Onsiderato diligenter themate antescripto, & visis priuilegiis exhibitis, necnon habita matura deliberatione super eo, quod quæritur, paucis agere decreui, tum quia materia satis est trita, tum quia coram grauissimis senatoribus controuersia versatur, quibus nihil potest esse ignotum.

¶ Concessit Serenissimus Dux Sabaudiæ modernus, & D. meus Colendissimus ius studii generalis ciuibus Montisregalis cum potestate creandi collegia Doctorum, & medicorum, & se inuicem congregandi, & Doct. creandi, & cum omnibus aliis priuilegiis, & pæeminentiis, cuiusmodi studia generalia habere consueuerunt;
1 nam † ciuitates non possunt habere studia generalia cum suis priuilegiis, & indulgentiis nisi ex concessione Papę, aut Imperatoris, vel alterius Domini habentis iura imperialia.§.hęc autem tria in prohem.ff.c.2.de priuil.in.6. glos.in clemen.dudum.§.in studiis in verbo generalibus de sepultu. & not. per omnes in clemen.2. de magi. Abba. in.c.tuæ fraternitatis. colum.1.de cleric. non resid. cum aliis concor. quæ adduci possent, quòd autem præfatus D. Dux voluerit concedere d. vniuersitati studium generale cum suis priuilegiis, istud non solum verbo, & literis, sed etiam re ipsa declarauit, nam conduxit lectores cuiusque facultatis magnis etiam stipendiis ex proprio ærario depromptis, qui legerent, & ita etiam per aliquot annos legerunt, & collegia instituta fuerūt, quibus etiam Doctores creati fuerunt, de voluntate igitur d.D. Ducis dubitari non potest, qui etiam in concessione.d.studii generalis vsus est amplissimis clausulis motu proprio, ex certa scientia, & de potestatis plenitudine cum clausulis etiam derogatoriis ad priuilegia aliorū locorum, quæ omnia enixam voluntatem suæ celsitudi
2 nis declarant. Solum † de potestate dubitatur, videlicet, an potuerit præiudicare vniuersitati Taurinensi, quę olim à prædecessoribus prædicti D. Ducis obtinuit huiusmodi ius studij generalis. Et quòd sua celsitudo non potuerit seruando terminos iustitiæ, prout rectum principem decet, arguitur, nam vt inquit Bald.in.l.1.ff.de constit. prin. quando princeps aliquid dat, vel confirmat, semper debet intelligi saluo iure alterius.l.authoritate.&.l. meminerint.C.vn.vi.& rescripta principium semper debent intelligi, vt nemini iniuriam faciant, vt Bald.inquit in.l.ex facto per illum tex.ff.de vulg. & pup. & in.l.nec auus vbi etiam bonus tex.C.de eman.libe. facit tex. in.c. super eo.ff.de offic.deleg. & in.l.2.§.si quis à principe.& .§.merito.ff.ae quid in loco publi. Sed videretur fieri iniuria ciuibus Taurini, si ab eis ius studij gnalis auferatur, quod per tot annos antea exercuerunt in sua ciuitate accedentibus priuilegiis Illustrissimorū retro Ducum Sabaudiæ, & prædicta tanto fortius procedūt; quia vniuersitas Taurini videtur pro consecutione d. priuilegiorum
3 dedisse principibus pecuniam; vnde † videtur, quod princeps non possit priuilegium suum reuocare, quando transiuit in contractum sicut nec etiam contractus potest reuocari, vt not. Inno. Anto. de But. Imol. & Abba.in.c. nouit de iudi. Arch. in.c.quicunque. 11.q.1. & sequuntur ibi moderni posteriores, quos colligere magis esset laboriosum, quam subtile, & magis ad istos terminos facit, quod scribit Bald. in.l.qui se patris. colum.8.versic.scias quod licet.C.vnd. libe. vbi inquit, quòd licet sit speciale in princpe, vt possit reuocare suum priuilegium, ex quo est alteri ius quæsitum etiam sine causa.l.qui fundos.C.de om.agro. deser.lib.11. Istud tamen procedit, quando est priuilegium, non autem quando esset conuentio; quia non posset tunc reuocare, nisi secundum ipsius rei naturam.l.fundi.C. de fun.patr.lib.11. & subdit ibi in proposito, quòd quando recipit pretium, istud significat venditionem, quamuis vteretur verbo indulgemus, vel simili. Et ibi post Nico de Matta. subdit, quod quā pretextu priuilegij aliquid est lucratus à suscipiente, veluti aliquam dationem, vel factum, quod habeat perpetuam commensurationem cum re concessa, non posset reuocare, quia tunc cōmitteret dolum.l.si cum mihi.ff. de dona.itud idem vult Bald.in.d.l.si cum mihi. dicens, quod priuilegium concessum alicui p.p eius factum reuocari non potest; quia non pendet ex sola voluntate concedentis, sed ex iure alteri quæsito. Hic infert ad priuilegium, quod Senenses olim concesserant quibusdam bannitis secure morandi, eo quia eorum opera illorum commune recuperauerat quoddā castrū, quod erat irreuocabile, & ita dicit se consuluisse allegando illum text. & glos. in l.decurionibus.C.de silen. lib.11. Ad idem facit, quod Bald.not.in.l.donationes, quas Diuus.C.de don.int.vir. & vxor.vbi inquit, quòd priuilegium ciuitatis concessum Comitatensibus aliquo ab eis dato, reuocari non po
4 test; quia transiuit in contractum; Et quilibet † etiam

 princeps

princeps suum contractum tenetur seruare.c.1.de natu.feud.c.1.de pba. vbi etiam Abba.dicit idem esse in successore, vt non possit contrauenire contractui ab antecessore gesto. ergo videtur, quòd Serenissimus Dux non possit priuilegia Taurinensium, pro quibus pretium fuit persolutum, reuocare per superiora, & quia, vt inquit Imperator in.l.2.C.ne fis. rem quã vend.retract.deb.lib.10. fiscum, quod semel vendidit æquitatis, honestatisq́, ratio non patitur retractare, ad idem text. in.l.ratas.C.de res. vend. Potest etiam pro cõmunitate Taurini adduci; quia habet priuilegia studii generalis concessa per Illustrissimos Duces, & per sequens priuilegium non tollitur primum, nisi de præcedenti mentio fiat.c.veniens de præscrip. c. ex parte.1.de offic. deleg.c. dudum cum ibi not. de priuileg.& no.in.c.1.& in.c.cum ordinem de rescript.& tradit gl.25.q.2.in summa. Et hæc sunt, quæ breuiter difficultatem facere in præsenti casu videbantur.

¶ Præmissis tamen non obstantibus contrariam sententiam probabiliorem esse arbitror, pro cuius fundamento præsuppono id, quòd scripsit Bal.in.d.l.qui se patris. quẽ

5 superius retuli, quòd † possit princeps priuilegium suum subdito concessum, ex quo ei fuerit ius quæsitũ, sine causa reuocare per tex. quem ipse allegat in.l.qui fundos.C. de om.agro deser.lib.11. quem tex. etiam adducit Bald. ibi. Idem voluit in.l.fin.ff.de sena. & est de hoc celebre Inno. dictum in.c.in nostra de iniu. ita intelligendo illũ tex. & probatur hoc idem in auc.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor. & in.l.hæres absẽs in prin.ff.de iudi. in quibus iuribus priuilegia iam concessa reuocantur, & de hoc est etiam gloss. fin. in.c.decet de regu.iu.in.6. Et hoc etiam latè prosequitur Pau.de Castr.in.l.digna vox.C.de ll. dicens, quòd ubi per viam gratiæ, vel priuilegij Princeps aliquid concedit subditis, licet de ordinaria potestate non debeat auferre sine iusta causa, de plenitudine tamen, & supma põtate auferre põt; licet sit eis ius quæsitum.c. veniens dẽ præscrip. Limitat tamen post Bald. nisi non gratuito concessisset accepta pecunia, quia tunc haberet vim contractus, & respondet ibi Paul.de Castr. text. qui videbatur facere in oppositũ in.l.Titius puerũ. ff.de obsеq. vt vbi per eum. Et dicit Ange. in.l.Anthiochensium.ff.de priuleg.credi. quòd iusta causa in principe reuocandi suam concessionem est; quia ipse concessit; negari aũt nõ potest; quin concessio habendi studium generale stet in finibus meri priuilegij, nam vt dicit Aret.

6 in.c.nouit.col.3.de iudi.vbi est priuilegium† transfertur dominiũ secuta traditione uera, vel ficta; & tunc trãsit in vim contractus, nec potest reuocari sine iusta causa, quia tunc quæsitum est ius aliquod de iure gentium; sed vbi conceditur aliquod priuilegium, de quo non quæratur aliquod ius de iuregen.sicuti in priuilegiis immunitatis, & exeptionis, vel prælationis, sicuti erat in.d.l.Anthiochensium. & casu nostro habendi studium generale, tunc quia statur in viribus priuilegii, potest absolute per principem reuocari, & eadem scribit Paul. de Cast. ante eum, quem nõ allegat in.d.l.digna vox.C.de.ll.dicens, quòd vbi concessio non continet translationem dominii directi, vel vtilis, vt est cõcessio immunitatis, potest princeps eam ad libitum reuocare, Hoc idem explicat Pau.de Cast. in.l.rescripta. C.de præ. impe.offe. vbi dicit, quòd in his, quæ ipse princeps concesit, licet ius esset alteri quæsitũ, si tamen ille esset subditus, sicut princeps concessit, ita & auferre potest; vt patet in priuilegiis, ex quibus acquiritur ius ei, cui concessa sunt, & tamen concedens potest auferre, si concessit vt princeps per modum priuilegij, secus si vt priuatus, & per viam contractus. Et pro prædictis facit etiam, quod scribit Bal.in titu.de pac.constan.in verbo criminalibus, vbi vult, ꝙ Imperator possit tollere populis potestatem cõndendi statuta, quam ipse dedit, nam non est illis aliquod ius quæsitum de iure gentium. Idem etiam dicendum est si velimus tenere id, quod scri-

7 bit Abba. in.d.c.nouit.vbi vult, quod† vbi priuilegium concessum subdito habet actum successiuum, vt in casu nostro, tunc possit reuocari quo ad futuros actus; quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.c.1.de reg.iur. Sed si habet actum momentaneum, ita quòd priuilegium suum effectum sortitum est, putat non posse reuocari, ex quo transiuit in ius gentium nisi subsistente causa. Et potest hæc opinio Abb.comprobari ex his, q̃ scribit Bar.in.l.omnes populi in.4.q.3.q.princ.

8 vbi † vult, quòd si statuto caueatur, quòd quicunque venerit ad habitandum in tali castro habeat immunitatem perpetuò, quidam venerunt, nunc ciuitas vult reuocare statutum, & efficere, ne illi gaudeant immunitate, certè secundum Bar.in prçiudicium eorum, qui iam venerunt, non potest reuocari, secus in his qui nondum venerunt. nam dictum statutum transiuit in contractum, vel quasi contractum, do vt facias, vel facio, vt facias id est concedo tibi immunitatẽ, vt venias, si aliqui venerunt ex vtraq; parte perfectus est contractus, sed antequam veniant, po

9 test reuocari; † quia contractus innominatus re integra tollitur pęnitentia.l.pecuniam.ff.de condi. ob caus.& de hoc dicto Bar.facit ẽt mentionem Abba.in.d.c.nouit, & illud sequitur, & Paul.de Cast.in.d.l.digna vox.C.de.ll. Non inficior, quòd ista decisio Bar. est aliqualiter remo-

10 ta à terminis nostris, tamen pondero, quòd† Bart.vult, concessionem immunitatis posse reuocari pro futuro tẽpore, ex quo nondum fuit impletum ab altera parte, & res est integra, & in casu nostro respectu temporis futuri res est integra, præsertim quum multis iam annis cessatum fuerit à studio ptopter bella in d.ciuitate Taurini. Moueor etiam contra Taurinenses in fauorem Montisregalis; nam illud, quod volunt dicere Taurinenses, fundatur in eo, quòd eorum priuilegia debent sibi seruari, & non possunt reuocari, attento quod agitur de eorum damno, si ius studii generalis, quod consecuti sunt per ipsorum priuilegia, habere, & exercere non possint. Sed

11 pro resolutione considerandum est, ꝙ† respectu futuri temporis possunt eorum priuilegia reuocari per concedentem, ex quo nullum reciprocum factum princeps ex eorum priuilegiis consequitur, & ita in similibus terminis decidit Cyn. in.l.non amplius.§.si certum. ff.de leg.1. vbi quærit, quid si ex forma statuti ciuitas omni anno debet dare fratribus minoribus certam quantitatem pecuniæ pro elemosina, vtrum tale statutum possit per ciuitatem reuocari, & arguit primo, ꝙ non possit, quia propter lucrum, quod perderent ipsi fratres, videretur de eorum damno certari. Contrarium tamen determinat Cyn. quia sicut ciuitas potuit tale statutum facere, ita debet posse tollere.l.si quis in principio testa. ff. de leg.3 §.sed naturalia Instit. de iu. nat. gen. & ciui. Item quia ratione præstationis in futurum, non est adhuc ius quæsitum ecclesię, ideo statuentes possunt reuocare. Nec obstat, quòd quando transiuit statutum in contractum, non possit amplius per statuentes reuocari. l.quod se-

12 mel.ff.de decre.ab ord.facien. quia† procedit, quando pro tali elemosina aliquid reciprocum esset præstitum, aut factum per ipsos fratres, secus quando ciuitas concessit per viam simplicis elemosinæ; quia valet reuocatio, & istam opinionem tenet Imo. ibi, & latius Alex.& Sali.in auc.cassa.5.q.C.de sacrosan.ecclesi. Fulgo. & Pau. de Castr.in.l.priuilegia.C.eod.titu. Et licet fiat difficultas in illa quæst. quam format Cyn. quia quidam tenuerunt contrarium propter fauorem piæ causæ, & quia priuilegium fuit concessum fratribus, qui non sunt subditi, vt prosequitur Aret. & Iaso.in.d.l.non amplius.§.si certum, tamẽ hæ rationes cessant in casu nostro, quoniã hic nihil confertur pio loco, & persona est subdita. Si

13 igitur secundum prædicta, † princeps potest priuilegium suum concessum subdito sine causa reuocare, multo magis poterit successor in dignitate, qui non concessit; nam sicut sibi ipsi non potest legem imponere, ne possit reuocare.l.si quis in prin. testamenti.ff.de leg.3. ita non poterit legem imponere successori; quia par in parem non habet imperium. l.nam magistratus. ff.de arbi.&.l.ille à quo.§.tempestiuum.ff.ad Trebel.& ita intelligo glos.in c.fi.de rescri.in.6.dum inquit, quod clausula derogatoria non afficit successorem. Comprobantur præmissa pręter cæteros ex eo, quod Bald. scribit in.l.2.q.9 C.de serui.& aq.vbi vult, quod in concessione iurium incorporalium præsumitur quis ea magis habere, & possidere p̃cario, quã ex donatione, arg.tex.in.l. Lucius.ff.de dona. Sequitur ergo, ꝙ secundum naturam præcarii concessio possit reuocari.l.1.&.l.cum precario.ff.de præca.& probatur in.l.Lucius, quam allegat Bald. in vltimis verbis, dum ibi dicitur, Respondi hæredes eius posse mutare voluntatem, & idem clarius exprimit Bar. in.l.hostes.1.q. ff.de capti.nam ibi vult Bar.quòd quum Veneti habeant libertatem ab imperio Romano, & priuilegio quodammodo præcario tenent ab eo, vt possit priuilegium illud reuocare, quando vellet, quum liceat mutare voluntatem

suam

suam.l.si quis in prin. testam.ff.de leg.3.Et illud dictum Bart.sequitur Bal. in.c.sicut & infra.col.1.versi, Aduertetamen de iureiur. dum inquit, ꝙ Veneti non sunt liberi, nisi per patientiam Imperatoris, vel priuilegium speciale, quòd possunt successores reuocare. Quod etiam
14 comprobatur; quia † licet feudum sit contractus nominatus, ideò eius concessio non possit reuocari sine culpa vasalli.c.1.de natu.feu.c.1.de feu.sin.culpa.non amit.tamen reuocari potest, quando præcario, est concessum, vt Bal.inquit in.d.l.qui se patris.col.8.C.vn.lib. per tex. in prælleg.l.Lucius.ff.de dona. quum igitur priuilegium principis videatur quodammodo præcario concessum, ita vt nec princeps possit adimere sibi facultatem reuocandi, sicut nec etiam qui præcario concessit, hoc potest.l. cum præcario in prin.ff.de præca. Verissima est cõclusio, ꝙ potuit Sereniss. Dux noster saltem de potestatis plenitudine ius studij generalis concessum per Illustr. prædecessores ciuitati Taurini adimere, & ad ciuitatem Montisregalis transferre.

Superest nunc, vt ad contraria respondeatur. Et in primis non obstat, quod dicitur, quòd intelligendum est, quòd per suum rescriptum princeps nolit tollere ius tertii, & iniuriam alteri facere; quia respondetur istud procedere, quando princeps aliquid rescriberet simpliciter, sed in casu nostro constat de expressa voluntate principis, quòd voluit iuri tertij derogare in concessione d.studij generalis, vt patet ex illis verbis quibus derogat motu proprio, & certa scientia, & de plenitudine potestatis, quibuscunque priuilegiis per se, seu Sereniss. prædecessores suos aliis locis quomodcunque, & quandocunque, concessis, quæ etiam nulla, ac reuocata esse pronunciat, etiam si in eis essent apposita aliqua verba derogatoria, de quibus habẽda foret mentio, quæ voluit pro expressis haberi. Nec dici potest Serenissimum principem ignorasse, quod vniuersitas Taurini haberet ius studij generalis; quia superius in d.literis concessis vniuersitati Mõtisregalis tribuit ei omnia, & singula priuilegia, honores, immunitates, præeminentias, & prærogatiuas, quæ superioribus annis vniuersitati, & studio Taurinensi fue-
15 runt concessa. Vbicunque autem † dubitari contigit, an princeps voluerit ius alterius afferre, inspicitur, an vti voluerit plenitudine potestatis, nam eo casu præsumitur hoc voluisse quomodocunque, etiam si tractetur de graui præiudicio, vt concludit Anto. de But.& ibi clarius Imo. in.c.quæ in ecclesiatum de cõstit.& tenet Alex. cõsi.216. Nec arguendi sumus col.5.versi. Sexto cõfirmatur lib.2. Ipsum etiam Principẽ posuisse id, quod voluit satis ostẽditur ex eo, quod sumus in mero priuilegio, vt supra dictum est, & inferius etiam deducetur. Accedit etiã, quòd
16 d.concessio facta vniuersitati Montisregalis facta † fuit motu proprio, & ex certa scientia, quæ clausulæ tollunt omnem præsumptionem, & præsumptum excludunt errorem.c.si motu ꝓprio de præb.in.6.clem. si Romanus. eo.tit.l.Idem Vlpianus.ff.de excu.tuto.l.quidam consulebant.ff.de re iud.cum aliis vulgatis, & per eas efficitur quoque, quòd priuilegium sit fauorabile.& extendendũ, nam vt inquit Pet. de Ancha. consil.138. De natura, & efficatia col.1. Gratia ꝑ motum ꝓprium est fauorabilis, & amplianda.c.si pluribus. de præben.in.6.& dicit Ant. de But.in.c.cum in cunctis.§.cum verò versic.not.hic dicitur de elec.ꝙ motus proprius non solum operatur quo ad tollendum vitium subreptionis, sed etiam facit, vt verba actus concessi latius interpretentur. Addo etiam, ꝗ clausula motus proprii operatur, vt princeps videatur motus esse legitimus ex causis, vt tradit Roma. consil.456. Quod indultum Petri col.2.versic. Quia principalis ratio est, vbi adducit tex. in.l.1. C. de peti. bono. subl.lib. 10. Et sequitur Fel. in.c.quæ in ecclesiarum col.3.versicu. Limita quinto de constit. Quanquam in casu nostro princeps expressit causam, dicens se id facere ꝓ vtilitate subditorum, vt sint scientiarum facultatibus instructi, et vt in ꝓhemio continetur, & sufficit, quòd causa in genere exprimatur, quamuis non exprimatur particulariter, vt de iudice scribit Paul. de Cast. in.l.cum hi.§.si prætor.ff. de transac. Si autem causa particularis requiritur illa excogitari potest, quòd tempore, quo fuit concessum ius studii generalis iuribus Montisregalis, Taurinum, vbi studiũ exerceri consueuerat, erat sub potestate Gallorum; & licet conuentum fuisset in capitulis pacis, quòd elapso triennio restitueretur Serenissimo Duci, tamẽ multa cõtingere poterant, vt id non fieret, & eam non caperet, vt vtar verbis Imperatoris, in.§.illud quæsitum Instit. de rer.diui.& ciues Montisregalis ad tempus ægrè suscepissent ius studii generalis, ideo fuit actum, vt priuilegium esset perpetuum, & irreuocabile. Moueri etiã potuit princeps loci opportunitate, nam in ipso priuilegio eam aptã studentibus ostendit propter aeris salubritatem, ac ædificiorum pulchritudinem, & agri vbertatem, & ꝙ ciues exteris beneuoli esse consueuerint, & ꝙ ciuitas Montisregalis distat plurimum à cæteris Italiæ ciuitatibus, vbi huiusmodi studia exerceri solent, quæ omnia non sunt ita fortasse in ciuitate Taurini, nam in principe semper in dubio præsumitur iusta causa, vt scribit Cyn.in.l.rescripta.3. &.4.q.C.de præc.impe.offer.cum suis concor. Maximè autem potuit esse in consideratione, ꝙ ciuitas Montisregalis sita est in monte, vt etiam ipsum indicat nomen. Vnde oritur aeris salubritas, nam qui in montibus habitant, sunt scciores, & per consequens seniores, & propterea montana habitatio videtur valdè studiosis conuenire, & loca non admodum frequentata, & secreta; ideo veteres sapientes Musas in montibus habitare, & inter nemora, & aquas tanquam secreta loca versari dixerunt. Et profectò optimè, & iustissimè fecit Serenissimus Dux noster, si à ciuitate Taurini transtulit locum studiorum ad ciuitatem Montisregalis existimans eam aptiorem esse studiosis, & commodiorem; nam non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt, inquit text. in.c.nouit.12. distin, & tradit Roma.consi.352. Quæritur primo nunquid Domini, vbi pulcherrimè ponit mutationes locorũ in arduis causis sæpius fuisse factas suadente necessitate, vel vtilitate, & iura permittere, vt in huiusmodi casibus fiant, vt ibi ipse latius prosequtur. Hæc dicta sunt ex abũdanti; quia in huiusmodi mero priuilegio sola principis voluntas sufficit pro causa, iux. glo.singularem in.l.respiciendum, quam ibi Bald.sequitur.ff.de pœn. Non obstat alterum fundamentum, quòd priuilegia prædecessorum Serenissimi nunc Ducis transiuerunt in contractũ; ꝓpterea non possunt reuocari à successore; quia hoc negatur, ꝙ transiuerint in contractum, vt ostenditur discurrendo ipsa priuilegia. Et primo Illustrissimus quon. Amadeus Dux Subaudiæ, qui anno.1424. Concessisse videtur studium ipsis Taurinensibus, non reperio, quòd ibi interuenerit aliquod, propter quod dici possit priuilegium trãsisse in contractum; nã licet ibi dicatur, quòd cõmunitas Taurini pro stipendio legentium soluat quotannis florenos quatuor centũ, pro reliquo ipse D. Dux ordinauit, vt solueretur sup gabella salis, ꝓpterea nõ fit, vt priuilegiũ transiuerit in contractum, ex quo pretium florenorum quatuor centum non vertitur in commodum principis, sed in stipendia lectorum. Doctores autem superius allegati in contrarium, loquuntur, quando princeps pretium prætextu priuilegij concessi lucratur; nam tunc volunt priuilegium transire in contractum, & fieri irreuocabile, non autem quando aliquid soluitur, vt sustineatur actus rei impetratæ. Et quod istud priuilegium Amadei Ducis fuerit reuocabile, istud ostenditur, quòd idem Dux anno 1427. transtulit studium ad locum Cherii, & conquerente communitate Taurini, litemque aduersus Cherium mouente pro restitutione studij, anno.1429. fuit lata absolutoria, pro Cheriensibus, & postea dicitur etiam translatũ fuisse Sauilianum, vt in themate continetur. Similiter priuilegium concessum Taurinensibus ꝑ Illustrissimum Ludouicum filium, & vti locumtenentem prædicti D. Ducis Amadei reuocando studium à Siuiliano Taurinũ anno.1436. non potuit transire in contractum ex eo, ꝙ ibi soluatur pecunia annua florenorum quingentorum, quia soluebatur ꝓ stipendiis lectorum. Et licet idem princeps consilium Cismontanum velit esse vnitum cum studio, ita vt vnum alterius fomento fecundius ꝓpagetur, tamen non potuit ligare successorem, quominus possit
17 segregare, & diuidere, potest † enim princeps diuidere, & vnire, ꝓut vult, ꝓuincias, vt not.glo.in.l.1.C.de metrop. Beri.lib.11.& Bart.in.l.ex hoc iure colum.2. & ibi Paul, de Cast.& alij.ff de iust.& iu. Et similiter potest studiũ, & consilia Cismontana, quæ sunt diuersæ naturæ, & conditionis. Similiter non obstat, quòd de anno.1459. idem princeps receperit pretium florenorum quinque millium à tota patria; quia ibidem in calce literarum continetur exp̃sse, quòd d.pecunia fuit soluta, vt consilium Cismontanum, quòd tunc residebat in Montecalerio reduceretur

Taurinum, vbi tunc erat studium, & sic essent vnita, & sic quum ibi principaliter non ageretur de studio, sed consilio, vt Taurini resideret, non potest, quòd ex alia causa solutum fuit, in hanc causam studij trasferri, quia ex diuersis non recta fit illatio. l. papinianus exuli. ff. de mino. Non obstat etiam priuilegium Illustrissimi Caroli primi Ducis Sabaudiæ anno. 1483. confectum, vbi declarat consilium Cismontanum debere esse vnitum cum studio, nec licuisse sibi, nec licere ea segregare; quia hoc potest intelligi de honestate, iux. c. decet de reg. iur. in. 6. non autem, ꝙ non possint successores segregare, si velint, nec ibi interuenit pecunia, vt dici possit priuilegium transisse in contractum. Similiter respondetur ad confirmationes priuilegiorũ factas Taurinẽsibus per subsequentes Duces, vsque ad modernum Ducem; quia si priuilegia in specie loquentia non præiudicant successori, multo minus præiudicabunt confirmationes priuilegiorum factæ in genere, & in forma communi. Non obstat. 3. argumentum, ꝙ non fuerit facta mentio de priuilegiis Taurinensium concessis per Illustrissimos Duces prædecessores, & qđ non derogatur per secundum priuilegium primo, nulla de eo habita mentione. c. veniens de præscript.
18 cum concord. Quia respondetur, quod † satis specialis de ipsis videtur facta mentio, ex quo princeps modernus derogat omnibus priuilegiis in contrarium faciẽtibus, etiam si de eis opporteret specialem fieri mentionem; & ad hoc multa possent allegari, sed sufficit decisio Ange. in. l. omnes, circa princ. C. de præsci. 30. anno. vbi per illum tex. vult, ꝙ si princeps deroget omnibus priuilegiis, statutis, & rescriptis, etiam si de eis necesse esset mentionem fieri specialiter, tantum operantur d. verba, perinde, ac si de omnibus priuilegiis, statutis, & rescriptis nominatim facta esset mentio, ꝙ sequitur Alex. vbi etiam alia adducit in consil. 155. Videretur in consultatione præmissa col. pen. lib. 6. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Frater sororem de proprio patrimonio dotare non tenetur.*
2 *Minor dotans immoderatè sororem debet in integrum restitui propter læsionem.*
3 *Minor donare non pōt etiā dotādo sororē, et vbi cū iuramento donauerit, concedenda est absolutio.*
4 *Reis pluribus debendi constitutis, & insolidum obligatis, si vnus insolidum conueniatur, et soluat, habet regressum contra correos actione mandati pro eorū portione, ex quo videntur inuicē fideiussisse.*
5 *Minor vbi cum maiore fratre dotem constituit, & insolidum quilibet se obligauit, conuento maiore potest comparere, & in integrum restitutionem aduersus dotem immoderatam petere etiā ad defensionē ipsius maioris, & qua rōne, sub nu. seq.*
6 *Fideiussor potest ex persona minoris principalis petere restitutionem in integrum aduersus creditorem, & minor tunc dicitur defensor necessarius.*
7 *Minori conceditur in integrum restitutio etiam pro modico damno, licet non pro minimo nisi in duobus casibus, vt nu. 9.*
8 *Dictio aliquid etiam in modico verificatur.*
10 *Remedium. l. 2. C. de rescin. vend. competit maiori etiam in contractu dotis.*
11 *Iuramentum pupilli non confirmat cōtractum, nec eum obligat.*
12 *Iuramentum, vbi deducitur enormis læsio non ligat maiorem, & multo minus minorem.*
13 *Periurus auditur excipiendo.*
14 *Absoluere potest epūs à periurio docto de læsione.*
15 *Initium, non autem finis, qui venit in consequentiā, attendendus est.*

CONSILIVM DCLVIII.



IN causa D. Ferrandi nepotis mei tria præsuppono, quæ sufficient ab obtinendum victoriam. Primo, ꝙ minor dotans excessiue sororē venit restituendus in integrum aduersus immoderatā dotē, vel talis contractus immoderatæ dotis est nullus. Secundo, ꝙ eius fratres minores in casu pñti possunt cōparere in iudicio ad illius defensionē. Tertio, ꝙ non obstat pdictis periurium.
1 Circa primū clarum est, † ꝙ frater sororē dotare non tenetur de ꝓprio patrimonio, sed de suo soror debet dotari; quia paternū est officium dotare filias non fraternū. l. qui filium. §. 1. ff. vbi pup. educa. deb. vel mod. glo. in. l. cum plures. §. 2, in verbo alio & ibi Bar. & alii. ff. de admi. tuto. Bald. in. l. fin. col. 3. versic. Sed nunquid frater. C. de dot. promis. Anto. de But, & Abba, in. c. peruenit de arbit. & habetur per modernos in. l. 1. ff. solut. mat. & tradit Fulg.
2 consi. 228. Antonius de morando circa fi. Vnde † si minor tradit dotem immoderatam sorori debet restitui in integrum propter læsionem ex tali contractu resultantē, vt probatur in. l. 1. cum ibi not. C. si aduer. dot. & in. l. ex causa. §. in dotis. ff. de mino. Et in terminis, ꝙ frater minor dotans immoderatè sororem debeat restitui in integrum, tradit Abba, consi, 12. clarè materia in fi. lib. 1. & vlterius idem voluit Bald. consi, 108. Quæritur vtrum adulta lib. 1. vbi loquitur in dote, q̄ minor cōstituit sorori; & ibi vult considerari, an suppetant facultates, & an vir sit dignus tanta dote, & ibi subdit, quòd sorori donare non potest; quia dotare hoc casu est donare. l. fin. C. de dot. promis, & secutus sum Bald. consil. meo. 173, quod
3 incipit, Accedo sententiæ. vbi † latè ostendo minorē nō posse donare. Nec obstat iuramentum, quia concedenda est absolutio, vt Abb. vult in loco præallegato. Et vlterius adduco Pau. de Cast. consi. 468. Ad primum, quo quæritur, an d. filiæ col. 3. versic. Tertio principaliter dubitatur lib. 1. secundum nouissimam impressionem, nam in casu suo sorori, quæ habuerat octingenta in dotem, fratres quorum vnum erat. 20. annorum, alter decem octo, alter. 7. addiderunt trecenta, & quædam iocalia, concludit Paul. de Cast. d. excessum non valere proueniens ex liberalitate, quoniā frater non tenetur dotare sororē, nisi soror valde egeat, & frater valde abūdet. Hoc conuenit in proprio; quia tempore instrumenti, quo dos fuit constituta, fratres Ferrandi erāt minores in diuersis ætatibus constituti, & quidam etiam impuberes, vel saltem vnus eorū, vnde non potuerunt d. dotē constituere transcendentem non solum maximo spacio facultates sororis, sed etiam suas, vt fuit deductum in positionibus. Venio nunc ad secundū, vbi videndum est, vtrum fratres minores debeant audiri in præsenti iudicio ad defensionem Ferrandi petenti se restitui aduersus dotem immoderatam, & declarari actum nullum, & mihi videtur dicendū quòd sic, sicut superius præsuppositū fuit; nam quū d. fratres constituerunt dotē excessiuā, & quilibet eorū se obli-
4 gauerit insolidum, sunt plures rei debendi. Et † licet Ferrandus tanquam vnus ex pluribus reis debendi insolidum conueniatur, tamen quando sunt plures rei debendi, videtur vnus pro alio fideiubere, & si aliquid soluit vltra suam ratam, repetit solutum actione mandati ab alio correo, vt tenet Bart. in. l. reos. col. 2. & ibi Angl. & Imo. ff. de duo. re. Bar. in repet. auc. hoc ita col. 22. versic. 4. principaliter. C. de duo. re. Sal. in. l. 1. q. 3. C. eo. titu. Et in terminis scribit Cor. cōsi. 124. Viso pūcto, & copia col. 2. & lib. 1. vbi vult, quòd qñ duo fratres cōstituunt dotem sorori, & quilibet obligat se insolidum, potest frater solutum vltra suam ratam repetere ab alio fratre, attento quòd commune negotium fuit gestum, vt ipse ibi prosequitur, & facit, quod not. Doctores in locis præallegatis dum loquuntur de socio, & allegant text. in. l. falcidia hoc obseruadum. ff. ad. l. falci. Confirmātur pmissa, quia d. dos fuit constituta non omnino gratuito, sed quia d. soror renunciauit hæreditatibus maternis, fraternis, & patruorum, quæ quidem renunciatio facta est in vtilitatem minorum fratrum. Vnde sicut, quando plures rei sentiunt vtilitatem, vt puta; quia obligant se pro pecunia insolidum, quæ ad omnes peruenit, tunc correi videntur in uicem fideiubere, & qui soluit repetit ab altero. l. vir vxori. §. fin. ff. ad Vellejan. & l. si pro parte. §. fin. ff. de in rem verso, & tradunt Doctores in locis præallegatis, & Fulgo. &

go, & Pau. de Cast. in d. l. vir vxori §. fin. Sic dicendum in proposito, ꝙ ipsi fratres constituentes dotem insolidum dicantur inuicem fideiubere propter communem vtilitatem, & ideo si vnus soluit insolidum, potest ab alio repetere id, quod plus portione sua soluit, & quòd isto casu dicantur inuicem fideiubere confert optima decisio Io. And. in adddit. Specu. in titu. de cessio. actio. §. fi. in addit. disputauit Albertus Odo, quæstionem, &c. quam refert, & sequitur Alex. cōsi. 116. Visis quę subtiliter col. 1. lib. 6. Hoc † igitur stante, ꝙ Ferraudus, si soluisset insolidum d. dotem, posset repetere solutum à d. fratribus minoribus pro parte, quæ cuilibet eorum contingebat, tanquàm pro ipsis fideiussisset. l. 1. C. de duo. re. & Bar. in d. auct. hoc ita col. penul. & nup ostendi; sequitur, quòd d. fratres minores non possunt in præsenti iudicio cōparere pro defensione d. Ferrandi petentes restitutionem in integrum aduersus constitutionem dotis immoderatam; quia communis videtur Doctorum conclusio, quòd † fideiussor possit petere restitutionem in integrum ex persona minoris, quando fideiussor conueniretur à creditore, & minor, qui est debitor principalis, cōparet ad fideiussoris defensionem, & ex propria persona excipiendo petat fideiussorem restitui in integrum tanquam defensor necessarius, & ad proprium commodū, attento quòd fideiussor erat habiturus regressum contra eum, & ita tenet Bar. in l. Stichum. §. quòd vulgo. ff. de solu. matr. Bar. in l. Marcell' in fi. verbis. ff. de fideiuss. & in l. & fideiussor. ff. de re iudi. Cyn. not. in l. quotiens iux. fi. C. de præci. impe. offer. & sequitur Alex. in l. non tantū. §. quod aūt col. 2. versi. In glos. 1. adde. ff. de re iudic. & consi. 66. Viso themate col. 1. lib. 4. Socin. in l. cum filiusfam. §. si stipulatus in fin. ff. de verb. oblig. & ita tenendum videtur, quicquid in contrarium dicit Alex. in l. 1. C. de fideiussio. mino. Non obstat, quòd pro d. constitutione dotis d. fratres fuerint consecuti renunciationes hæreditatis maternæ, & fratrum, & patruorum, quia huiusmodi renunciationes factæ fuerunt de hæreditatibus viuentium, quæ ferè sunt nihil, comparatæ ad d. constitutionem dotis, quæ de præsenti debet solui, & † minores restituuntur in integrum pro modico etiam damno, sed non pro minimo, glo. in l. pen. ff. de mino. & gl. in l. 1. in verbo magno detrimento. C. si aduer. ven. pigno. & probatur in l. minoribus. 25. annis. ff. de mino. vbi dicitur, ꝙ minoribus. 25. annis subuenitur per in integrum restitutionem, vbi aliquid ex eorum bonis imminuitur; nam † illa dictio aliquid, verificatur etiam in modico. l. si seruum §. prætor ait & ibi Bar. ff. de acq. hær. Ad quod etiam facit; quia † speciale est in venditione pignoris prætorij, seu iudicialis, vt non restituatur, nisi grande damnum sit minoris. l. si ex causa in princ. ff. de mino. Itē vbi distrahuntur res, quæ fortuitis casibus subiectæ sunt l. & si sine. §. quęsitum in fin. & ibi Bart. ff. eo. titu. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de. ll. Hæc dicta sunt ex abundanti; quia apertè etiam patet de magno damno, nam ille renunciationes parum quid importabant, nam posito etiam, ꝙ mater decessisset ab intestato, non poterat d. sorori ei succedere nisi pro vndecima parte, attento ꝙ extabant fratres sex masculi, & aliæ quatuor fœminæ sorores. Et eodem modo de patruis est dicendum, & fratre, & sorore, quæ decessissent nullo condito testamento. Et considerandum est etiam, quòd renunciatio d. sorrois non poterat extendi ad bona feudalia, in quibus fœmina non succedit. Illud etiam est aduertendum, quòd Ferrandus ex sua persona comparet dicens se fuisse læsum in d. constitutione dotis vltra di-
10 midiam, quam etiam † ferret valor sui patrimonij, & petit rescindi contractum, iux. l. 2. C. de rescin. vēd. quod quidem remedium competens maioribus procedit etiam in dote, vt tenet glo. in l. ex causa. §. in dotis. ff. de mino. quam refert, & sequitur Bald. in repet. magna. l. 2. 1. q. C. de rescin. vendi. quæ repetitio communiter non habetur in lecturis, ego habeo in libris reper. & cum Bald. tenet etiam Pantal. Crem. in sue repet. nona ampliatione, & idem vult glo. in l. si res. §. si mulier. ff. de iur. dot. Circa tertium, quòd prædictis iuramentum non obstet, sic ostenditur. Primo, quò ad Iulium vnum ex fratribus, qui tunc erat minor. 14. annis, prout deductum est in positionibus, quibus est respondendum, obiectio cessat; nam
11 † iuramentum pupilli non confirmat contractum, nec eum obligat auc. sacramenta puberum, & ibi omnes. C. si aduers. vend. Bald. in l. pactum quod dotali in prin. C. de colla. cum aliis adductis per Alex. in l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiur. Secundo respondetur, quòd quan-
12 do deducitur læsio enormis, vt in casu isto, tunc † iuramentum non ligat maiorem, & multo minus minorem; nam tunc dolus ex proposito, & re ipsa æquiparantur, vt latè concludit Cur. Iun. consi. 13. Habita diligenti consideratione secundo dub. Et quia ex deductis ibi plene per eum ostenditur hæc esse veritas, longius circa hanc respō
13 sionem non immorabor. Tertio dici potest, quòd † periurus auditur excipiendo. c. dilecti filij. & ibi Anto. de But. in secundo not. de excep. Ant. de But. in c. intelleximus in fi. de iud. Alex. consil. 37. Viso, & optimè discusso. col. 2. versic. Nec obstat, si dicatur, quòd periurus lib. 2. Et dicit Bald. in auct. ei qui iurat in primis verbis. C. de bon. auth. iud. possid. quòd periurus non perdit causam, ꝙ intelligendum est, quando conuenitur iux. dispositionem illius text. Non ignoro tamen quosdam tenuisse contrarium, ideò in præsentiarum non pono istud fun-
14 damentum pro firmo. Quarto respondetur, ꝙ † fuerunt absoluti conuenti à periurio per episcopum, & episcopus potest absoluere à periurio docto de læsione; quia absolutio periurii non est de casibus reseruatis Papæ, ideò in casu præsenti fuerunt absoluti ad effectum agendi, & excipiendi, vt doceri possit de læsione, ne iuramentum sit iniquitatis vinculū, & ita consuetudo obseruat, vt episcopi absoluant à periurio ad prædictum effectum docendi de læsione, quæ si minimè doceatur, absolutio non procedit, decisiones autem, quæ dicunt, quòd periuro nō conceditur absolutio, intelliguntur, quo ad plenam absolutionem causa non existente. Est etiam dicendum, quod quoniam Ferrandus obligauit se ad dotem in minori ætate, & postea vigore d. obligationis confectum est instrumentum eo existente maiore, ꝙ debet attendi tempus obligationis etiam quo ad eum, non autem tempus confecti instrumenti ad effectum consequendi resti-
15 tutionem tanquam læsus; quia † attenditur initium non autem finis, qui venit in consequentiam l. 3. §. scio. ff. de minor. glo. in l. 2. C. si ma. fact. rat. habu. quæ ita limitat illum text. qui videbatur facere in oppositum, & cum d. glos. transit ibi Pau. de Cast. & Salic. Non facio tamen firmum fundamentum super hoc; quia fortasse quo ad ipsum Ferrandum elapsa sunt tempora restitutionis petendæ, de quibus in l. fin. C. de tempo. in integ. restitu.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum, nunquid, & quando inuestito de mero, & mixto imperio sit permissa, & per totum.*

2 *Cōfiscatio bonorum duplex, ordinaria, & extraordinaria.*

3 *Vasallus inuestitus cum mero, & mixto imperio potest bona publicare, siue pœna confiscationis imponatur à lege, siue à principe, siue etiam præter legem, & merum imperium quæsitum sit ex concessione, siue præscriptione.*

4 *Reseruatio alti dominij, & superioritatis, quam facit princeps inuestiens, quæ sub se contineat, & an trahatur ad bonorum publicationem.*

5 *Pœna decreti, uel proclamatis editi à principe, postquam vasallus est inuestitus cum mero, et per quę punit vti delictum, quod antea licebat, & seu maiorem pœnam addit priori, an spectet vasallo.*

6 *Vniuersalis dispositio comprehendit futura augumenta, & accessiones.*

7 *Augumentum intrinsecum venit in simplici dispositione.*

8 *Principis liberalitas nō est restringenda, sed extendenda, vt cōprehendat adiacentia, & accessoria.*

9 *Princeps vbi aliquē inuestit de iurisdictione, videtur*

tur ei merum, & mixtum imperium non tantum simplicem iurisdictionem concessisse.

10 *Filiorum appellatione in inuestituris principũ veniunt omnes descendentes.*

CONSILIVM DCLIX.



1 VOniam alias breuibus dixi, quòd qui habet merum, & mixtum imperium iure † ordinario, seu ex concessione principis, quale habent feudatarij, possunt confiscare bona, nunc fit difficultas ex eo, quod dicitur Bald. Ang. & Sali. tenere oppositum in. l. vnica. C. ne sin. iuſ. prin. Sed pro resolutione considerandum est, quòd prædicti Doctores in loco allegato nō hoc ita dicunt simpliciter, vt præsupponitur, sed volont, ꝙ vbi pœna confiscationis imponitur à lege tacitè, vel expresse, ꝙ tūc quilibet, qui habet merum imperium, possit confiscare bona. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. l. deportatorum. C. de pœ. &. l. qui contra. C. de ince. nu. Sed vbi iudex habet ex officio arbitrium in extraordinariis criminibus. l. 1. §. effractoribus. ff. de effrac, & expila. vel etiã in ordinariis ꝑ accidens. l. hodie. ff. de pœ. & tunc, quia hāc confiscationem facit præter legem, hoc non possit facere nisi sit de summis magistratibus, vel primam habeat potestatem post principem, nisi consulto, & permittente principe, & ita intelligunt. d. l. vnicã. C. ne sin. iuſ. princ. Nos autem sumus in primo capite, vbi contra deferentes archibusios à rota, fuit eius decreto publicato in principalibus locis ꝓuinciæ imposita pœna confiscationis bonorum, ergo potest quilibet feudatarius habēs merum, & mixtum imperium, quũ hoc faciat principis authoritate, & per legem ab eo emanatam. Clarum est autem, ꝙ princeps permittit hanc confiscationem, ergo habens merum imperium potest ea vti, secundum præallegata. Idē voluit Old. consi. 17. Thema tale est quidã clericus col.
2 3. versic. Item attendatur, vbi † inquit, ꝙ interdum confiscatio bonorum est extraordinaria, i. in casu non expresso à iure, sed ex iudicis potestate, & ista cōceditur Illustr. in summa potestate positis, & de hac loquitur. l. vnica. C. ne si. iuſ. prin. Alia est confiscatio ordinaria, idest in casu à lege permisso, vel ex regni cōsuetudine generali, & ista fit per quencunque iudicem habentem merum, & mixtum imperium ratione territorij, & non per alium, quia confiscatio fit ratione iurisdictionis, & iurisdictio territorio adhæret. l. fin. C. vbi & apud quos. Et eisdem penè verbis vtitur Alberi. licet de Oldra. non faciat mentionem in. 3. parte statu. q. 18. Idem etiã tradit Luc. de Pen. in. l. 1. col. 8. versi. Secundo quæritur. C. de priuil. eo. lib. 12. vbi in specie quærit, an concesso mero imperio videatur concessa bonorum confiscatio, & concludit, ꝙ sic; allegat tex. in. l. 3. C. de bon. vac. lib. 10. Item quia æquiparatur habere iurisdictionem in dominio, & in administratione, & translato mero imperio, in administratione intelligitur etiam cōfiscatio transire. l. 1. C. ne sin. iuſ. prin. Itē ex quo castrum est donatarij, ergo & emolumentum confiscationis, quod ex eo procedit, arg. l. solum. §. meũ. ff. de rei vendi. Itē ex quo potestas data est in ꝑsonis, ergo fortius in rebus. l. ex eo C. de agen. in reb. lib. 12. & l. 1. §. 2. C. de impon. lucra. descrip. lib. 10. & concludit idem
3 esse, quando † merum imperium est acquisitum non ex concessione, sed ex præscriptione, vt ibi ipse latè prosequitur. Hoc etiam est de mente Iac. Alua. in. §. siquis aliquem. col. 2. versic. Nota, ꝙ condemnationes de pac. ten. vbi inquit, quòd vbi ex iurisdictione, vel consuetudine per principem approbata, bona confiscata spectant ad Comitem, vel Baronem, tunc fiscus principis se non impedit. Et hanc opinionem, quòd vbi confiscatio imposita est à lege, possit quilibet habens merum imperium confiscare, tenet etiam Ang. de Are. in tracta. malefi. super gloss. & eius bona publicamus, versic. Quæro quis iudicum possit, Iaſ. consi. 46. Pro fisco regio lib. 3. Paris de Put. in tracta. de sindic. sub titu. de exceſ. baro. fol. 5. Cepo. consi. 17. Visa commissione col. 6. versi. Sed pro huius dubii declaratione. Præterea, ꝙ inuestiti cum mero, & mixto imperio possint publicare bona, voluit Iaco. de S. Geor. in sua inuesti. verb. cũ mero, & mixto impe. & in tracta. de Roidis col. 3. vbi refert Rapha. Fulg. ita consuluisse. Alex. consi. 13. Consideratis his quæ in themate col. 3. versi. Sexto præsuppono lib. 6. Albe. Bru. consil. 31. in causa D. priochæ. 2. dub. Modernus doctor Aegi. Boſ. in tracta. de pœn. & in tracta. de publica. bono. & Soci. Iun. consi. 76. Stantibus pluribus instrumentis col. fin. lib. 3. quod consi. adduxit præstantissimus Rolandus collega noster. Has autem authoritates cumulaui præter morem meum; quia non soleo talibus insistere, nam illud vnicum fundamentum sufficit, quòd habēs merum imperium potest bona publicare, vbi publicatio à lege est imposita, vel à principe, q est lex animata in terris, vt in auc. de cōsul. in prin. & not. in. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudic. Præterea si præses prouinciæ, qui habet iurisdictionem temporalem, & exercet iurisdictionem alieno nomine, & princeps potest eum quandocunque reuocare, & causas ab eo transferre. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. potest publicare bona, vbi publicatio à lege est imposita, l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. l. deportatorum. C. de pœn. quanto magis id poterit feudatarius, qui perpetuam habet iurisdictionem, & in quem vtile dominium fuit translatum, c. 1. §. 1. de inuest. de re alie. fac. & ideò non alieno, sed suo nomine exercet iurisdictionem, nec ab eo potest auelli, nisi conuicta sit culpa c. 1. de natu. feu. Et in primis causis subditorum princeps non potest eo inuito se intromittere, iux. vulgatam decisio. Bald. in. l. 1. 43. q. ff. de rer. diuiſ. Amplius dico, quod etiam feudatarius potest imponere pœnam confiscationis etiam præter legem grauitatę delicti sic exigente, quam quidem confiscationem Docto. extraordinariam vocant, vt patet ex superius allegatis, nam si id potest præses prouinciæ, & alij magistratus qui sunt Illustriss. & clarissimi, ac spectabiles, vt glo. dicit in. d. l. vnica. C. ne si. iuſ. prin. tanto magis id poterit feudatarius, qui habet iura cessa à principe, & vtile iurisdictionis dominium, & quodammodo procurator est in rem suam iuxta ea, quæ proximè dixi. Sed quid opus est ire per ambages, quum, in inuestitura, quam meruit obtinere præstantissimus Iurisc. D. Henricus Natta auus meus, fuerit nominatim inuestitus cum omnibus confiscationibus, pœnis, & mulctis ordinariis, & extraordinariis; & sic patet apertè, ꝙ ipsi D. inuestiti descendentes ex d. Hērico possunt confiscare bona, non solum vbi à lege confiscatio permittitur, sed etiam præter legem ex officio, & arbitrio, quum concessæ sibi fuerint confiscationes ordinariæ, & extraordinariæ. Ad quod bene facit, quòd scribit Rom. consi. 59. Ad discutiendum veritatem 2. dubio, vbi consuluit, quòd ex eo solo, quod Papa constituit Vicarium suum in terris ecclesiæ, potest ipse mulctare aliquem in publicatione bonorum; quia est imago principis, vt ipse latius prosequitur, & illud consilium Roma. valde extollit Cępo. in præallegato consil. 17. col. 5. Non obstat modo, quod scribit Bald. in. l. fina. ff. de offic. præfect. vig. vbi inquit, ꝙ publicatio bonorum est meri imperij, & qđ princeps nemini nisi verbis specialibus concedere consueuit. d. l. 1. C. ne si. iuſ. prin. Quia respondetur, ꝙ in casu nostro id specialibus verbis fuit concessum, dum feudatarium inuestiuit cum mero imperio. Immo in inuestituris Dominorum Tongi est expressum de confiscationibus tam ordinariis, quam extraordinariis. Reprobatur autem ibi Bald. dum in præcedentibus verbis vult, ꝙ si princeps inuestiat aliquem de castro, reseruato sibi mero imperio, non poterit habere pœnas pecuniarias, quia imo illas etiam consequetur, quoniam pœnæ pecuniariæ sunt etiam de mero imperio, vt per Iaſ. qui reprobat Bald. ibi in. l. imperium. col. 5. versic. Circa quartam partem. ff. de iurisd. omn. iud. Non † obstat id quod
4 Boſ. dicit, ꝙ confiscatio sit maioris domini, quando sibi reseruauit ius maioris dominij, adducit ad hoc Marti. Lau. & Prępo. in. c. 1. colũm. fina. versic. Ex qua doctrina, qual. vasal. iura. debe. fidel. qui Doctores loquuntur in diuersis terminis, adducit etiam Gui. pap. in quondam suo consi. quod nondum reperi. Veritas est ista, ꝙ quando princeps inuestiens reseruat sibi altum dominium, & superioritatem, prout se habet consuetudo in præsenti dominio, tunc non veniunt ea, quæ soli principi competunt in signum supremæ potestatis, quale est restituere ad famam, rescindere rem iudicatam, creare tabelliones, imponere collectas, & similia; hæc enim etiam si non fuerint reseruata, tamen non intelliguntur translata in vasallum, nisi expresse, & nominatim de eis actum sit, c. quod translationem. de offic. lega. c. sicut vnire. de exceſ.

excel. praela. Sed publicatio bonorum non est de his, quæ soli principi competunt in signum supremæ potestatis, quod patet; quia eam princeps communicat inferioribus potestatibus, vt patet in.d.l.1.C.ne fi. iuf.prin. Et propterea reseruatio alti dominij quo ad publicationem bonorum non operatur, quominus in vasallum sit translata, quum veniat sub appellatione meri imperij, vel regalium concessorum, vt superius latè fuit deductum.
5 Postremo posset dubitari, vtrum † si postquam vasallus inuestitus est, princeps faceret proclama, vel decretum puniens vti delictum, quod antea licebat, vel maiorem pœnam addens priori, eo in casu vbi committeretur delictum illud per subditum feudatarii, possit iudex feudatarij cognoscere, & ibi applicare pœnam? hanc q. decidit Bos. in loco præallegato, & concludit, ꝙ cognitio huius criminis, & pœna spectat ad vasallum, ex quo in hunc feudatarium translatum fuit merum, & mixtum imperium, & sic omnes pœnæ debent ei applicari, quæ sunt fructus iurisdictionis, iux. not. in.l. fin. ff. solu. mat. sicut etiam cognitio ad eum spectat, & adducit etiam; quia quicquid plantatur, cedit solo. §. & ex diuerso Instit. de rer. diuis. & ideò etiam, quod seminat princeps in mero imperio, & iurisdictione alterius, est domini iurisdictionis. Sed † melius adhuc facit, vltra eum, ꝙ vbi
6 aliquid disponitur per verba vniuersalia capiendo nomen vniuersale, prout accipitur in hac materia, videlicet plura sub se complectens collectiuè, vt est in casu isto merum imperium, quod habet sub se plures gradus pœnarum, & plures species delictorum, tunc sub huiusmodi dispositione veniunt futura augumenta, & accessiones. l. peculium. ff. de leg. 2. l. grege. ff. de leg. 1. l. pē. ff. de fun. instruc. c. quia circa, &. c. cum capella. de priuileg. tradit Bar. in. l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. colum. 2. versic. Est videndum quando oratio. & in. l. fin. §. qui indiuisam, prima oppo. ff. de lega. 2. Angel. in. l. si seruitus. colum. 4. versic. Vltimo restat videre. ff. de seru. vrb. præd. & optima decisio Ioan. And. in addit. Specul. in rub. de treg. & pac. iuxta fi. vbi ponit de duabus ciuitatibus, quæ inter se fecerunt pacem pœna vallatam pro se, & suis subditis, vt extendatur pax ad villam, quæ post factam pacem alteri d. ciuitatum se submisit, & refert Guid. de Suz. dixisse ita fuisse iudicatum. Præterea, vbi tantum pœna augetur, res est extra omnem aleam dubitationis; quia tunc
7 † augumentum est intrinsecum. i. intra rem, & tunc id venit in simplici dispositione, Ang. in. l. si seruitus, col. 3. versic. conclude, ꝙ quandoq;. ff. de serui. vrba. prædi. & Sal. in. l. nō modus circa fi. C. de serui. & aq. vbi ponit q. de ponte. Postremo considerandū est, ꝙ nos non sumus in contractibus stricti iuris, in quibus nō veniūt certæ rei adiecta. l. in lege. & l. Rutilia Pola. ff. de contra. emp. Sed
8 in inuestitura, quæ † fit ex liberalitate; vñ nō conuenit liberalitatē principis restringere, sed extendere, vt comprehendat ēt adiacentia, & accessoria. l. si qñ. l. 1. C. de bo. vacan. lib. 10. Et constat bñficia principum latissimam recipere interpretationem. l. fi. ff. de consti. prin. l. vnica. C. si so. impera. liber. lib. 12. quod procedit ēt in feudalibus.
9 Hinc videmus, ꝙ si † princeps inuestit aliquem de iurisdictione, videtur concessisse merum, & mixtū imperium, non simplicem tm̄ iurisdictionem, vt determinat Io. And. in addit. Spec. in tit. de iurisd. om. iudi. in addit. Incipiente Vidisti duas. Oldra. consi. 252. Ad quæstionem, qua quæritur, versi. mihi aūt Bal. in. d. l. fin. col. 2. versic. Item noto, ꝙ si princeps. in prima lec. ff. de constit. prin. Abb. in. c. quod sedes, & ibi Feli. latè de offi. ordi. Et quamuis Ias. in. d. l. imperium col. 5. ff. de iurisd. omn. iud. teneat contrariū; tñ eius fundamentis rñdet Dec. ibi, qui testatur hanc cōmunem esse sniam. Videmus etiam, ꝙ si princeps inuestit aliquem pro se, & filiis, veniunt oēs descendentes appellatione filiorum, secundū latissimam interpretationē Bal. in. c. quæ in ecclesiarū col. pen. versi. Sed pone concessum est alicui feudum de constit. quem sequitur Alex. in. l. Gallus. §. instituens. col. fin. ff. de libe. & posthu. & consi. 17. ponderatis his, quæ in themate col. 1. lib. 5. & Ias. latè in. l. de quibus. col. 5. ff. de. ll.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta sub conditione mortis, plura tempora complectens, & tractum habens successiuum dicitur compendiosa.*

2 *Pater, licet sit legitimus administrator filiorum, non potest eorum bona alienare, etiam quòd in eis habeat vsumfructum.*

3 *Alimenta, vbi legata sunt pro se, & liberis alicui, non potest pater etiam expreßè in filiorum præiudicium renunciare, & ita legatum repudiare.*

4 *Feudo quæsito pro se, & filijs non potest pater in filiorum præiudicium renunciare, idem diuidendo bona per fideicommißum illis debita ex persona ipsius grauati.*

5 *Fideicommißum vniuersale, vitiato testamento ex causa præteritionis conseruatur per auc. ex causa C. de libe. præter.*

6 *Dispositio auc. ex causa. C. de libe. prēter. habet etiā locum in posthumo.*

7 *Filiorū appellatione cōprehenditur ēt posthumus.*

CONSILIVM DCLX.



Nobiles Matthæus, & Petrus de Rolia Cherienses nōdum coniugati eodē anno mense, & die, in eodem loco, & præsentibus eisdem testibus duo condiderunt testamentum, & Petrus quidem instituit suum hæredem vniuersalem Matthæum fratrem, & eo præmortuo substituit filios masculos eiusdem Matthęi, & eodem modo testandi vsus est d. Matthæus erga Petrū, & eius filios masculos. Deinde quum vxores accepissent, Petrus reliqt moriens Bernardinā filiam, Matthæus aūt habens duos filios masculos Aluisium, & Andream confecit diuisionē omnium bonorum cum tutore Bernardinæ iudicis decreto interueniente cum clausulis opportunis contentis in instrumento exhibito. Vlterius iste Matthæus, quum creditores Petri cępissent post diuisionem bona quædam ex ipsis bonis diuisis, & peruentis ad d. Bernardinam iudicio contra eā actitato, emit postea à d. creditoribus alia ex bonis prædictis. Et Bernardina possedit bona restantia viuente Matthæo per annos octo, & etiam nunc possident eius hæredes, Mortuo Matthæo, Aluisius, & Andreas eius filij agunt cōtra Bernardinam ad restitutionē fideicommissi. Ipsa autem opponit per diuisionem, & emptionem rerum fideicommisso subiectarum fideicommissum esse remissum. Nunc quæritur, vtrum possint d. fratres ius habere in d. bonis non obstante d. diuisione, & emptione; præsertim quum sint hæredes d. eorum patris.

Viso themate antescripto, & testamento, & diuisione, & aliis ibidem relatis sentio d. Aluisiū, & Andream posse agere ad restitutionem fideicommissi contra d. Bernardinam, seu eius hæredes; nam d. Petrus instituit in euius vltimo testamento d. Matthæum eius fratrem, & eo
1 præmortuo † substituit eiusdem Matthæi filios masculos, quæ quidem substitutio est compendiosa, quoniam facta est sub conditione mortis, & plura complectitur tēpora, & habet tractum successiuum; quia semper quis mori potest, & ita Bart. declarat in. l. centurio. colum. 3. versi. Ad primam dico. ff. de vulg. & pupil. Pau. de Castr. & Alex. in. l. testamento. per gloss. ibi. C. de testa. mili. Quod comprobatur, nam si dictum fuisset, quandocunque decesserit, esset proculdubio compendiosa, quia plura complectitur tempora, ergo idem dicendum est, si simpliciter dictum fuisset, si decesserit, nam indefinita æquipollet vniuersali. l. si seruus. ff. de serui. vrba. prædio. l. si pluribus. ff. de leg. 2. & isto casu resoluitur in fideicommissariam; quia contingit in persona puberis, post aditam hęreditatem Petri per d. Bernardinam. c. Raynutius. de testa. l. præcibus. C. de impub. & ita declarat Bart. in d. l. centurio. col. 11. versic. Quæro vtrum substitutio cōpendiosa, & facta est substitutio per verbum commune substitutio aptū fideicommissariæ substitutioni. l. iā hoc iure. & ibi Bart. & alii. ff. de vulga. & pupil. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substi. glo. in. l. præcibus. C. de impu. & in. §. extraneo. Instit. de pup. subst. Ex pdictis ergo concluditur, quòd sibi competit actio ex testamento contra hæredes d. Bernardinæ ad restitutionem fidei-

commissi faciendum re, vel verbo iux.l.1.in prin.&.l.fa cta.&.l.restituta.ff.a Trebel. detractis tamen detrahendis, de quibus habetur latè per Scrib. in.l.Marcellus.§. res quæ.ff.ad Trebel. Supfluo autem quæri videtur, nunquid per diuisionem postea secutam inter d. Matthæum rerũ fideicõmisso subiectarũ à creditoribus hæreditariis molestari possit; quia nullũ fideicommissum fuit, & erat debitũ d. Mathæo ex testamento Petri, sed debitũ tm̃ filiis
2 masculis d. Matthæi, & pater, † licet sit legitimus administrator non potest alienare bona filiorum etiam in bonis, in quibus haberet vsumfructum.l.1.C.de bon.mat. l.quæcunq;.C.de bon.quæ libe. &.l.fin.§. ipsum autem.
3 C.eo.tit. Ad quod † facit, ꝙ Alex.scribit consi.178. Videretur forsan ad consultationem col.2.versic. Denique data lib.6.vbi voluit, ꝙ si alicui legata sint alimenta pro se, & liberis non possit pater etiam expresse id agendo repudiare legatum alimentorum in præiudicium filiorum l.si arrogator.ff.de adop.c.filij nati si de feu. fue.contro l.si vnus.§. ante omnia.ff. de pac. &.l.transactione. C.de transac. Et quod in specie notat glo. in.l.pactum quod dotali.C.de colla.& pulchrè Dyn.Ang. & Bal.in.l.apud
4 Iulianum.§. si quis alicui.ff.de leg.1. vbi dicunt, ꝙ † si pater acquisiuit feudum pro se, & filiis, non potest pater in preiudicium filiorum renunciare feudo, de quo etiam per Bal.in.l.qui se patris. col.9.C.vnde libe. & in.l.si in personam.C.de fideicom. Non obstat modo, ꝙ Aluisius, & Andreas sint hæredes Matthæi, & hæres non potest contrauenire facto defuncti.l.cum à matre. C.de rei vendi. l.vendicantem.ff.de euic. l. venditrici.C.de re. alie. non alien.&.l.si creditoribus.C.de ser.pigno.dat.manu.nam iste facit eandem personam cum defuncto, vt in auc. de iureiu.à mor.præst.in prin. Quia respondetur, ꝙ istud ꝓcederet, vbi fideicõmissum fuisset debitum ipsi Matthæo, & per eum fuisset remissum, qđ non contingit in casu nostro, nam vt dictum est superius, non fuit remissum; quia ipsi non debebatur, & nõ cadit liberatio, vbi non præcessit obligatio, vt est tex.in.l.decem.ff.de verb.oblig.Et ad idem etiam bene facit tex. in.l.remittit.ff.de iureiu. & in l.1.§.1.ff.de remis. Et ideò non est necessarium attingere, an hæres possit contrauenire facto defuncti, vbi aliquid conceditur sibi ab altero ex persona sua, quia in casu proposito nullum est factum defuncti, ꝙ ipsis hæredibus possit præiudicare. Vltimo difficultatem facit contra d. Aluisium, & Andream; quia pro parte d. Bernardinæ allegatur, ꝙ ipsa nata fuit viuo d. Petro post testamẽtum conditum, & sic posthuma fuit.l.3.§.1.ff.de iniust.rup.te-
5 sta. & † posthumus præteritus testamentum rumpit, ita vt res adducatur ad causam intestati. l.1.&. 2. & per totum.C.de posthu. hæred. instit. vel exhered.§. posthumi autem Instit.de exhære.libe. Sed huic difficultati respondetur, quòd dato, ꝙ ex causa d. præteritionis testamentũ sit nullum, tamen fideicommissum vniuersale, de quo agitur, conseruatur per auc. ex causa, C.de libe.præte. vbi dicitur, quòd vitiato testamento ex causa præteritionis cetera firma permanent, & Bart. ibi in fideicommisso vniuersali hoc expressè tenet, in col.9.versic. Si vero quæris de substitutione, & idem glos.in.l.ita tamen.§. quoties in verbo debet.ff.ad Trebel. & in.l.eam quam in verbo traditur.C.de fideico.& probatur in.§.fin.versi.hæc omnia.vt cum de appel.cogno. vbi text. expressè dicit de fideicommissis, quæ conseruantur, facit tex.in.l.si seruum. §. institutus.ff.si quis omis.cau.testa. Et hoc idem sequitur Bal.in.l.1.C.de inoffi.testa.cum simil.& tradit Alex. in d.auc. ex causa col.11. vbi dicit, ꝙ ista est communis opinio, & sequtur excell. Doctor inter modernos Philip. Dec. cons.86. Viso puncto col. 2.vbi subdit etiam istud procedere in substitutione paterna, secundum Alex.post alios in d. auc. ex causa. Nec dicatur, quòd dispositio
6 d.auc. loquẽs in dispositione filij iam nati, non habet locum in posthumo; quia communis conclusio habet se in
7 contrarium; attento, † quòd appellatione filiorum comprehenditur regulariter posthumus.l.etiam.&.l.nomen filiarum, in princ.ff.de verb.signi. l.si quis filiabus.ff.de testam.tut.& quia æquiparantur posthumus, & iam natus.l.maximum vitium in fin.C.de libe.præte. Et ita tenet Bar.in d.auc.ex causa; & ita sequitur Alex.ibi col.12. versic. Quæritur etiã, & Bart.in.l.filio præterito.2.q.ff. de iniust.rup. testa.quod proculdubio procedit in testatore, qui sciẽter præterit posthumum, prout in casu isto, in quo præsupponitur, ꝙ superuixit longo tempore post testamentum sciens se habere filiam, & potuit mutare testamentum. Quid autem sit, si ignorãter præteriisset ignorans se habere filiam, articulus esset disputabilis, vt patet ex latè dictis per eundem. Alex. in d.auc.ex causa col.9. versic. iuxta hoc est videndum, & ibi etiam diffusè per Ias. posset etiam fieri fundamentum super clausula codicillari, de qua latè tangunt omnes in d.auc.ex causa. Tamen superius fundamentum ad sustinendum voluntatẽ d.Petri. Videtur mihi tutius, nam clausula codicillaris in testamento d.Petri non est extensè posita, & pars aduersa negabit eam venire sub illis verbis. Et hanc, &c. nisi constet fortasse de consuetudine notarij soliti ponere sub tali imbreuiatura clausulam codicillarem. Plura scribere potuissem, nisi breuitati studendum putassem. Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vectigalia instituere, & exigere nemo potest inferior supremo principe. limita, vt nu.10. Fallit etiam, vt nu.12.*

2 *Sal emere, & vendere, quum salinæ sint de regalibus, nemo potest sine consensu supremi principis.*

3 *Dux, Marchio, et Comes ꝓfecto prætorio adæquãtur, & num possit statuere contra ius commune; & exercere reseruata supremo principi in signum singularis potestatis. vide in nu.7.*

4 *Duces, Marchiones, & Comites inferiores supremo principe, nunquid possint committere causam cognoscendam summariè, & de plano; & vti clausula non obstante, & an ad famam restituere, & spurium instituere, vide sub nu.12.*

5 *Dispositioni.l.hac edictali.C.de secun. nup. non derogat inferior à supremo principe.*

6 *Statuta Ducum, Marchionum, & Comitum, ac Episcoporum iuri cõi contraria, an teneãt, et eorũ statuta, an dicantur esse ius ciuile, vel prætorium.*

7 *Principi reseruata, non veniunt in generali concessione nisi expressè, & specialiter fuerint concessa, etiam si aliter actus expediri non posset, quod intellige, vt sub nu.23.*

8 *Pedagium exigere nõ possunt habentes iurisdictionem in loco; nisi ex concessione Imperatorum, Regum, & Pontificum.*

9 *Possessio, seu quasi in iuribus incorporalibus, an quæratur ex vnico actu.*

11 *Regalia, & alia principi reseruata in infeudatione vniuersi territorij alicuius ciuitatis, vel castri cũ mero, & mixto imperio alienari possunt; sicuti alienãtur subditi, qui separatim alienari neq̃unt.*

12 *Vectigalia consueta exigi non sunt de reseruatis principi, & inuestitus de maximo mero imperio, nedum ea exigere, sed etiam noua instituere potest, & num.14.*

13 *Imperij meri maximi est habere potestatem condendi legem generalem, legitimandi, restituendi ad famam, creandi tabelliones, & exercendi omnia ea, quæ principi sunt reseruata.*

15 *Actus geminatio, & multiplicatio ostendit magis deliberatam voluntatem, & sæpius actui inualido tribuit robur.*

16 *Rex etiam simpliciter creatus, habet omnia regalia ex quo à rege dominari videntur, & eo ipso qđ intitulatur rex habet supremã potestatem in subditos, quamuis regnum teneat ab alio rege.*

17 *Regalia vt quis possit exercere, sufficit, quod ei specialiter*

cialiter sint conceßa regalia, etiam quod non sit facta enumeratio singulorum, de quibus in.c.1. quæ sint.rega.

18 *Vicarius perpetuus translatus in Duce, Marchione, et Comite operatur, vt huiusmodi sic creati habeant iura imperialia, & sic idem possint in eorũ territorio, qđ Imperator in vniuerso.*

19 *Duces respectu subditorum habent iurisdictionem, & directum dominium in toto territorio, & respectu inuestientis eos de ducatu, habent tantũ dominium vtile.*

20 *Reseruatio operatur, vt nihil aliud in concessione videatur exceptum.*

21 *Salinarum reditus, sicuti alij fructus iurisdictionis spectant ad eum, cui concessum est merum imperium, & sic iurisdictio.*

22 *Princeps concedendo alicui castrum cum mero imperio, videtur etiam iura exituræ, quasdam gabellas, aurifodina, & argenti concessisse.*

23 *Expreßum aliquid eße dicitur tribus modis.*

24 *Feudalis contractus, vel quòd feudo assimulatur, nunquid fructus regalium comprehendat, etiam si expreßa non fuerint vectigalia, & regalia.*

25 *Præscriptio vectigalium, & aliorum iurium incorporalium non procedit ex actuum sola quasi possessione; nisi pbata scientia, et patiẽtia aduersarij.*

26 *Præpositio, in, apposita in aliquem incertum futurum euentum, vbi deseruit accusatiuo, vel ablatiuo, stat conditionaliter.*

27 *Dictio, in, quando respicit futurum euentum, inducit conditionem.*

28 *Cõcessio, vbi dubitatur an sit realis, vel personalis, recurritur ad obseruantiam subsecutam; quia si fuerit seruata, & possessa vt realis, præsumitur realis.*

29 *Tolerantia præcedentium principũ, seu Pontificum declarationem præcedentis voluntatis inducit.*

CONSILIVM DCLXI.



IN controuersia vertente inter cameram Apostolicam ex vna, & Illustrissimum Alphonsum Ferrariæ Ducem ex altera super transitu salis. Viso puncto, & his, quæ in themate narrantur, nec non perspectis iurium allegationibus exhibitis, & omnibus diligenter consideratis. Requisitus, vt quid pro veritate sentiam aperire velim, teneo Illustrissimum Ferrariæ Ducem iustiores fouere partes; & quia amplissimè, & eruditissimè allegatum est per D. Aduocatos prædicti Illustrissimi Ducis, ideò non tangam nisi ea, in quibus dubitatio cõsistere videtur. Videndum est igitur de duobus. Primo, vtrum præfato Illustrissi. Duci competat transitus salis, & per consequens vectigal, quod ex eo percipitur. Secundo, an præfato Illustrissimo Duci obstet capitulum decimum positum in inuestitura Adriani sexti summi Pontificis. Circa primum dubium, videtur prima consideratione dicendum, quòd soli summo Pontifici, seu eius sedis Apostolicæ cameræ competat transitus salis, pro
1 quo vectigal exigitur, nam † nemo potest vectigalia instituere, & exigere, nisi solus supremus princeps, inferioribus autem à principe hoc ius non conceditur, quũ istud sit de maximo imperio.l.vectigalia, vbi Salic. ita expressè not.C.nou. vecti. institu. non pos. Ad idem text.in.l. non solent.&.l.fin.C.eo.tit.&.l.vectigalia.ff.de publica. & in.c.innouamus, & ibi Doct. de censib. Specul. in tit. de cau.posse.& proprie.§.1.versi. Quid de colligentibus Hostien.in sum.de censib.§.ex quibus causis. col.2.versi.
2 exactiones autem pedagiorum, & in specie, quòd † salinæ, & earum redditus spectent ad supremum principem, ita quòd nemo possit sal emere, vel vendere sine eius cõsensu, & sint de regalibus, probatur in.c.1.quæ sint rega. & in.c.quibusdam.§.præterea de verbo.signifi.vbi Inno. & Io.And.hoc not. & in.l.inter publica.§.1.ff.de verbo. signific. & in.l.si quis.C.de vectig. & commis.l.sed & hi qui.ff.de publica. Nec aliquid iuuat Illustrissimum Alphonsum, quòd Summi olim Pontifices erexerint Ferrariam in ducatum, & maiores sui fuerint creati Duces,
3 & sic ipse habeat Ducalem dignitatem; quia † videtur, quòd Duces, Marchiones, & Comites non possint exercere reseruata supremo principi in signum singularis eius potestatis. Isti enim æquiparantur præfecto prætorio, qui legibus subiacet, nec potest contra iura communia statuere.l.formam.C.de offic.præfec.præto. c.inferior de maio.& obe. clemen. ne Romani.de elec. glos. in.c.fina. in verbo figura de hæret.in.6.& in clemen. sæpè in princip.in verbo mandamus de verbor. signifi. hoc etiam not. tradit Bald.in.l.omnes populi.colum.4.versicul. Sed hic dubitatur.ff.de iusti. & iu. dicens, quòd inferior à principe si statutum edat derogatorium ad ius commune, non valet duplici ratione. Primo, ratione statuentis, quia inferior est. Item ratione statuti; quia non iustum, & bonum, ex quo est iuri communi contrarium.l.quòd nõ ratione.ff.de.ll.l.ambitiosa.ff. de decreto ab ordin.fac.nisi forte fiat ex euidenti, & necessaria causa.l.si hominem.ff.manda. & videtur hoc etiam esse de mente Barto. in.d.l.omnes populi.4.q.1.q. princip. dum inquit, quod qui habent dignitatem perpetuam, vt Comites, & Marchiones in eorum terris; & episcopi in eorum diocesibus possunt condere statuta.c.2.de maio. & obedien. Ecce ꝙ Bar.ibi ęquiparat in condendis statutis Comites, & Marchiones episcopis, & tamen episcopi non possunt statuere contra ius commune.c.quod su-
4 per his.de maior.& obedien. Istud † apertè tenet Abba. consi.62. In causa, & quæstione, quæ ad presens vertitur, vbi loquens de dominis de Malatesta, qui dominabantur Arimini, dicit, quod non poterant committere causam cognoscendam summariè, simpliciter, & de plano; quia recognoscebant superiorem. Idem tenet Petr. de Ancha. consil.331. Visis diligenter actis colum.3.versic. Non obstat restauratio. dicens, quòd D. Veronæ non potuit quendam restituere ad famam; quia est de casibus principi reseruatis.l.1.§.de qua re.ff.de postul. Hinc etiam Alber. de Rosa.in.l.quotiens.C.de præci. impe. offer. loquens de Pandulpho, qui tenebat imperium Bergomi, dicit eum, & similes principes non posse vti clausula non obstante, Sequitur Ias.in.l.rescripta.C.eod. tit. Accedat etiam, quod scribit Bald.consi.248.Quæritur vtrum donatio lib.1.vbi loquens de mag. D. Bernabone Domino Mediolani, dicit eum filium spuriũ instituere non posse,
5 Et † de Marchione Montisferrati, quod non possit derogare.l.hac edictali, C.de secun.nup. quia æquiparatur præfecto prætorio; tenet Paul. de Cast. consil.369. Præsupposito, quòd præfatum decretum colum.2.versicu. Item procederet lib.2. Et consentit etiam cum prædictis idem Pau.de Cast.consi.20. Visis, & ponderatis omnibus supra narratis negotium istud, secundo dubio, lib.2.vbi
6 verba † faciẽs de quodam D. Malatesta domino Pesauri, & quærens vtrum potuerit facere quædam capitula cum hæbreis super vsuris, concludit, ꝙ non, quia d. capitula aduersabantur iuri communi, & ipse æquiparatur præfecto prætoris, sicuti episcopi, vel legati de latere, iux.not. per Bart.in.l.6.ff.de verbo.oblig.& per Bald.in rubr.C. qui admi.colum.pen. & tales non possunt facere leges, vel statuta, vel pragmaticas sanctiones contra dispositionem iuris communis, clem. ne Romani de elec. Eandem sententiam sequitur Alex.in.d.l.5.colum.pen. de verbo. oblig. vbi tangens quæstionem, vtrum statuta Ducum, Comitum, Marchionum dicantur esse ius ciuile, vel prætorium; tandem relatis opinionibus concludit, quòd aut recognoscunt superiorem, & æquiparantur præsidi, vel magistratui, vt est glo. not.in.c.1.in verbo obseruetur, si de inuesti.int. Do.& vas.lis oria. Aut non recognoscunt, & tunc habentur loco principis, vt not. Bart.in.l hostes. ff.de cap.& in.l.relegati.ff.de pœnis. cum alijs concord. Et hæc distinctio fuit secundum eum de mente Io. And. in addi. Spec.in titu.de instru.edit.§.porrò in additione incipien. hæc institutio, & hanc eandem distinctionem facit etiam ibi Aret. Demum plures moderni sunt in eadem sententia Socin.consi.262.Non prosequendo ordinem

dinem colum.4. versi. Quarto principaliter lib.2.Corn. consi.200. Videtur prima facie lib.1. Fel.in.c.quæ in ecclesiarum colum.14.de constit. & nouissimè Franc. Ripa
7 in.l.centurio.ff.de vulga. & pupil. Vlterius † reseruata principi in generali concessione non veniunt, nisi fuerint expressa, & specialiter.c.quod translationem. de offi. lega.c.cum in generali. de offic. vica. in. 6.l.1.ff. de offic. eius.l.Pomponius. &.l.mandato.ff.de procu.non enim verisimile est, quod talia in specie fuissent concessa,ergo in generali sermone non includuntur.l.obligatione generali.ff.de pignor.l.1.quæ res pigno. oblig. pos.l.qui peculii.ff.de pac. quod procedit etiam, si aliter actus expediri non potest; quia ne tum quidem reseruata principi concessa videntur, vt Abba.not.in.c.prudentiam.§.sexta. per illum text.de offi. deleg. & prædicta sunt de mente Bal.in.l.2.col.fin.versic.secūdo quæro.C.de peda. iudi. vult hoc etiam Albe. de Rosa.in.l.fin.in fin. ff. de iurisd. omn. iud.vbi inquit, ꝙ si si rex dedit alicui castrum cum omni iure, quod ibi habebat, videtur concessisse ius tantum, quod habebat sicut Dominus Castri, non autem quod sibi competebat vt regi, & sic ius regium censetur exceptum ; quia non est verisimile, quòd illud in specie fuisset concessurus. Ad idem etiam facit, quod Bal. scribit in.l.à procuratore. C.manda. vbi ponit quæstionem de Barone, qui vendidit aliqua prædia, & omnia iura, quæ ibi habebat, ꝙ non videtur propterea vendidisse per illam dictionem vniuersalem, omnia iura, ius colligendi pedagium, item nec merum,& mixtum imperium,qđ ibi habebat, iux.not.per Inno.in.c.ex literis.de iure patr. & istam decisionem Bald. sequitur Alex. in.l.3.in prin. colum.penul.ff.de acqui.posse. & dicit etiam Bald.consil.243. Ius percipiendi lib.5.quòd pedagia, & alia quæ sunt reseruata, & quæ nemini concedi consueuerunt; sed apud fiscum retineri, nō veniunt in generali cōcessione, nec in quibuscunque verbis indefinitis, à tali enim concessione indefinita huiusmodi honorificentiæ intelliguntur exceptuatæ.l.alumnos.C.quæ res pigno.obliga.pos. & ibi Bald. concludit, quòd qui habet iurisdictionem in territorio, non ob hoc potest à transeuntibus colligere pedagium, ratione, de qua ibi per eum. Vlterius videtur, quòd non sit opus insistere, quum in terminis nostris sit casus expressus in.d.c. super quibusdam .§. præterea. de verbo. signifi. vbi legatus de latere interdixit Comiti Tolosano, qui profecto magnus erat Comes, pedagia, guidagia, & salinaria, & illud interdictum ibi approbat
8 Summus Pontifex, nisi ab Imperatorum, vel † Regum, vel Lateranensis concilij largitione cōcessa fuissent; nam quod ibi dicitur de largitione regum, intelligitur de largitione regum Romanorum, secundum, Hostien.in summa.in tit.de censi.§.ex quibus causis.colum.2.versi.exactiones autem, vel de regibus liberis, vt per Bald.consil. 243. Ius percipiendi libr.5. Postremo dicitur, quod
9 † camera exegit aliquando pedagium.d.transitus salis, vt constat ex libris publicanorum, & per vnicum actum in huiusmodi iuribus incorporalibus acquiritur quasi possessio, & multo magis si exegit à pluribus, vt not. Feder. de Sen. consil.224. Super primo puncto. 2.dub. vbi concludit, quòd ex vnica præsentatione quis dicitur esse in quasi possessione præsentandi, & idem tradit Oldr. consi.312. Thema quæstionis est tale, ad reges Romanorum, in fin. & ex collatione semel facta acquiritur quasi possessio conferendi, And. de Iser. in.c. 1. colum. fin. versicu. sed an sufficiat. de contro. feu. apud pa: termi. tradit Bar.in.l.1.C.de serui & aq. & in.l.1.§. si quis hoc interdicto.ff.de iti.actuq; pri.tradit Ang.Aret.in.§.æquè si agat.colum.fin.versic. Quæro quādo dicatur quis esse, Instit.de actio. Ergo videtur, quòd camera debet tueri in eius quasi possessione.c.quærelam.de elec.Et ista sunt, quibus aduocati cameræ videntur insistere, vt ex scripturis transmissis colligere datur.

Quibus tamen non obstantibus, quæ verè non obstāt,
10 contraria sententia est de iure verior, † nam certum est, quòd Summus Pontifex, & Imperator, & alij Reges liberi possunt alteri concedere regalia, modo constet de eorum voluntate.c.quod translationem. de offi. lega.d. c.super quibusdam.§. præterea. de verbo. signifi. ponit Bart.in.l.prohibere.§. planè.ff.quod vi aut clam. quod
11 maximè procedit, quando † infeudatur vniuersum territorium alicuius ciuitatis, seu castri cum mero, & mixto imperio, quia tunc regalia, & alia reseruata principi alienari possunt, sicut etiam tunc alienātur subditi, qui alias separatim alienari nōn poterant.c.1.§.ex eadem lege de leg.Conra. & est communis sententia, vt per Alex.in.l. 2.in prin.col.pen.ff.solu.matr. & consi.25.Attentis narratis in themate colum. pen.lib.5. Roma.consi.26. Pro decisione eorum in fin. facit text. in.l.quædam.ff.de acqui. rer.domi. & in.l.immodicis.ff.de contrah. emptio. Istis sic stantibus dico, quòd apparet summos olim Pontifices regalia, & vectigalia, & alia reseruata ecclesiæ Romanæ in signum supremæ potestatis transferre voluisse in Illustrissimos Duces Ferrariæ ex verbis inuestiturarum. Et primo ex inuestitura Sixti quarti, qui Illustrissimum.Herculem primum instituit Ferrariæ Ducem, constat de præmissis, dum inter cætera formaliter conceditur ius colligendi, exigendi, & percipiendi durante vicariatu prædicto sibi, ac filiorum suorum, & nepotum vsibus applicandi omnia, & singula consueta, & debita telonea, pedagia, emolumenta, fructus, redditus, & introitus, quocūque nomine censeatur, ad Summum Pontificem & d. ecclesiam ratione temporalitatis in ciuitate, commitatu, territorio, & districtu prædictis, ac ipsorum quomodolibet pertinentia, &c. Ecce igitur quòd apertissimè Sixtus quartus Romanus Pontifex concedit telonea, pedagia, & reliqua emolumenta præfato Illustrissimo Duci Herculi. Rursus hoc etiam clarius concedit Alexan.6. dum in ea dicitur, Gaudeantque omnibus ducalibus insignijs, iuribus, honoribus, & præeminentijs, plena quoque, & omnimoda ducali dignitate, potestate, iurisdictione, authoritate, & concessione etiam cuiuscunque gradus supremi, meri, & mixti imperij, omniumque, & singulorum iurium regaliū nuncupatorū, ac quibuscunque alijs, &c. Considerandum est hoc loco, quòd non solum Alexander concedit illi regalia expresse, sed
12 † etiam gradus supremi, meri, & mixti imperij. Vnde dicendum est, quod non solum consueta, & solita vectigalia exigere concessum est Illustrisimis ducibus, hæc enim non sunt de reseruatis principi, sed noua vectigalia instituere, nam hoc facere, est de maximo mero imperio, vt inquit Sal.in.d.l. vectigalia.C.nou. vecti. insti. non pos. quem superius allegaui, & hoc probatur etiam ex his, quę scribit Bar. in.l.imperium.col.3. versicu. Quæro exem-
13 pla.ff.de iuris.om.iudi.vbi inquit, quòd † imperium merum maximum est habere potestatem condendi legem generalem, quod competit soli principi, & senatui.l.1. ff. de consti. princip. l.non ambigitur. ff. de.ll. & dicit Bal.in.d.l.imperium.in prima lectu.colum.3.versi. Circa tertiam quæstionem, quòd ad illud maximum merum imperium pertinent omnia ea, quæ reseruata sunt principi, vt legitimare, restituere famæ, creare tabelliones, & similia, quæ per multa exempla ibi discurrit. Ex quo infert, quod non est opus Illustrissimo Duci probare, quòd tempore inuestituræ vectigalia erant solita exigi, quum
14 noua potuerit instituere, nam † vt dixi vectigalia solita exigi, licet sint de regalibus, tamen non sunt de reseruatis principi, vt concludit Cuma. consil. 262. Visa copia priuilegiorum. circa fina. quia talia locantur, & venduntur, ac transferuntur per habentem merum imperium; sicut reliqua priuata, ita declarans text. in.d.c.1. quæ sint rega. nam licet etiam ibi inter regalia ponantur multæ pœnæ, & confiscationes, tamen imponuntur per quemlibet habentem merum imperium, vnde absurdum esset, quòd omnia, quæ ibi enumerantur, ponantur in reseruatis principi. In casu autem nostro, licet vectigalia noua imponere propter concessionem maximi meri imperij, quod tamen est intelligendum ex iusta causa, & dummodo exactio non sit immoderata, & vt dici solet, barbarica. Est etiam inuestitura Pauli Tertij, in qua confirmādo antiquas inuestituras, concessit etiam Illustrissimo Herculi secūdo exactiones vectigalium, vt patet ex illis verbis. Et insuper omnia dacia, & gabellas, quę, & quas prędecessores tui, & præsertim Alphonsus genitor tuus iustè exigere consueuit confirmamus, & approbamus. Certè tot inuestituræ concessæ, & repetitæ à Romanis Pontificibus plurimum debent animum iudicis commouere;
15 quia † geminatio, & multiplicatio actus ostendit magis deliberatam volutatem, & sæpius actui inualido tribuit robur, auct. siue à me. C.ad Velleia. ponit Bart, in.l.cum scimus.C.de agri. & censi.lib.11.cū suis cōcord, adductis per Fel.in.c.si cautio.col.10.de fide instru. Ex istis concludendum videtur in fauorem Illustrissimi Ducis cuius causa

causa adhuc reddetur clarior per responsionem ad obiecta, ad quæ venio. Non obstat igitur, dum dicitur; quòd ex eo solo, quod quis creatur Dux, non habet principi reseruata, & per consequens, ꝙ exigi non possit vectigalia; quia fateor, ꝙ ex sola ducali dignitate (quantum ego
16 sentio) hoc non possit; quia† hoc procedit in eo, qui est creatus Rex, nam tunc habet regalia ex d. sua creatione, quæ ideò sic appellantur, ꝙ ad reges pertineant in suo regno, vt Bal. tenet in d. c. 1. circa fi. quæ sint reg. vbi inquit, ꝙ si Papa facit aliquando Regem, omnia connumerata ibi quæruntur regi, quasi specialiter concessa, & hoc sequitur Marti. de Laude ibi, & idem tenet Bal. in l. 3. C. ad Trebel. Et cōprobatur ex eo, qđ scribit Bal. in prohe. ffeudorum col. 2. versic. Item nota, quod Imperator, nam quum dixisset Bal. ꝙ à sententia regis possit appellari, subdit, quòd istud procedit etiam, si vnus rex teneat in feudum regnum suum ab alio rege, nam eo ipso, quòd intitulatur rex habet supremam potestatem in subditos, & dicit etiam Bal. in l. 1. in fin. ff. de offic. præfect. præto. quòd à regibus non appellatur, etiam si sint subditi Romano imperio. Illustrissimus ergo Dux non fundat intentionem suam in ducali dignitate; sed in eo, quod† si-
17 bi sunt specialiter concessa vectigalia. Item & concessa sint regalia, vt ex inuestituris suis latissimè ostenditur, & vt quis possit omnia exercere, quæ enumerantur in d. c. 1. quæ sint regal. sufficit, quòd specialiter illi concessa sint regalia, etiam quòd non sit facta enumeratio singulorum, quæ spectant ad ipsa regalia, & tanto magis istud procedit, si aliqua enumerata sunt de regalibus, & demū generaliter regalia concedantur, ita decidit And. de Iser. in rub. quæ sint rega. colum. 2. versic. Et sic si Imperator, & vult hoc etiam Alexan. consi. 31. Viso titulo quæstionis col. 2. versic. Videmus ergo lib. 1. dum allegat Bart. Bal. & Ang. in l. 1. C. de bon vacan. lib. 10. Hoc etiam in propriis terminis voluit Cuma. consi. 162. Visa copia priuilegiorum per totum, nam in casu suo Gregorius. 11. fecerat quendam suum vicarium generalem cum concessione regaliū iisdem formalib⁹ verbis, quibus in inuestitura vsus est Sixtus quartus, dum instituit Herculem primum Ferrariæ Ducem, & ei vicariarum concessit. Quæsitum fuit, an videatur etiam concessisse fructus Salinarum, & ibi in prin. subdit Cuma. ꝙ res adeò manifesta est, vt fatuum sit de hoc dubitare, & superfluum argumētis, & allegationibus insistere; vt tamen mos geratur petentibus, & nimis curiosis satisfaciat, concludit per multiplices rationes ibi per eum adductas, salinas, & earum fructus in concessione venire, Et hoc consi. Cuma adducunt aduocati Illustrissimi Ducis, & rectè; quia non potuisset allegari consi. quod magis sit in terminis, & qđ
18 validioribus rationibus possit firmari. Præterea † Illustrissimi Duces non habent tantummodo dignitatem ducalem, sed etiam translatus fuit in eos vicariatus perpetuus à Summis Pontificibus, & translata in eos reseruata omnia iura ipsis Romanis Pontificibus, & ecclesiæ Romanæ spectantibus in temporalibus, vnde qui sic creātur Duces, Marchiones, & Comites habent iura omnia imperialia, & idem possunt in suo territorio, quod Imperator in vniuerso vrbe, & vt vtar verbis Bal. in rub. q̄ sint rega, nihil differunt ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, sicut scapha differt à naui. l. scapham. ff. de euic. & l. fina. ff. de fun. instru. ista est notissima decisio Paul. de Cast. qui loquitur in duce Mediolani consi. 34. Super primo dubio videtur dicendum secundum nouissimam impressionem, & Ang. loquens de virtutū Comite cōsi. 217. In causa accusationis colum. 2. & in Pandulpho D. Phaui quem Sumus Pontifex constituerat vicarium, Rom. consil. 59. Ad discutiendum veritatem. 2. dub. & facit, quod dicit Bal. in l. receptitia. colum. 1. C. de consti. pecu. ꝙ comes in suo territorio magis assimilatur principi, quam præsidi. Idem tradit And. Sicu. consi. 34. Præclarè optimus col. pen. versi. Nec obstat lib. 1. vbi adducit Cyn. in l. ea lege. ante fi. ff. de condi. ob cau. & Bart. in l. hostes. ff. capti. & in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac. & hæc est communis sētētia, vt prosequitur vnus ex D. aduocatis adducens infinitam doctorum nostrorum manum idem tenentium. Quòd si prædicta pcedunt in alijs Ducibus, Marchionibus, & Comitibus. Quid dicendum in Illustrissimis Ferrariæ ducibus? quibus explicitè concessus fuit supmi meri imperij gradus, ꝙ in aliis inuestituris nō solet apponi. Equidem non video, quin isti Duces, Marchiones, & Comites, qui habent regalem dignitatē. c. 1. de feu. marchio. & tradit Bal. & Iaco. Alua. in prælu. feu. 1. diuis. & habent etiam regalia ad reges spectantia, & sic regibus æquiparantur, habeant plenitudinem potestatis in subditos, & exercere valeant quæcunque Summus Princeps potest, & ita videmus vsu receptum, quod plurimum attendi debet. l. est receptum. ff. de iurisd. om. iudic. & sæpius Iurisconsulti ita loquuntur, hoc iure vtimur. Non enim aliquid nocet, quòd recognoscant superiorem, à
19 quo tale beneficium susceperunt; quia † ex huiusmodi concessione, & liberalitate habent directum dominium in subditos, & iurisdictionem in toto territorio, licet quo ad ipsum concedētem respectu vniuersalis dominij, eorū dominium sit tantum vtile, vt inquit Bald. in l. 1. C. vn. legi. & idem Bar. in prohe. ffeudorum, colum. 2. versic. Item nota, quòd Imperator. Confirmātur præmissa; quia Summi Pontifices Illustrissimis Ducibus Ferrarien. omne ius sibi, & Romanæ ecclesiæ competens in temporalibus concedunt, quasi reseruent sibi ius, quod habent in spiri-
20 tualibus. & † ista reseruatio operatur, vt nihil in concessis exceptum videatur. l. tributus. §. fina. ff. de testam. milit. l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adimen. lega. Præterea ad pleniorem victoriam fundat intentionem suam Illustrissimus Dux, ꝙ in suis inuestituris concessi sunt fructus, redditus, & emolumenta, & negari nō potest, quòd quidam sunt redditus salinarū, vt habetur in sæpius allegato titulo quæ sint rega. ergo si ex transitu salis externi perci-
21 pitur aliquis redditus, & emolumenta, tamen, quia † fuit concessum merum, & mixtum imperium, & d. contractus, aut est cōcessio feudi, aut habet similitudinem cū eo ex forma concessionis, & iuramento fidelitatis, venirēt omnes fructus, & redditus, vt cōcludit Cuma. consi. 162. quia fructus iurisdictionis pertinent ad feudatarium, & eum, cui iurisdictio conceditur, secundum Bar. in l. fina. ff. solu. mat. & Bald. in l. diuortio. §. si vir. ff. eo. tit. & in redditu etiam salinarum, quòd fructus pertineant ad feudatarium consuluit Pau. de Cast. consi. 63. Quod dictus redditus lib. 1. per multas rōnes ibi adductas, & de istis consi. feci antea mentionem in consi. meo. 435. quod incipit, Iam dudum Illustrissimi, prout etiam relatum est per præstantissimum D. Bertholameum Bertazollum.
22 Et † vlterius, quòd Rex concedendo quandam terram videatur concessisse iura exituræ, & quasdam alias gabellas, quamuis essent de regalibus consuluit Roma. cōsil. 271. Visa tota præsentis dubitationis per totum, & de uena auri, quod pertineat ad feudatarium, vult Paul. de Castr. consil. 353. Commodum d. venæ lib. 1. & argenti fodinis Iaco. de S. Geor. in sua inuesti. in verbo cum argenti fodinis, & de thesauro inuento in fundo feudali, ꝙ sit feudatarij, cuius sit vtile dominium, tenet Iaco. Alua, post Andr. de Iser. ibi in titu. quæ sint rega. colum. pen. & de hoc est gloss. in §. thesauros in verbo in suos
23 Institu. de rer. diuis. Non obstat † quod reseruata principi non dicuntur translata, nisi hoc dictum fuerit expressè, ad quod non sufficiunt verba generalia per multa superius adducta; quia pro resolutione huius obiecti considerandum est, quod scribit Bart. in l. 1. 2. q. prin. ff. de vulga. & pupil. & in l. si quis in principio testa. versi. quæro quid si testator. ff. de lega. 3. in l. fina. C. si con. ius vel vtil. publ. & in l. 1. in fin. ff. si quis in ius voc. non ie. quibus in locis Bart. concludit, quod expressum dicitur tribus modis. Primo modo dicitur expressum illud, quod in genere dicitur. Secundo, quod specialiter exprimitur. Tertio, quod singulariter in proprio nomine, sicut est dare genus, speciem, & indiuiduum, & vt exemplo vtar, fideiussor habens priuilegium fori, puta quòd non possit conueniri nisi coram doctore suo, vel rectore, quale habent scolares, non est idoneus fideiussor de iudicio sisti, nisi renunciaret priuilegio suo specialiter. d. l. 1. ff. si quis ius voca. non ie. Vnde si quis renunciaret omni exceptioni, quam opponere posset, dicitur generaliter renunciasse, si autem renunciaret omni priuilegio fori, diceretur specialiter renunciasse. Sed in indiuiduo, & singulariter renunciaret, si renunciaret priuilegio, quod habent scolares, quod non possint conueniri nisi coram doctore, & rectore. Sic dicam in proposito, quòd si supremus princeps concederet omne ius, quod habet in tali re, istud est generaliter concedere, & non veniret ius regium, & quæ reseruata sunt principi, & ita loquuntur in contrarium addu-

adducta. Sinautem concedit vectigalia, vel regalia, tunc diceretur specialiter concedere reseruata principi, & istud sufficeret, vt habetur in d. c. quod translationem, ibi sine speciali mandato de offic. legat. & iste est casus noster, non autem requiritur, quòd singulariter, & in indiuiduo dicatur se concedere vectigal salinarum, vel portus, vel hoc regale nominatim illud exprimendo, ex quo concluditur satis sufficientibus verbis Summos Pontifices transtulisse in Illustrissimos Duces Ferrariæ vectigalia, & regalia, & ea quæ principi sunt reseruata in signum
14 supremæ potestatis. Præterea, etiam † si expressa non fuissent vectigalia, & regalia, tamen ex quo iste contractus est feudalis, vel feudo assimilatur, venirent fructus, & redditus regalium, vt supra dictum est, & fuit deductum in cõsilio meo. 435. & clarissimè per Cuma. in cõsi. supra allegato. Postremo non obstant quædam exactiones, quæ dicuntur factæ super pedagio transitus salis per agentes Cameræ Apostolicæ; quia respondetur prout respondent D. aduocati Illustrissimi Ducis, qui veriorem in facto noticiam habere potuerunt, quòd non est probatum sufficienter per libros publicanorum fuisse factas in agro Ferrariensi; sed Rauẽnatensi. Item fieri potuisse propter transitum Padi; vnde probatio non concludit.
25 Præterea illa est firmissima responsio, ꝙ † quum non fuerit probatum dictas exactiones fuisse factas scientib⁹, & patientibus Illustrissimis Ducibus, nulla fuit quæsita quasi possessio Cameræ, quum sine tali scientia, & patientia non acquiratur quasi possessio in iuribus incorporalibus. l. 2. C. de seru. & aq. l. pen. ff. de serui. & ibi Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. Vnde non potest dicere Camera se fuisse in possessione alicuius iuris occasione d. exactionum, quum tale ius nondum sit formatum, licet possit esse in possessione actuum, & quod non est, possideri non potest, secundum Innoc. in c. 1. de cau. posses. & proprie & tradit Pau. de Cast. consi. 363. Circa primum quæsitum videtur mihi dicendum, quòd isti parrochiani secundo dub. in fin. lib. 1. secundum nouissimam impressionem. Et bene facit, qđ Bart. scribit in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publi. vbi dicit, ꝙ in præscribendo vectigali contra priuatum, qui ius habet in eo, requiritur eius scientia, & patientia, alias nullum ius sibi potest acquiri, cum Bart. in hoc transit ibi Imo. & Sal. in l. vectig. colum. pen. C. de vect. & commis. Sed Illust. Dux habebat ius in d. vectig. salinarum vigore suarum inuestiturarum, & non apparet de eius scientia, & patientia ergo, &c. Constat etiam, ꝙ si Camera esset in quasi possessione, tamen hæc quasi possessio non præiudicaret Illust. Duci in petitorio, vt tradit Pau. de Cast. post Spec. & Cyn. quos allegat in l. sicut. §. si quæratur. ff. si serui. vendi. & idem Paul. de Cast. in l. si prius in fi. ff. de oper. nou. nunc.

Venio nũc ad secundum dubium, vbi quæritur, vtrum x. capit. Adriani tertij Pontificis maximi noceat Illust. Duci, quominus possit vectigal à transeuntibus percipere, & in hoc cum prædictis D. consulentib. teneo non nocere, si rectè intelligatur, nam videtur de intentione partium fuisse, ꝙ in statu Illustrissimi Ducis Ferrariæ aliud sal emi, vel recipi non possit præter quam sal Ceruiæ, quod pertinet ad Romanam ecclesiam; nisi quod possint accipi Venetijs quadrigenti sacci salis pro cõdiendis principibus, & anguilis; vt patet in d. capitulo decimo circa fin. Hoc stante, conuentum fuit inter Sanctissimũ Pontificem Adrianum, & Serenissi. tunc Ducem, quòd Pontifex, seu Camera Apostolica possit conducere, seu conduci facere, quãcunque quantitatem salis per statum D. Ducis, prout sibi videbitur, & placuerit; absque aliqua pedagij solutione, & in hac parte d. capitulum facit potius pro Illustrissimo Duce, quam contra; quia videtur ei concedi licentia, vt pro transitu salis possit ab alijs exigere. Deinde subditur, quòd præter deputatos à sede, & Camera Apostolica huiusmodi, nullus alius possit ad d. statum, & dominium sal quouismodo aliquod cuiuscunque generis fuerit, in præiudicium Sanctitatis suæ, & d. Cameræ etiam per transitum conducere, & si sal aliquod sic conduci contingerit ab aliquibus, tale sal non possit per d. D. Ducem eiusque subditos quouis modo recipi, & emi. Hæc verba huius capituli hoc importãt, quod nemo possit etiam transeundo conducere sal per territorium Illustrissi. Ducis ad finem, & effectum, vt illic ematur, & recipiatur tam per ipsum D. Ducem, quã per eius subditos; quia hoc modo fieret præiudicium Cameræ Apostolicæ, quæ distribuit sal in territorio Illustrissi. Ducis, & inter eius subditos sub certo pretio, sed vbi nullum fieret præiudicium ex hoc transitu; quia ibi non ematur, vel recipiatur per ipsum D. Ducem, & eius subditos, talis transitus non prohibetur; Illa enim verba apposita in
26 capitulo, in † præiudicium suæ Sanctitates, & Cameræ faciunt conditionem, vt dictum est per præcedentes D. consultores, & ad hoc adduco Bar. in l. 1. 3. q. prin. ff. de condi. & dem. vbi inquit, ꝙ hæc præpositio, in, deseruiens ac cusatiuo, vel ablatiuo stant conditionaliter, vbi apponitur in aliquem incertum futurum euentum, allegat text. in l. solemus. ff. co. tit. & in l. nec semel. §. si in habitationem. ff. quan. dies lega. ced. & facit ad hoc etiam text. in l. Publius Meu. in prin. ff. de condi. & demon. vbi Imo. ꝑ
27 illum tex. dicit, ꝙ † per dictionem, in, inducitur cõditio, quando respicit futurum euentum, & facit, ꝙ si aliquid alicui legetur in honorem doctoratus, quòd tale legatũ dicatur conditionale, ex quo tunc non erat doctor. Et quòd etiam fuerit de intentione partium, quòd possit transire sal, modo non ematur, nec recipiatur in territorio Ducis, ostendunt etiam sequentia verba, dum dicitur, & si transierit, non possit recipi, & emi, ista enim verba indicant causam præcedentis dispositionis, licitum est enim à vicinis scripturis arguere, & tanto magis iste intellectus est tenendus; quia omnia posita in d. c. consonant. Et vlterius præsupponitur in facto, ꝙ post d. conuentionem factam cum Adriano semper sunt vsi Duces d. transitu de vno territorio ad alium, ad commodum suum, exigendo vectigal impositum, nam actus sequens declarat voluntatem præcedentem. l. sed Iulianus. §. perinde. ff. ad maced. §. pauonum Instit. de rer. diuis. & ponit Bart. in l. cætera. §. fin. ff. de leg. 1. pro quo bon. tex. in c.
28 cum venissent de institu. vbi † quia non constabat de forma concessionis, dubitabatur, vtrum esset personalis, vel realis, & dicitur ibi, quod præsumitur realis; quia vt realis fuerat obseruata, & possessa, vt ibi per Anto. de But. in notab. & colum. 2. versi. oppono. 2. & col. 8. versi. oppono cum glo. & ibi etiam Imo. col. 3. Et dicit Bald. consil. 345. Villa, vel castrum continet lib. 3. quod posterior qualitas possessionis declarat, quid à principio fuerit intentionis allegat tex. in l. hoc legatum. ff. de legat. 3. & in l. Seiæ. §. Tyranno. ff. de fun. instruc. & facit etiam, quod in similibus terminis decidit Paul. de Castr. consil. 363. Circa primum quæsitum videtur mihi dicendum. 2. dub.
29 lib. 1. Postremo non omitto, ꝙ † quum post inuestiturã Adriani tot subsequentes Pontifices sciuerint, & tolerauerint prædictos D. Duces Ferrariæ vectigal salis exigere, videtur durum, quod nunc molestia inferatur Illustriss. nunc Duci; quia tolerantia superiorum Pontificũ uidetur ius ei tribuere, & ad hoc multa possent adduci; sed sufficiat, quòd Roma. tradit in præallegato consil. 271. Vis tota in 3. fundam. nam ibi quidam Comes emerat à rege quandam terram cum regalibus, & dubitabatur, nunquid quædam gabellæ nominatim non expressæ in venditione venirent, concludit ibi Roma. inter cætera, quod venirent, quia scientia cum patientia longi temporis declarationem tacitæ præcedentis voluntatis inducit. l. qui in aliena. ff. de acqui. hæred. l. si filius. C. de petit. hæred. Sed præsupponitur post peractam d. terræ venditionem, ꝙ Comes ipse emptor sciente, patienteque D. rege in sui vtilitatem gabellas, de quibus quæritur, exegit. Igitur est consequens, vt per ipsam scientiam, & longi temporis secutam patientiam, voluntatem D. regis hanc fuisse, vt in præmissa venditione ipsa quoque uenirent. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens sal conduci in territorio, non comprehendit sal, quod ducitur de vno loco ad alium per transitum.*

2 *Transitus innoxius, præsertim vbi subest iusta, & necessaria causa transeundi, nemini denegandus; et si transire velit cũ exercitu, alias iustè bellum, & uis adhiberi põt, ut trãsitus habeatur.*

3 *Via*

3 *Via publica vti, sic vt transitu nemo est prohibendus.*

4 *Dictio, in, cum accusatiuo respiciens incertum futurum euentum denotat conditionem.*

5 *Verba in priuilegijs, & contractibus debent intelligi cum misterio aliquid operandi.*

CONSILIVM DCLXII.

De materia superioris.



Postquam scripseram consilium in fauorem Illustrissimi Alphonsi Ferrariæ ducis contra cameram Apostolicã fuit transmissum motiuum Reuerend. D. iudicũ, cuius omne fundamentum cõsistit super decimo capitulo Adriani. Me quidem non latet cameram Apostolicã potissimum se fundare super prædicto decimo capitulo, quod nisi fuisset inuentum, arbitror, quod præsens cõtrouersia exorta non fuisset, quia cætera videntur leuiora, ideò super isto decimo capitulo feci in consilio principalẽ secundam dubitationem, & ex ibi dictis clare patere potest responsio ad ea, quæ nunc adducuntur. Si tamen desideretur formalis responsio, non grauabor hùc descendere. Dicitur enim non obstare clausulam in præiudicium, ex qua videtur limitatus transitus, quia fuit responsum, ꝙ illa clausula stabat causatiuè, & non limitatiuè, nam camera habuit transitum salis externi quomodocunque transiret pro præiudicio, quod probant verba capitulationis Adriani, dũ dicitur, ꝙ camera possit vndecũq; quãcunq; salis quantitatem conducere, & conduci facere per statum, & dominium suæ Excel. siue per mare, siue per terram, & quòd nullus alius præter deputatos à camera, & sede apostolica possit aliquod sal quouis modo, &c. Ex quibus verbis dicunt, quod camera non solum pro tali fabricato per ipsam, sed de omni, & quocunque alio à quouis loco portato, in quocunq; loco fabricato voluit sibi consulere, & posse per d. statum portare, & propterea ex illa generalitate apparere, quod omnem transitum salis ad se spectare voluit, quum non solum suum, sed etiam alienum voluerit posse vehi facere. Vnde illa verba stant causatiuè; quia semper erat præiudicium, & à contingentia facti ostenditur; quia si impeditur transitus generaliter, facilius poterit camera sal suum vendere ꝓp cõmoditatẽ transeundi. Nã prædictis respondetur, ꝙ prędicta verba, in præiudiciũ cameræ, non stant, cãtiuè, sed conditionaliter, prout dixi in consilio põderando illam dictionẽ, in, vbi ad hoc adduxi opportunas authoritates. Neque verum est, ꝙ camera ex nudo transitu salis aliqd detrimentum patiatur, modo ibi non ematur, nec recipiatur per D. Ducem, & eius subditos, & in hoc sibi benè consuluit camera dum in capitulo voluit, ꝙ si transibit sal non ematur, nec recipiatur per D. Ducem, & eius subditos, quæ verba fuissent superfluo posita, si omnis transitus prohibitus fuisset; quia à non transeuntibus non potuisset emi, nec recipi. Et vlterius, quod à transeuntib⁹ possit Illustrissimus Dux vectigal exigere, ostenditur clare in principio dicti capituli, dum in eo dicitur, quòd Camera possit conducere perpetuis temporibus libere, & absq; aliqua pedagij, vel alterius impositionis solutione per totum dominium D. Ducis quãcunque salis quantitatem, &c. quæ verba ostendunt, ꝙ à cæteris transeuntibus possit Illustrissimus Dux vectigal exigere; quia vnius exclusio, alterius est inclusio. l. cum prætor in princ. ff. de iudi. Et quòd ex solo transitu Camera non patiatur aliquod præiudicium, modo ibidem non ematur, nec recipiatur pudet authoritatem adducere; quia hoc patet cõmuni sensu, si tamen † desideretur authoritas, hoc scribit Alexan. consi. 86. Visa inquisitione lib. 4. vbi loquens propriè in transitu salis, concludit, quòd si statutum prohibeat sal conduci in territorio, non intelligitur de sale, quod de vno loco ad alium duceretur per solum transitum; quia non interest ciuitatis, quod transeat, modo non exoneretur, per tex. in. l. si quis post hanc. C. de edi. priu. & arg. l. Cæsar. ff. de publica. per not. per Barto. & alios in. l. cætera. §. fina. ff. de leg. 1. Considerandum est autem hoc loco, quòd si actum fuisset cum Illust. Duce quòd sal non conduceretur in eius territorio, non intelligeretur de sale, quod per transitum de vno loco ad aliũ absque eo, quod ibi remaneret, conduceretur. Quanto magis id dicendum in casu nostro, in quo conuentũ fuit de trãsitu fiendo sine præiudicio cameræ in eo, quod si transiret, non posset ab Illust. Duce, & eius subditis emi, & recipi. Præterea non potest camera prætendere, quòd si transitus ad eam spectaret, quod prohiberet omnem transitum externi; † quia de iure loquendo, & cum debita reuerentia hoc facere nõ posset, vt voluit Abb. in. c. oẽs ll. 1. distin. quem ibi refert, & sequitur Felin. col. 7. dicens, quod vbicunque subest iusta, & necessaria causa trãseundi, & transitus est innoxius, non debet negari transitus, etiam si quis transire velit cum exercitu, & si hoc casu negetur, potest iuste bellum indici, seu uis adhiberi, vt transitus habeatur, allegat ad hoc tex. cum glo. in. c. si. 23. q. 2. vbi habetur, quod iusta bella gerebantur à filiis Israel contra Amorrhæos, innoxius enim transitus negabatur, qui iure humanæ socitatis æquissimo patere debet, & ibi glo. dicit, † quòd ille transitus erat necessarius, deò illi prohibere nõ potuerũt. l. in summa. §. itẽ Varus. ff. de aqu. plu. arcen. & quia via publica erat, & nemo ꝓhibetur via publica vti. l. per agrum. C. de serui. & aq. Quomodo igitur potest camera obiicere D. Duci, quòd concedat cæteris transitum salis externi, quũ si ipsa esset transitus domina, hoc idem faceret, propter d. transitus innoxietatem, seu (vt sic dicam) innocentiam, nam ne nocere possit, prouisum est, dum cauetur, ne ibidem ematur, vel recipiatur, non enim transitus facit præiudicium; sed emptio, & receptio salis, quæ fieret ab hominibus territorij, ad effectum, vt ibi sal consumatur, nam tunc minus camera de suo vẽderet. Nõ debet igitur camera sub ꝑtextu alicuius præiudicij, ꝙ non militat, nec militare põt, priuare D. Ducem iure d. transitu. Ex prædictis bene colligitur, quòd illa verba, quib⁹ ꝓhibetur transitus D. Duci in præiudicium cameræ, stant limitatiuè, & nõ causatiuè, sicut dicit motiuum, quasi camera habeat transitum salis, quomodocunque fiat, pro præiudicio, nam salua pace iste intellectus est supinus, quod ex nudo transitu camera lædatur læderetur autem, si sal transiens emeretur, & reciperetur à subditis Do. Ducis, & illic consumeretur. Item † talis intellectus est contra naturam verborum; quia illa præpositio, in, iuncta cum accusatiuo respiciens incertum futurum, denotat conditionem, vt dixi antea in consilio, & vltra ibi allegata hoc vult Bart. in. l. quibus diebus. §. Termilius col. 2. ff. de condi. & demon. Bald. Paul. de Castr. & Socin. in. l. Publius. ff. eod. titu. Vnde illa verba, in præiudicium cameræ, intelliguntur, quatenus camera pateretur præiudicium, hoc enim pendet ex euentu; quia si sal tantum transit, camera nullum patitur præiudicium, sinautem in transitu ematur, & recipiatur à D. Duce, & eius subditis, vt ibi consumatur, patitur præiudicium, & sic illa verba in præiudicium stant conditionaliter, vt dixi. Concludendo igitur, dico, quòd non omnis transitus est prohibitus D. Duci, sed is tantum, qui est præiudicialis cameræ, videlicet quando in transitu emeretur, & reciperetur, alias nudus transitus est permissus, quod ostendunt sequentia verba capituli, dum dicitur, quòd si transierit, non possit emi, nec recipi, &c. Ad quid enim fuisset prohibitio facta, ne sal in transitu ematur, & recipiatur, si omnis transitus fuisset interdictus? & † tamen in priuilegiis, & in contractibus verba debent intelligi cum misterio aliquid operandi. c. si papa, de priui. in. 6. l. si quando in princ. ff. de leg. 1. Bald. in rubr. C. de contra. empt. Et hæc videntur mihi aliquando ita clara, vt probabilem recipere nequeant dubitationem. Ex prædictis etiam patet non obstare, quod dicitur, ꝙ camera ex generalitate verborum voluit omnem transitum salis ad se spectare, quum non solum suum, sed etiam alienum voluerit posse vehi facere; quia fateor, ꝙ camera hoc potest, sed non sequitur, quòd quo ad cæteros ipsa habeat transitum, imo hoc pertinet ad Illustrissimum Ducem; quia quum camera solum excipitur à vectigali transitus, permissum videtur Illustrissimo Duci, vt à cęteris possit exigere, quandoquidem exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instruc.

Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Mater quæ legitimè tutelam non ſuſcepit filij impuberis, eius ſucceſſione priuatur, idem ſi tutelam legitimè non adminiſtrat.*

2 *Mater, ſi in aſſumptione tutelæ nõ renũciat Velleiano, et ſecũdis nuptijs, an priuetur ſucceſſione filij.*

3 *Tutelæ datio facta à iudice incompetenti, non valet, & quid ſi in datione fiat mentio de poteſtate iudici attributa, & de ea non appareat.*

4 *Notario aſſerenti in eius ſcriptura de alio inſtrumẽto, vel ſcriptura, etiam ſi illam ſe vidiße, & legiſſe affirmet, non creditur; dato etiam qđ totus tenor in eius inſtrumẽto ſit inſertus, et quare.*

5 *Tutor pupillo non ſubdito dari non poteſt, præterquam in lite coram eo, qui pupillum non habet in ſua iuriſdictione, vertente.*

6 *Iudex ordinarius poteſt delegare cauſas ſubdito, et inter ſubditos, ſed non aliter.*

7 *Iuriſdictionales actus nequeunt exerceri cõtra perſonam non ſubditam.*

8 *Tutelæ datio eſt mixti imperij, & ſic quũ ſit actus iuriſdictionalis, non poteſt per iudicem exerceri contra non ſubiectum.*

9 *Mater, ſicut quilibet alius tutor legitimus tenetur conficere inuentarium, alias priuatur ſucceſſione filij, idem vbi non compulerit tutores ad inuentarij cõfectionẽ, tutelæ geſtionẽ, & adminiſtrationẽ.*

10 *Mater tutrix teſtamẽtaria nõ fruitur filij ſucceſſione, vbi inuentarium, & tutelam ſibi decerni confeſtim non fecit, vel alios non petijt tutores.*

11 *Tutoris inuentarium quare lex requirat de rebus pupillaribus.*

12 *Inuentarium tutoris debet omnia bona continere, & demonſtrare per ſigna, latera, et confinia, ſicut in libello ponerentur, & etiam ſingularium rerũ æſtimationem.*

13 *Tutor omittens facere inuentarium, quibus & quot pœnis teneatur.*

14 *Mater ſi non ſuſceperit tutelam filij intra annum, an poſſit probare impedimentũ ad ſe excuſandã, & quale debeat eſſe impedimentum, an ſucceſſiuũ per annum, vel temporale infra annum.*

15 *Pupillarium negotiorum geſtio debet eſſe cum titulo tutelæ, & non de facto.*

CONSILIVM DCLXIII.



Iſo puncto ſupraſcripto de tribus principa-
liter quæritur. Primo, an mater; quæ non
ſuſcepit legitimè tutelam priuetur ſucceſ-
ſione filij impuberis. Secundo, poſito, ꝙ
non priuetur, an ſaltem priuetur ex eo, ꝙ
inuentarium non confecit, nec legitimè adminiſtrauit.
Tertio, an excuſetur pp aliquod impedimentum. Venien
1 do ad primum, concludo eã † priuari, per tex. in.l.2.§.ſi
mater.ff.ad Tertu.l.1,2.&.3.ff.qui pet.tuto.l.matres.C.
ad Tertu.l.2.& fin. C.qui pet. tuto.§.fi. Inſtitu. ad Ter-
tul. qui tex. licet loquantur in matre, quæ intra annũ nõ
petiit tutorem filio, tñ idem eſt; qñ ipſa non geſſit tutelã
legitimè, ex quo ſm iura nouiſſima ipſa præfertur oĩbus
tutoribus, præter quã teſtamentariis, auct. matri & auiæ.
C.quan.mu.tut.offi.fun.po, & hoc bene colligitur ex.d.
l.2.§.quod ſi pater.ff.ad Tertu. vbi mater priuatur ſucceſ-
ſione filij, qñ teſtator voluit eã adminiſtrare; qa hoc caſu
ſtatim potuit impetrare à principe ſibi decerni tutelã.l.fi.
ff.de tut. Vñ quum hodie ſecundũ ius cõe ipſa ſtatim ad-
miniſtrare poſſit, & pferatur legitimo, incidit in priua-
tionẽ, ſi non adminiſtrat, nec recuſat tutelã, & petat legi-
timo adminiſtrationẽ decerni, & iſta declarat Bar.in.d.§.
qđ ſi pater.& in.l.2.col.2.ff.qui pet.tuto, Sequitur Petr.
de Ancha.conſi.104. Pro declaratione quæſitorũ col.1.
verſi.Pro cuius declaratione præmitto. Non obſtat mo-
do, ꝙ mater exhibuerit aſſertum inſtrumentum tutelę per
2 eam aſſumptæ; quia reſpondetur; ꝙ mater † aſſumere de-
bet tutelam legitimè, & eã ẽt legitimè adminiſtrare, alias
punitur, eſt gl.in.d.l.2.§.ſi mater, in verbo non legitimè.
ff.ad Tertu, quã glo, ad hoc allegat Bar.conſi.215, An te-
ſtamentum.2.dub. & ſequitur Bald. in.l.precibus col.5.
verſic. Sed quid ſi mater.C.de impu.& aliis ſubſti,& in.l.
matres verſi. Quæro nunquid mater.C.ad Tertu.& Pau.
de Caſt.conſi.154. Pro iſta Domina col.2.lib.2.ſecundũ
nouiſſ.impreſſionẽ, vbi loquitur de matre, quæ in aſſum-
ptione tutelæ, non renunciarat Velleiano, & ſecundis nu
ptiis, put tenetur, & idẽ tenet And. Sicul. inter cõſi. Cur.
Senio, conſi.67. Sapienter optimus pdixit col.17. Et hoc
procedit ex cõi regula, ſecundũ quã paria ſunt actum non
facere, vel nulliter facere.l.quotiens.ff.qui ſatiſd.cogan.
3 l.4.§.condemnatum, ff.de re iudi. Sed in propoſito, † da-
tio tutelæ d.matri fuit facta à iudice incompetenti, nam
aſſertus iudex decreuit tutelam ex reſcripto delegatorio
principis, & non conſtat de d.reſcripto delegatorio, put
debet conſtare, l.vnica.C.de man.prin. c.cum in iure. de
offi.deleg.vbi glo.Inno.& reliqui Scrib, Ang, & Imo.in
l.ſciendum.ff.de verb.oblig.cũ aliis adductis per Alex.in
conſi.200. Viſo, & diſcuſſo proceſſu col.fin.lib.2. Nec iu-
uare põt, quod in.d.inſtrumento tutelæ fiat mentio de
reſcripto facto iuſdicenti d.loci; quia reſpondetur plenif-
4 ſimè, ꝙ † non creditur notario aſſerenti de alio inſtrumen
to, vel ſcriptura, ẽt ſi dicat ſemel vidiſſe illam, & legiſſe;
ſed oportet, ꝙ ipſum originale producatur, vt eſt caſus in
auct, ſi quis in aliquo.C.de eden, vbi Albe, Bart. Bald. &
cæteri hoc tradunt, & facit euidens rõ; quia notarius non
põt illud dicere tanquam notarius, ſinaũt dicat tanquam
teſtis, non creditur; quia eſt vnicus, & non iuratus, &
extraiudicialiter deponit.l.iuſiurandi.C.de teſtib, & iſtud
etiam procedit, dato, ꝙ notarius inſerat in inſtrumento
tenorem alterius ſcripturæ, licet hoc non factum fuerit in
caſu noſtro, vt Abb.ſcribit in.c.Abbate, S.Syluani de ver-
bo.ſignifi, & memini, ꝙ.30.ab hinc annis in ijſdem ter-
minis cõſului, nam Epũs quidam delegauerat noto ſuo,
& familiari, vt decerneret tutelam nobiliſſimæ matronæ,
& notarius inſeruerat tenorẽ reſcripti delegatorij in in-
ſtrumento tutelæ, nec aliter conſtabat de ſuo archetypo,
ſeu originali dixi d. dationem tutelæ eſſe inualidam per
plura, quæ ibi adduxi, & patet conſi.meo.143.quod inci-
pit, Vertitur lis, & quæſtio.col.1.& ſeq.& ad ibi dicta bre
uitatis gratia me refero. Nec aliquid iuuat etiam dicere, ꝙ
vt iuſdicens loci potuerit decernere tutelam d.matri; quia
reſpondetur, quod non vt iudex ordinarius loci decreuit
d.tutelam, ſed vt delegatus principis, vt patet clariſſimè
ex verbis dict, inſtrumenti, ibi iux. formam d. literarum
&c, nam vt iudex ordinarius loci d. tutelam non poterat
5 decernere, attento, ꝙ † pupillo non ſubdito non poteſt da
ri tutor.l.1.cum duab.ſeq.&.l.pupillo.ff.de tuto. & cur,
dat.ab his.l.1.C.vbi pet. tut, vel cura.glo, in.l.non ſolũ.
§.ei qui teſtamento.ff. de excu.tut.& dicit Bar.in.l.1.ff,
de tut.& cur, da. ab his, ꝙ oportet pupillum eſſe iuriſdi-
ctionis eius, qui dat tutorem, ex quo infert, ꝙ ſi eſſet ali-
quis pupillus clericus, tutor deberet dari ei authoritate
iudicis ſui, non iudicis ſecularis. In caſu tñ põt ſecundum
eum dare tutorem illi, qui eum non habet in ſua iuriſdi-
ctione, videlicet in lite, quæ vertitur coram eo. l.fin.§.1.
C.de admi.tuto, ſequitur Ange, de Are.in.§.actionem in
6 materia tutelarum.15.q.Inſtit.de actio.vbi † dicit ſimile
de quolibet ordinario, qui poteſt delegare cauſas ſubdito,
& inter ſubditos, & non aliter.l.1.& quod ibi not.C.qui
pro ſua iuriſd, Idem tenet Ange, de Are, poſt Ioã. Fab.in
§.ſed hoc iure col.2. verſic. Quæro an iudex Inſtitu.de
7 Atti.tuto.vbi adducit etiã rõnem; quia † tutor datur prin-
cipaliter perſonæ, & in conſequentiam rebus.§.certe. In-
ſtitu.qui da.tut.poſ. Et dicit Bald.in.d.l.1.ff, de tuto. &
cura.da.ab his, per illum tex. ꝙ actus iuriſdictionalis non
poſſunt exerceri niſi circa perſonam ſubditam. Rectè autẽ
8 putat. Bald. ꝙ † datio tutelæ ſit actus iuriſdictionalis,
nam eſt mixti imperij.l.1.& ibi gloſ. in verbo tutores.ff.
de iuriſd.omn.iud.glo.in.l.etiam.ff.de tuto.& glo.in.l.
muto, §.tutores.ff.eo.& tradit Bart.in.l.imperium col.

6.ff.de

5.ff.de iurisd.omn.iud.sequitur ergo, ꝙ datio tutelæ tanquam actus iurisdictionis, non potest exerceri per iudicē contra personā non subditā.c.ecclesia.S.Mariæ.de cōstit. c.si autem clericus.de coha.cler.& mul. & tradit Bar.in l.cūctos populos.in.3.q.prin.circa fin. C.de sum.trin.& fid.cath.vbi ad hoc etiam allegat tex. in.d.l.1.in fi. ff.de tuto. & cu.da.ab his. sed in casu isto, pupillus erat ex dominis loci habens merū, & mixtū imperiū, & sic non erat subditus iudici ordinario; quia inferior nihil pōt in superiorē.c.cum inferior.de maio. & obe.l.nam magistratus. de arbi.Hæc dicta sint ex abundanti; quia sufficit, ꝙ nō cōstet de delegatione principis, qui ei demandauerat decretū tutelæ sub nomine officij, nam tunc succedit cōis regula, quod potui, nolui, & quod nolui adimplere nequiui.c.cū super.de re iudi.l.multum.C.si quis alte. vel sibi. Descendo nunc ad secundū dub. in quo q̄ritur, posito, ꝙ mater assumpsisset legitimè tutelam, an priuetur successione ex eo, quod nullum fecit inuentarium de bonis pupilli, & in hac dubitatione cōcludo, eam priuari, motus ex infrascriptis. Primo, quia † quilibet tutor inuentariū tenetur
9 cōficere antequā administret.l.tutores. C.de admi. tuto. l.tutor qui repertoriū.ff.eo.l.3.§.tutores. ff.de excu. tut. l.fin.C.de arbi.tut.& ab hoc nō reperitur exclusa mater, ergo remanet sub regula, vt teneatur conficere inuentarium, quū antea non possit legitimè administrare. glo.in l.oīs diffinitio.ff.de reg.iur.& in rub.eo.tit.in.6. Secundo adduco tex.in.l.2.§.si mater versic. Quid si non cōpulit.ff.ad Tertu.iuncta glo. ibi in verbo non legitimè, vbi mater debet compellere tutores, vt conficiant inuentarium, & gerant tutelā iam decretam, & administrent, alias priuatur successione; ergo si hoc debet seruare in alijs, alioquin excluditur, multo magis in personam suā obseruare tenebitur.l.frater a fratre ī prin.versi.porro.ff. de cōd.indeb.& hoc argum. vtitur Fulg. cōsi.52. Quidā Antonius tertio dubio. Tertio facit, quod scribit Alb.de Rosa.in.l.oēm.C.de admi.tuto.vbi dicit, quod mater transiens ad secunda vota excluditur à successione filiorum, ꝙ non possit reddere rōnē administrationis suę, nisi prius iurasset tutelā, & decreta esset ei administratio, & satisdedisset, & inuentarium cōfecisset.§.fin.in auth. vt hi qui se oblig.perhi.habe.res mino. &.l.tutores. C.de admi. tutor qui repertorium.ff.eo. &.C.de tut.& cu. qui satis nō ded.per totum. Quarto, ꝙ mater teneatur conficere inuentariū, & legitimè administrare, quū sit legitimus tutor secundum hodierna iura, vult ēt Bar.in.l.2.versic.Itē aduerte.ff.qui pet.tuto. Quinto accedat Bar.consi.215.
10 An testamentum secūdo dub.vbi inquit, ꝙ † mater data tutrix in testamento, si non fecit inuentarium, nec sibi decerni fecit administrationē, nec alios petiit tutores, priuatur successione filiorū. Sexto facit Bal. in.l.matres versi. Sed extat alius casus.C.qui pet.tuto.dicēs, ꝙ mater debet confestim petere tutorē, & confestim facere inuentarium alias priuatur successione. Septimo, ꝙ mater teneatur conficere inuentarium, ne priuetur successione filiorum, tenet Pet. de Anch.in præalleg. consi.164. Pro declaratione p̄dictorum, vbi vult, ꝙ in d. inuentario non teneatur ponere æs alienum pupilli, sed totā substantiā defuncti, & ibi inuehitur contra matrem, quæ contra pietatis officiū hæc non fecit, sed ex proprio sensu neglexit iuris p̄cepta super his edita. Octauo facit, ꝙ dicit Ang.cōsi.198. Ista q̄stio vbi vult, ꝙ agnatus, qui nō assumit tutelā, & nō facit inuentarium, excludatur ab hæreditate pupilli, ergo idē & multo magis dicendū in matre, cuius plenū, & solidum officiū lex requirit in susceptione tutelæ, & eius administratione.l.2.§.si mater versi. Quid si nō cōpulit. ff.
11 ad Tertu.l.cum à matribus.C.qui pet.tuto. Apparet † aūt, ꝙ lex requirit confectionē inuentarij in tutore, ne detur materia tutori surripiendi, & prædandi res pupillares, & vt tēpore rōnis reddendæ habeat pupillus probationes paratas cōtra tutorē, & inconuincibiles; ita ꝙ non admittatur probatio in contrariū, vt est tex.in.l.fin. C.arbi. tut.
12 Et hac rōne † tenetur tutor oēs res in inuētario ponere p̄ signa, per latera, & confinia, sicut in libello ponerentur, vt dicitur in.l.si rē.ff. de rei vindi.& in.l.in actione.ff.de fur. Sequitur Pau.de Cast. consi.124. In cā, quæ vertitur corā pōtate ciuitatis in fin.lib.1.addens, ꝙ æstimatio singularum rerū poni debet, & hoc de æstimatione tenet ēt Sali.in.l.tutores.col.4.C.de admini.tuto. & tenet ētcum prædictis Practi, Papien.in for.libel.quo agi. ad rat. tut. in gl.in verbo in suo vltimo testamento col.3.& propte-
13 rea † tutor omittens facere inuentarium, dolo facere videtur, vt inquit Iuriscon.in.l.tutor.q. repertoriū.in prin. ff.de admit.tuto, & grauissimis pœnis subiicitur, nam nō conficiens inuentarium pōt tanquā suspectus accusari, & incidit in suspitionem furti rerum hæreditariarū, & torturæ subiici pōt, & cām dicit in carceribus; etiā si sit mulier, & perpetuam infamiæ notam incurrit, & iuratur contra eum in litē per pupillum iam maiorē effectū, vt ponit Roma.consi.118. Quo ád primū quo quæritur cuius virtutis secundo dub. Confectio inuentarij adeò visa est necessaria legislatori, vt ēt honorarius tutor ad idem teneatur.l.3.§.nec putet.ff.de admin.tuto.glo.in.d.l.tutor qui repertoriū in verbo fecisse.ff.eo. Sali.in.d.l.tutores. q.12.C.eo.& adeò hæc dispositio est æqua, vt ēt procedat de iure canonico, vt Feli. deducit in.c.ecclesia. S.Mariæ. col.19.prima declara.de constitu.& procedit ēt in clericis Fel.ibidem col.24.versic. sequuntur etiā alij similes, &c.
14 Capio nunc vltimū dubiū, in quo quæritur, an † mulier excusetur aliquo impedimento, & cōcludendum videtur, ꝙ in isto casu non excusetur, etiā quod aliqd' impedimētum probaret ex eo, quod scribit Bar. in.d.l.2.§.cōfestim causa. in fin.ff.ad Tertu.vbi ex illo tex.not.ꝙ mater non potest proponere legitimā cām post annum, & sic lapsus anni facit præsumptionem iuris, & de iure, ꝙ non habet legitimam excusationem, contra quam non admittitur probatio; sed tū quòd possit probari impedimentum, tenet contra Bar.Pau.de Cast.consi.362. Res ista modicam videtur secundum antiquam impressionem, ideo nō me fundo principaliter in hac decisi. Bar. sed dico, qd' debet esse tale impedimētum, quod durarit per totum annum, prout ibi sentit Pau. de Cast. Itē quòd tale impedimentū erat, aduersus quod nulla cadebat prouisio, vt sentit Alb. de Rosa.in.d.§.confestim, vbi dicit, quod ita demum subuenitur matri p̄p infirmitatem, vt ibi dicit Iuriscon. si p̄curator dari non potuit, arg. l.1.C.de diuer. & tempo. præscrip.& respōdet ad tex. in.l.2.§.si quis cau. vt ibi per eum. Idem dicit Bal.consi.288.quidam decessit lib.2.vbi videtur intelligere tex. in.d.§.cōfestim. qui excusat matrem propter infirmitatem, non habere locum, quando potuit mittere procuratorem; secus si nō potuit; qui mater fuit valde infirma propter epidimiam, & dicit pariter Sali.in.l.cum à matribus.C.qui.pet.tuto. ꝙ impedimentum necessarium excusat, vt ibi &.d.§.confestim, & ex eo infert, ꝙ tempore pestis, & mortalitatis hominum mater videtur excusata, si non petiit, idem si tempore guerræ nō venit de castro ad ciuitatem, vt tutorem peteret dari filio, ꝙ sanè dictum Sali.intelligo, qñ pestis, vel bellum toto anno perseuerarit, quia vbi impedimentum cessat, pariter cessat excusatio.l.1.§.dies.ff.quan. appel. sit.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter. &.l.sed si per prætorem.§. sed cum ferię. &.§.quotiens.ff.ex qui. cau. maio.l.Titia seio.§.rutas.ff.de leg.2.per quæ iura ita Alex.scribit consil.100.Super primo casu circa fin.lib.1.& secundū prædicta intelligo, quod scribit Bal.in.l.matres.C.ad Tertu. vbi dicit excusari matrem, si non potuit peritiores consulere, vel fortè ita erat antiqua, quod quodammodo erat extra memoriā, & excusaretur etiā mater, si posita fuisset in banno, & non petiisset tutorem dari filio; quia præsumitur ignorare, quæ fiunt in ciuitate, secundū Bal.per gl.ibi.in.l.planè.ff.de excu. tuto. & eodem modo si esset capta ab hostibus, vt scribit Ias. consil.53. Circa primum quæsitum, ad quem de iure col.4.lib.3.in casu autem nostro nullum tale impedimentum extitisse præsupponitur. Ex quibus omnibus apparet pronunciandum esse contra matrem, ex quo tutelam non suscepit, & quod deterius est; inuentarium non confecit; nec constat de aliquo impedimento successiuo per annum, quod procedit etiam, si
15 vtiliter, & solicitè administrasset, quū non † debuerit p̄cepta legis cōtemnere, sm̄ Bal.in.d.l.p̄cibus.col.5.versi.sed quid si mater. C.de impu. & latius in.d.l.matres. C.ad Tertu.& consi.189. In hac materia legis multum lib.1. vbi inquit, ꝙ gestor negotiorū pupilli debet esse cum titulo tutelæ, & non de facto, nec datur purgatio moræ, q̄a hic est dies, & pœna, vt ibi ipse latius prosequitur.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in obligationibus annuis est facienda de moneta currente non tempore cuiusque solutionis,*

sed de moneta currente tempore contractus; secus si debeatur pecunia ex salario, uel cōdemnatione.

2 *Legatum annum in pecunia, debet solui de moneta currente de tempore, quo factum est, licet ab obligationem nascendam inspiciatur principium cuiuslibet anni, adeo quod semel cedit dies pro omni tempore. Fallit, vt ibi.*

3 *Moneta in extinctione obligationū annualium datur antiqua, seu noua ad illius æstimationem; nisi præscriptio fiet in contrarium, vt nu. 4.*

5 *Decima, vbi debetur alicui ex priuilegio Pontificis, est de antiqua moneta soluenda, non de noua nisi secundum æstimationem antiquæ.*

CONSILIVM DCLXIIII.



Roponitur, ꝙ quum olim ecclesia Albensis deberet soluere hospitali pauperum Ciuitatis Casalis florenos. 25. conuentū fuit cum Reuerendiss. patre Andrea Episcopo Albensi, quum in dies moneta mutaretur, ꝙ pro dfr. oenis. 25. solueret scutos sex auri, q scuti sex sunt minoris æstimationis, & valoris, quàm essent in præteritum prædicti floreni. 25. Oritur nunc dubitatio, an d. conuentio fieri potuerit; quia ecclesia Albensis prętendit se læsam, propterea quòd non deberet soluere nisi de florenis currentibus tempore solutionis. Rectores aūt hospitalis contendunt, ꝙ deberet de moneta tēpore contractus, & sic quod ecclesia Albensis non modo nō fuit læsa; sed etiam subleuata, quum d. sex auri sint minoris æstimationis, quam essent d. floreni. 25. tempore obligationis, qui alias debebantur. Et mihi videtur, quod allegatio d. rectorum hospitalis sit iustior, stantibus his, quæ in facto proponuntur; quia † in obligationib⁹ annuis solutio est facienda de moneta non currente tempore cuiusque solutionis, sed de moneta currente tempore contractus, vt est tex. in. c. olim causam, de cēsi. vbi deciditur, quòd id, quod erat constitutum pro sinodatico, debet solui singulis annis de moneta antiqua, seu de noua ad æstimationem, antiquæ non autem de moneta currente tēpore solutionis cuiuslibet anni. Ad idem est tex. in. c. cū canonicis eo. tit. qui loquitur propriè de pensione debita ecclesiæ, est etiam de hoc bona glo. in. c. conquerente. in verbo duos solitos. de offic. ordin. quæ formaliter vult, ꝙ illi duo solidi, qui soluebantur pro cathedratico, debentur secundum æstimationem illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio solui consueuit; nisi circa solutionem minoris monetæ, quæ modo est in vsu, sit præscriptum. Eandem sententiam amplectitur Spec. in titu. de solu. §. nunc aliqua in fin. vbi vult, quòd salaria, & condemnationes solui debeant secundum præsentem monetam, sed vbi debetur ex contractu debetur moneta solui secundum æstimationem antiquæ. c. olim, de censi. Et idem tenet Hostien. in summa in titu. de censib. §. ex quibus causis versicu. Quid si moneta mutetur. Et dicit Bal. in. c. quanto colum. pen. versic. Quæro quid in annua obligatione

2 de iureiur. ꝙ † si alicui fiat annuum legatum in pecunia, quantum ad obligationem, ipsam in genere formatā inspicitur principium, & valor pecuniæ secundum illud tēpus, quia est vna obliatio pro omni tēpore, licet quantum ad obligationem nascendam inspiciatur principium cuiuslibet anni. l. stichum. §. stipulatio. ff. de verbo. oblig. taliter, ꝙ semel cedit dies pro omni tēpore, & retrorsum se habet secundum eum; nisi in vsufructu annuo, & alimentis; quia cedit dies in principio cuiuslibet anni, & nō simul, & semel, adeò ꝙ quot sunt anni, tot sunt obligationes. l. 1. ff. quan. dies leg. sed idcirco in annua obligatione semper solutio ad originem se refert; quia inde sumit vniformem, certam, & inuariabilem formam. Hoc

3 Idem † voluit Oldra. consi. 250. Factum tale est Bonifacius Papa, vbi loquitur in pensione, quā constituit Papa soluendam ab aliqua ecclesia alicui ecclesiæ, & ibi in. 1. q. determinat secundum supradicta, per text. in. d. c. olim. & in. c. cum canonicis. de censi. Accedat Pet. de Ancha. in clemen. si beneficiorum col. 1. de deci. vbi relatis opinio.

4 residet in hac sententia, ꝙ † decima, quæ debetur alicui ex priuilegio Pontificis per aliquod tempus, debet solui de moneta antiqua, seu de noua ad eius æstimationem, nisi præscriptio aliud inducat; quia moneta præsupponit certum pondus, formam, & materiā. l. 1. ff. de contrahen. emp. Sed vbi conuentio aliquid continet tacitè, vel expressè secundum id, quod committitur obligatio, sequitur exactio. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verbo. oblig. l. per agrum. C. de serui. & aq. ergo non licet soluere aliā pondere, forma, & materia. Item noua materia, & antiqua non habent statuere, imò differunt per augumentū, vel diminutionem, & ideò vna pro alia non soluitur. Item à principio obligationis videtur actū inter partes, vt de pecunia tunc currente soluatur. l. cum quid. ff. si cer. pet. Ergo mutatio non potest alterare obligationem, & solutionem, quæ habent in suo principio certam metam, & determinatam, & intrinsecam. Eandem tenet ibi Imo. col. 4. versic. Sed quid si sit moneta minorata, & ibi etiā Cardi. q. 11. Cū prædictis etiam transit Abb. latè cōsil. 56.

5 Quod solutio. 2. lib. vbi † loquitur in moneta, quæ debetur ex prouisione Papali, & legis dispositione; & respondet ad contraria. Quando autem fuisset præscriptum legitimo tempore, & cum bona fide, vt puta, quod esset solutum de minori moneta per 30. vel 40. annos, tunc procederet contraria opinio, vt dicunt Doctores in locis præalleg. & latè prosequitur Franc. Aret. consi. 111. Cōsideratis diligenter, quæ in puncto per totum. Quum igitur fuerit conuentum; quòd soluantur sex scuti d. hospitali, & sic in minori æstimatione quàm valerent. 25. floreni de moneta antiqua, non potest dici, quòd ecclesia Albensis fuerit læsa, imò hæc quærela competeret potius rectoribus d. hospitalis, ex quo ex d. transactione allegata, fuit imminuta solutio, quæ debebatur tempore obligationis contractæ. Et ex istis apparet non necesse esse ingredi articulum, an prælatus potuerit transigere in prejudicium successoris; quia vt dixi prælatus ecclesiæ Albensis non habet conquæri de contractu prædecessoris, quum ecclesia Albensis ex transactione allegata meliorem fecerit suam conditionem, & ita concludo pro d. hospitali Casalensi, cuius causa est valde fauorabilis, attento, quod redditus hospitalis in vsus pauperum conuertuntur. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Prohibens aliquem licitè quid facientem coadunatis hominibus armatis vim committit, & pœna. l. Iuliæ de ui pub. tenetur.*

2 *Vnio armatorum hominum semper in dubio præsumitur facta ad malum finem, & ex euentu incontinenti secuto ad delinquendum.*

3 *Arma deferens extra solitum, præsumitur habere malum animum, & de bello, & rixa cogitare.*

4 *Seditionis crimen qualiter committatur.*

5 *Vim publicam committit, qui coadunata turba armata aliquem aggreditur.*

6 *Illicitum non debet committi respectu liciti.*

7 *Nuncio non est credendum, vbi non constat de mandato, vel procuratione.*

8 *Vniuersitas, & collegium fieri non possunt inconsulto principe, alias sunt illicita.*

9 *Testi deponenti non verisimilia non est adhibenda fides; quia contra eum est presumptio falsitatis.*

10 *Testibus vilibus, & nulla tenentibus de facili non creditur, præsertim si habet alios testes contra se, & si sunt criminosi eis non creditur.*

11 *Vi publica tenetur nedum conuocans armatos, sed etiam conuocati.*

12 *Testi, qui fuit socius criminis, non creditur, quia consimili morbo laborat.*

13 *Conspiratio etiam facta ad licitum finem operatur, vt conspirator à testimonio repellatur.*

14 Pena

14 *Pœna. l. Iuliæ de ui publ. hodiernis temporibus qualiter imponenda.*

CONSILIVM DCLXV.



1 RECtè, & iuridice mouentur D. aduocati fisci, dum concludunt Alexandrum Gabianum ex eo, quod † collegit homines armatos ad prohibendum Michaelē Angelum ne in solo publico saltaret cum mulieribus ad sonum tibiæ, & tympani, quæmadmodum cæteri, & ita prohibuit cum suis socijs, repellendo etiam d. Angelum vsq; ad eius domum, in qua repulsione vnus, qui erat cū d. Michale Angelo, fuit vulneratus, teneri pœna. l. Iuliæ de vi pub. per iura per eos allegata.

Et vltra eos hoc idem ostenditur, nam vbicunque uis committitur, vim faciens in vis publicæ, vel priuatæ crimen incidit, vt inquit Iurifcon. in. l. hoc iure. ff. de regu. iur. In casu autem nostro uis publica est commissa in personam, nam qui prohibet aliquid licitè facientem, vim committit, etiam si prohibitus in præsentiarū cesset. l. 1. §. idem Labeo. ff quod vi aut clam. Ad idē tex. in. l. quo tutela. §. ui factum. ff. de reg. iur. & potest agi actione iniuriarum. l. iniuriarum §. si quis me prohibeat. ff. de iniu. in illis verbis. Eum, qui in publicum lauare, vel in cauea publica sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conuersari non patiatur, deinde, quod prædicta uis fuerit illata cum armis, est notorium, ergo pœna leg. Iuliæ de vi pub.
2 tenetur. Præterea ex alio capite eiusdem † legis de vi publ. tenetur; quia habuit homines in armis ad malum finem, quod est prohibitum. l. conuenticulam. C. de episco. & cler. l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confug. l. 1. C. de monopo. c. 1. §. conuenticulas. & ibi Bal. & alij de pac. iura. firma. ponit glo. in. l. 1. in verbo cohercetur. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. vbi Bald. in. 2. q. dicit, ꝙ in dubio præsumitur ad malum finem, Pro quo facit, quia cum vaio hominum armatorum sit regulariter prohibita, præsumitur dolus. l. si non conuitii. C. de iniu. l. 1. C. ad l. corn. de sicca. c. 1. de præsum. & in terminis congregationis ponit Alex. in consi. 111. Ponderatis verbis col. 1. lib. 1. & hoc etiam ostenditur ex euentu incontinenti secuto, nam vbi quam primum Michael Angelus cæpit mulierem manu, vt cum ea saltaret, fuit statim prohibitus, & ex breuitate temporis præsumitur etiam delictum, vt per Bart. in. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi. cū suis concor. & tradit in specie Aegi. Bos. in loco allegato per
3 D. Calorium. Mouet me etiam illud, nam † si singularis persona, quæ portat arma præsumitur habere malum animum, vt Bal. dicit in. c. 1. §. si quis rusticus. per glo. ibi in verbo mercator de pa. tenen. & dicit Bald. in. l. 1. col. 2. C. de ser. fug. qui se armat præsumitur de bello, & rixa cogitare, quid dicendum est de eo qui conduxit multitudinem armatorum, vbi ducendæ erant correæ, quum locus ille, & tempus arma non postularet, dicemus ne illū nihil mali in animo gessisse, ac non potius de vi inferenda cogitasse? Item d. Alexander † crimen seditionis in-
4 currit, incitando populum dicendo, Orsu soldati arme arme adesso e tempo, sicut dicitur de eo, qui clamat foras foras, arma arma. Barto. in l. capitalium. §. solent. ff. de pœn. & de his, qui eleuauerūt vexillum, & pulsarunt cāpanam, vt puniantur tanquam in citatores seditionis, tradit Bar. in. l. aut facta. §. fin. ff. eod. tit. & de his qui concitant populum dicendo viuat, vel moriatur, ponit Bal. in l. data opera col. 4. C. qui accu. non pos. Vnde etiam pariter tenetur. l. Iulia de vi pub. nam vt inquit Iurisc. in. l. 3.
5 ff. ad. l. Iul. de vi pub. † Vim publicam committit, qui turbæ, seditionis faciēdæ causa consilium iniit, seruos liberos ue homines in armis habuerit. Accedat prædictis, q̄ scribit Bal. in. l. 1. col. pen. ff. de iust. & iu. vbi inquit, quod facile turbatur status reipub. turba coadunata, id est decē hominibus, vel pluribus ad idem seditium committendū, nam turba dicta est à turbatione, adducit tex. in. l. prætor. 2. in prin. ff. ui bo. rap. Non obstant modo defensiones d. Alexādri, & primo dum prætendit se congregasse d. ho
6 mines armatos, qui † erant de militia Illustrissimi Principis ex literis Illustrissimi Comitis Theodori magistri militum, quod teneret milites unitos, & paratos ad omnem eius requisitionem; quia propter hoc non sequitur, quod deberet eos ducere ad correas, nihil enim habent commune correæ cum militia, imò contrarium est id, militiæ, vt inquit, Poeta quidam.

Eneruant animos hominum citharæq;, lyreq;,
Tibia, & ad certos tympana pulsa modos.

Non ergo fuit de intentione magistri militū, vt illic eos duceret, sed vt eos simul vna haberet ad exercitium aliqd militare, ipse autem Alexander abusus est hac potestate, vt iniuria d. Michaelem Angelum afficeret, sicut res ipsa docuit, ad quod bene seruiūt verba And. de Iser. in. d. c. 1. §. conuenticulas. de pac. iu. firm. nam dum ibi prohibet Imperator fieri conuenticulas occasione parentelæ, id est, vt parentelam ordinarent, fiebant congregationes ad eum finem, vt pacem frangerent, & publicum statum reipub. turbarent. Vnde hoc prohibet Imperator; quia secundum eum non debet ratione liciti, fieri, quod est illicitum. l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccle. Sic dicam in proposito, Alexandrum ratione liciti voluisse facere, quod erat illicitum, & sic vsum esse occasione ad malam causam, vt prosequitur ibi And. de Iser. Non obstat etiam quod d. Alexander transmiserit nuntiū d. Michaeli
7 Angelo, q̄ eidē nunciaret, ꝙ iuuētus nolebat ꝙ † saltaret; quia respondetur, ꝙ ꝓ hoc d. Michael Angelus non tenebatur desistere, & tali nuncio non tenebatur credere, ꝙ iuuentus hoc nollet, nisi fieret fides de mandato, aut procuratore. c. cām. de elec. l. nomen. C. quę res pigno. oblig. pos. l. si quis inficiatus & ibi Bar. ff. de po. & tradit Bar. in. l. ꝙ te. col. 3. versi. Venio ad vltimū. ff. si cer. pet.
8 Præterea † iuuentus non est aliud, quam pars populi, quę differt à cæteris rōne ætatis, vñ nō video, quomodo iuuētus hoc potuerit mandare, quū non possit habere vniuersitatē, vel aliqđ corpus vno in loco congregata, quū oēs vniuersitates, & collegia sint illicita; nisi fuerint concessa authoritate principis. l. 1. in prin. ff. qđ cuiusq; vniuers. nomi. l. 3. §. 1. ff. de colleg. illi. Nō obstant testes in cōtrarium adducti per d. Alexandrum, quia respondetur, quòd
9 † nō deponunt verisimilia; quia deponunt, ꝙ d. Michael Angelus prior insultauit d. Alexandrum, & non est verisimile, quòd ipse inermis habēs ibi paucos fauentes præsentibus militibus armatis voluerit aggredi eorum Ducem, & testi non deponenti verisimilia nō creditur. l. ob carmen. §. si testes. ff. de testib. vbi Iuris. cō. inquit testimoniis esse credendum, qui rei aptiora, & vero proximiora iudex cōperierit, & quibus lux potius veritatis assistit, & dicit Abb. formaliter in. c. qā verisimile. circa fin. de p̄sum ꝙ contra testes deponentes non verisimile est p̄sumptio falsitatis, & sic non faciunt fidē, nisi sint tales, de quibus non sit verisimile, ꝙ debeant deierare; vel nisi habeant aliquā p̄sumptionē, puta famā, vel quid simile, & ad hoc
10 reputat illū tex. esse notan. quantū ergo minus † credendum his testibus, qui sunt viles, & nulla tenētes, præsertim, quū habeant testes contrarios, & fictam confessionē d. Alexandri virtute decreti, & qui non carent suspicione gratiæ, quū sint milites eiusdē Alexandri, ad quod iudex debet animaduertere, vt habetur in. d. l. ob carmen. §. si testes, multi etiam eorum sunt criminosi; quibus non est
11 credendum. c. testimonium. de testib. Sed † quod fortius isti oēs non modo diuerso crimine, sed et eodem tenentur, quū fuerint ex illis, qui venerunt ad vim faciendam, & vim fecerunt, nam non minus, hi qui conuocati sunt, eadem. l. Iulia tenentur, quam qui eos cōuocarunt. l. nec
12 interest. ff. ad. l. Iul. de ui priua. Vnde † quū sint socij criminis repelluntur à testimonio. c. veniens. 1. de test. l. quoniam liberi. C. eo. l. si filium cum gl. C. de libe. cau. not. in l. fi. C. de accus. Ad qđ etiā facit optimè text. in. c. p̄sonas. de testib. vbi consimili morbo laborantes ad testimoniū non admittuntur, vbi glo. Io. And. & cæteri Scrib. exponunt, consimili morbo, id est crimine. Amplius dicit Inn.
13 in. c. cum l. & A. de re iudic. ꝙ † etiam vbi conspiratio facta est ad licitum finem, conspirator à testimonio repellitur, sequitur Bald. in. c. 1. §. conuenticulam. col. 1. & ibi etiam Afflic. de pac. iur. fir. Ex quibus omnibus concluditur iunctis etiam his, quæ dicuntur per D. aduocatos fisci. l. Iulia. de vi pub. d. Alex. teneri; & † damnato
14 de vi pub. aqua, & igni interdicitur. l. qui dolo. in. fi. ff. ad l. Iul. de vi pub. cuius loco est hodie deportatio, vt ibi gl. dicit, & quia ēt hodie deportatio non est in vsu, similis pœna est applicanda, vnde damnandus esset ad triremes. Iste autē, sententia primi iudicis medriocri quadam pecuniarum quantitate damnatus fuit. Vnde leuitate pœnæ

procurator fisci merito appellauit, & in his criminib us de vi, iudex deberet esse seuerior, quantum ego sentio; nihil enim tam est contrarium iuri, (vt inquit Cicero) quã uis, nam ideò leges cõstitutæ sunt, ne qui fortior, & validior esset manu, per se, aut alios improbos tenuiores opprimeret, & posset omnia, lenitate autem pœnarum fit, vt improbi audeant quodlibet, & vim adhibere conẽtur Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testium pauperum triplex species, & quando eis credatur.*

2 *Testes viles, & artifices, licet admittantur ad testimonium sine tortura, tamen illis minus creditur, quam alijs.*

3 *Pauper quot modis quis esse dicatur, & ad iudicãdum quẽ esse pauperem, vel diuitẽ, an inspiciatur valor patrimonij, uel fructus ex eo prouenientes.*

4 *Accusatus de crimine fit infamis infamia facti, nisi doceat de absolutione, quod fortius procedit in inquisito, & quare.*

5 *Testibus inquisitis de crimine, tanquam infamia facti notatis, minus creditur, condemnatis autem, vti infamibus iuris infamia, nihil; imò a testimonio repelluntur.*

6 *Testis cõditio diligẽter ex officio per iudicẽ inuestiganda est, ad se, & eius conscientiã instruendum.*

7 *Testi non deponenti plenè factum, nulla est fides adhibenda.*

8 *Sciẽtia alicuius actus vbi requiritur, debet haberi cũ qualitatibus suis, & nõ sufficit in gñe scire rẽ gestã, nisi quis etiã sciat rem sic esse gestam.*

9 *Testes viles, & pauperes; vbi ditiores, et honestiores haberi possunt, producenti adest suspicio falsitatis, & vbi vnicus tantũ testis producitur super casu, vbi possunt verisimiliter plures testes cõcurrere, non defertur iuramentum suppletiuum.*

10 *Exemplo non creditur, quando potest produci originale, & non producitur.*

11 *Testi non verisimilia deponenti non creditur, quum quod nõ est verisimile, sit quædã falsitatis imago.*

12 *Verisimilitudo in actibus hominũ attendenda.*

13 *Socius criminis pro socio non dicit testimonium, remissiuè.*

14 *Pœna l. Iuliæ de vi pub. quomodo de iure antiquo, & qualiter hodie sit imponenda.*

15 *Banniti nostri temporis cum publicatione bonorũ æquiparantur deportatis.*

16 *Pœnę deportationis vbicunque imponitur a lege, ibi bannũ debet imponi cũ publicatione bonorũ.*

17 *Bannitus, & deportatus in quibus differant, & in quibus conueniant.*

CONSILIVM DCLXVI.



Voniam fertur, quòd omnis controuersia, quam habet procurator fisci Magni. D. Tongi cum Alexandro Gabiano dicitur consistere in testibus pro eo examinatis, idcirco ad corroborationem eorum, quæ prius dicta sunt, & ad reprobationem vberiorem d. testiũ hæc pauca subiicienda putaui. Et in primis, illud est clarissimum, quòd intentio fisci remanet fundatissima vigore decreti, quod habet contumacem pro confesso, & cõuicto, & sic tenetur d. Alexander ex propria confessione, quæ licet sit ficta, tamen effectum habet veræ confessionis, vt in prioribus scriptis dictum est. Restat tantummodo, vt videatur, an in causa appellationis d. Alexander probauerit innocentiam aduersus d. confessionem, & sic probauerit rem aliter se habere, quàm confessus fuerit, per testes eius parte productos, & examinatos, & in hoc concludendum est, quòd innocentiam suam non probauerit; quia præfati testes multis defectibus laborant, ita vt non sit eis credendum. Primo, prædicti testes ferè omnes nihil, aut parum habent in bonis, vt patet in eorum
1 depositionibus; & in hoc considerandum est, quòd† aut testis pauper est bonæ famæ, aut neutrum, id est, nec bonę, nec malæ, si est bonæ famæ creditur; quia paupertas non est de genere malorum, sin malæ non creditur, si aũt nec bonæ, nec malæ minus creditur, ita colligitur ex his, quæ scribit Cald. in. c. si quis test ium. de testi. Sal. in. l. 3. 1. not. ff. de testib. & ideo Iuriscõ. in. d. l. 3. in prin. inquit, quòd iudex explorare debet, an testis locuplex sit, vel egenus; & subdit glos. hoc ibi esse, quia pauper facilius corrumpitur, & idem dicit glo. in. §. sancimus autem in verbo diuitiarum. auc. de testib. & dicit Bart. in. l. ex libero.
2 ff. de quæstio. q† quando testes sunt viles artifices, facientes viles artes, admittuntur ad testimonium sine tortura non tamen adhibetur eis tanta fides sicut aliis. d. l. 3. de testib. & dicit Bar. in. l. illicitas in fin. ff. de offi. præs. quod quantum ad fidem habendam paupertas non prodest, sed nocet. d. §. sancim⁹ auc. de testi. sed isti nõ possunt negare se esse viles artifices, quia sunt agricolæ, coloni, & merce
3 narij. Itẽ non possunt negare se esse pauperes; quia† pauper dicitur, qui non habet in bonis vltra quinquaginta aureos. l. nonnulli. ff. de accu. & dicitur etiã pauper, qui non habet in bonis tantum, quantum est valor causæ, gl. §. si vero absunt in verbo substantiam, & ibi Ange. auc. de hære. & falci. sed isti non habent in bonis tãtum, quãtum valet id, de quo est quæstio attenta magnitudine criminis intentati, & iam Alexander fuit condemnatus in scutis centum, quæ tamen pœna adhuc est leuior, vt infra dicetur, dicitur etiam pauper, qui sic laboribus est implicitus, vt eum tota die in agro esse oporteat, ita formaliter inquit gl. in. §. sed & pp paupertatem, Inst. de excu. tuto, & qui de proprio viuut artificio dicũtur inopes, vt Abb. dicit in. c. quod super his. 3. not. de vot. Sed isti testes sũt huiusmodi, ita pp eorum paupertatem eorum fides extenuetur, posito quòd non essent malæ famæ. Est etiam considerandum, quòd an quis dicatur pauper, vel diues, debet inspici, quantum ex eius patrimonij fructibus põt redigi, non aũt quantum ex venditione rerum redigeretur, tex. est, quem ibi Bar. reputat mirabilem, & singularẽ in. l. qui bonis. ff. de cessio. bono. Facit text. in. l. fi. §. ipsũ autẽ: & ibi Bal. ad hoc not. C. de bon. q̃ lib. Præterea isti testes sunt malæ famæ, attento quòd sunt socij criminis, vt inferius dicetur. Præterea, quidam ex prænominatis te
4 stibus sunt† inquisiti de grauibus delictis, & clarum est, q vbi quis est accusatus de criẽ, eo ipso statim grauata est eius opinio, & sic est infamis infamia facti, nisi doceat de absolutione. c. fi. de test. l. reum. C. de procu. l. reus. ff. de mu. & hono. glo. in c. omnipotens. de accu. Istud multo magis procedit in inquisitione, quia inquisitio non fit nisi contra diffamatos; accusatio autem, & denunciatio est in opinione cuiusque, & hac rationem elicio ex d. ctis
5 Inno. in. c. accusatum. de simo. Sed † infamis infamia facti in grauibus causis, quales sunt criminales, saltem non est testis integer. l. Cassius. ff. de sena. & not. in. l. 3. §. duæ causæ. ff. de Carbo. edic. Bar. in. l. cunctos populus. 9. opp. & ibi Bal. & alii. C. de sum. tri. & fi. catho. & ita in testibus inquisitis, vt eis minus credatur, scribit Alex. cõsi. 152. Viso processu causæ col. 3. lib. 5. Quidam etiam ex dictis testibus fuerunt condemnati, & sic sunt infames infamia iuris, & tales a testimonio repelluntur. l. 3. §. lege Iulia. ibi publico iudicio damnatus. ff. de testib. l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infa. glo. in. c. super eo. 1. de testib. De his autem constat ex processibus exhibitis, &
6 vlterius † conditio testis debet diligenter ex officio inquiri per iudicem, vt inquit text. in d. l. 3. in prin. & ibi gl. in verbo inimicitiæ. ff. de testib. & glo. in. l. 1. §. si præses per illum tex. ff. de magist. cõue. Bar. in. l. 3. §. [illegible] autem. col. 3. ff. de dam. infec. Inno. in. c. intimauit. de testib. & Aret. in. l. in illa. col. 5. ff. de verbo. obliga. dicens, quòd iudex potest se informare ex officio ad instruẽdum conscientiam suam, quantum testi credi debeat, & cui magis credat, & dicit hoc etiam posse fieri parte non citata;

tata; quia hoc dictat ratio, & facit hoc solum, vt informet
7 conscientiam suam, Quidam † etiam testes non deponũt plenè factum, vnde eis nulla fides venit adhibenda, glo. in. l. Lucius in verbo debeant. ff. de infa. quam glo. sequitur. Bal. in. c. 1. §. sacramenntum. col. 1. versicu. Et vnum scias, quòd testi, de consue. rec. feu. Roman. consil. 305. Quo ad septimum circa finem. Pro quo facit, quia non
8 sufficit scire in genere rem gestam, nisi quis sciat rem sic esse gestam, glo. in c. concertationi. in verbo sciuerit, quã ibi not. Domi. de appel. in. 6. & sequitur Roma. cõsi. 343. Ex proposito themate circa fin. Alex. consi. 114. Ponderatis his. col. 2. lib. 1. dicens, ꝙ vbi requiritur scientia alicuius actus, debet haberi cum qualitatibus suis, & illam glo. habet etiam pro nota, Fel. in. c. quo ad consultationem. col. pen. de re iudi. Mouet me etiam illud; quia vbi
9 † fiunt huiusmodi saltationes sub vmbraculis totus ferè populus concurrit, vel spectandi gratia, vel saltandi; vnde cum Alexander non produxerit ex tanta multitudine honestiores, & digniores, & locupletiores testes, qui hoc poterant testificari; sed tantum pauperes, viles, & infames, hoc ipsum facit suspicionem falsitatis in testibus per ipsum Alexandr. productis, & examinatis, sicut in simili dicit Bar. in. l. admonendi. col. 8. versi. item hoc intelligo verum de iureiur. ꝙ quando quis producit tantum vnum testem super casu, in quo verisimiliter plures testes possũt concurrere, non defertur iuramentum suppletiuum; quia contra producentem tantummodo vnum testem militat
10 suspicio, & ibi Bart. adducit etiam illud simile, ꝙ † non creditur exemplo, quando potest produci originale, & nõ producitur. l. fin. C. de fid. instru. & sequitur Bald. in. l. in bonæ fidei col. 2. versi. Alii dicunt, quod vnus testis. C. de reb. credi. & in. l. de quibus. col. antep. versic. Sed nunquid si testis. ff. de. ll. Ant. de But. in. c. fin. de iureiuran. & Ang. in. d. l. admonendi. col. pen. versi. Et circa istum articulum. ff. de iureiu. Sed & fortius dicitur istis testibus nõ
11 esse credendum, quia † testibus non deponentibus verisimilia, fides omnis abrogatur, vt dixi in prioribus scriptis, allegando tex. in. l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi & Abb. qui hoc expressè dicit in. c. quia verisimile vltimo not. de præsum. Alex. consi. 50. In causa, & lite col. fin. lib. 5. & dicit Bald. in. l. testium colum. fin. C. de testib. iudicem sequi debere, quæ vero sunt proximiora; quia experimentum verorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis, & quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago, vt inquit Bald. in. 1. col. 3. C. de ser. fug. quod etiam antiqui oratores, qui causas agebant, viderunt, Vnde M. Cicero in oratione pro M. Fonteio scripsit prælarè iudices non ideò; quia testes aliquid dicunt, sine vlla dubitatione credere, sed existimare, quid fictum, quid fortuna, ac tẽpore allatum, quid precio corruptum, quid spe, aut metu deprauatum, quid à cupiditate aliqua, aut inimicitijs profectum videretur, quæ si omnia iudex non amplectatur animo, consilio, ac mente circunspiciet, si quicquid ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitratur, profecto satis erit non surdum iudicem huic muneri, atque officio præesse, vnum est enim, & simplex aurium iudicium, & promiscuè, & communiter stultis, ac sapientibus à natura datum, nihil erit. Quem ob rem ille nescio quis sapiẽs homo, ac multarum rerum peritus ad res iudicandas requiratur. Demosthenes etiã summus gratia orator hunc eundem locum tractans de testimoniis, inquit actorem, siue reum impetrare posse ab aliquo homine impudenti, vt sui causa mentiatur in testimonio, & falsum dicat, non tamen vnquam impetrabit, vt eius dicto iudices credant; quia hoc non in teste, sed in iudicibus residet, qui prospicere debent ex signis, & coniecturis verisimilibus, quantum testibus credendum sit, & istud est etiam, quod inquit Iuriscon. in. l. 3. ff. de testib. vbi formaliter dicitur, tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus, qui, & cuius dignitatis, & cuius æstimationis sint, & qui verisimiliter uisi sunt dicere, vtrum vnum, eundemque præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogaueras, ex tempore verisimilia responderint. Sed in proposi-
12 to, quæ † verisimilitudo est, ꝙ Michael Angelus, qui venerat eo animo, vt saltaret cum mulierculis vna cum cæteris, voluerit inermis, & paucis comitatus aggredi prior Alexandrum capitaneum militiæ, quem videbat tantam copiam hominum armatorum adduxisse; sed econtra bene verisimile est, ꝙ Alexander illic adduxit armatos, vt prohiberet Michaelem Angelum à saltatione, seu tripudio, ꝙ ex eo colligitur; quia incõgruo loco, & tempore deduxit illic armatos, non enim ille locus, & tempus poscebat armatos, quum ibi homines conueniant voluptatis gratia, & non animo belligerandi; quinimo ea deponunt tanquam grauia cũ sint impedimento saltantibus, & tripudiare volentibus. Itẽ ex breuitate tẽporis; quia statim prohibuit d. Michaelẽ ab actu licito, & ex breuitate tẽporis maleficiũ p̃sumitur. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. credi. & ibi Bar. Et quo animo quicqd sit gestũ, ꝓximus actus sequens demonstrat. l. sed Iulianus. §. ꝓinde. ff. ad macedo. & ad prædictorũ confirmationẽ bene facit, quod scribit Inno. in. c. super hoc. in verbo reposcẽtibus. de renunt. vbi dicit, non præsumi, qđ potentior sit per vim spoliatus à minus potente. Cõsiderandũ est etiã, ꝙ testes fisci deponunt, quod dixit za, za soldati, arme, arme che adesso è il tempo, quæ sanè verba ostendunt tractatum p̃cessisse. Et in hoc testes fisci, & eiũs ficta confessio non reprobantur per testes ꝑ eum examinatos. Vl-
13 timo, † contra d. testes opponitur, ꝙ sunt socij criminis; quia sunt de illis, qui auxiliati sunt ad vim inferendam, & vulnerandum, & sicut criminoso non creditur, multo minus ei, qui criminis societate cum reo coniunctus est, & eodem morbo laborat, vt dictũ est in priorib⁹ scriptis, ad quæ me remitto. Cæteri vero testes, qui sunt extra numerum militũ d. Alexandri examinati in loco Montiscalui, q in re interfuerunt, non nocent fisco, & dato quod non accusent d. Alexandrũ non tñ excusant. Postremò, quia d. Alexander fuit punitus leuius ꝑ iudicem primæ causæ, quã oportet, & ideo fuit parte fisci appellatũ, viden-
14 dum est, quã pęna iustè † veniat puniendus, & de hoc est tex. clarus in. l. qui dolo. §. fi. ff. ad. l. Iul. de vi pub. vbi dicitur, damnato de ui publica, aqua, & igni interdicitur, Veruntamẽ hæc aquæ, & ignis interdictio hodiè non est in vsu, sed sm̃ canones eius loco successit excõicatio, de qua habetur, in. c. pastoralis. de appel. sed secundum ius ciuile eius loco successit deportatio in insulã. l. 3. ff. ad. l. Iul. pecu. & ita dicit gl. in. §. minor, seu media. Institu. de cap. dimi. Imo. in. l. 2. col. 1 versi. extra gl. ff. de pub. iudi. deportatus aũt, & si retineat libertatem, tñ ciuitatem amittit, & bona. d. l. 3. ff. ad. l. Iul. pec. l. 2. ff. de interd. & releg. Et qa hodie deportatio non est in vsu, eius loco successit bãnũ
15 cum publicatione bonorum; nam † banniti nostri temporis cum publicatione bonorum æquiparãtur deportatis, glo. in. §. relegati. Insti. quib. mod. ius pat. potesta. sol. Et idem tenet Spec. in tit. de act. & reo. §. 1. versi. Item quid est bannitus Bar. in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebe. & in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. cum aliquali distinctione, & latè ꝑ Scrib. in. l. 1. C. de hæred. insti. Vñ
16 dico, ꝙ † vbicunque pœna deportationis imponitur à lege, bannum ibi imponi debet cũ publicatione bonorũ; nam vbicunq; iudex habet arbitrari pęnã simpliciter, debet ꝓcedi de similibus ad similia, clem. 1. §. volumus. de pœn. c. non solum in fi. de regu. in. 6. Ant. de Butr. in. c. in causis. col. 1. de offi. deleg. vbi ad hoc allegat glo. quam dicit esse singularẽ in. c. inquisitionis. in verbo alioquin, de accu. & sequitur Fel. in. d. c. de causis. 2. not. & ibi etiã
17 Dec. col. 6. Sed † bannitus cum publicatione bonorum habetur instar deportati, nã similis est deportato, in eo, ꝙ exulat à propria ciuitate; item est similis deportato, in eo, ꝙ perdit bona; bannum tñ habet minus, q̃ deportatio; quia deportato assignatur vnus locus, cętera loca interdicuntur, ꝙ est contra in bãnito; quia vnus locus tantum modo interdicitur, cæteri ꝑmittuntur, vt per Bald. in. l. 1. col. 7. versi. scias autem, ꝙ Iaco. de Are. C. de hære. insti. Ex prædictis igitur concluditur, procedendo de similibus ad similia, ita faciendum esse in hoc reo, vt reformando primam sñiam, imponendum sit ei bannum cum publicatione bonorum. Quãuis enim deportatio non sit in vsu, tñ pęna similis pro eodem crimine potest imponi, vt nudus exulet à patria, non obstante, quod hæc pœna sit minor, quã deportatio, vt superius est ostensum, postquam alia congruentior imponi non potest. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio concepta in casu mortis plurium filiorum sine filijs decedentium, non habet locum, vbi vnus solus nõ natis alijs, est mortuus sine filijs.*

2 Plu-

2 *Pluralitas de suo significato nõ põt in vno saluari.*

3 *Substitutio facta filio nato, & partui nasci turo institutis, siue masculus, siue masculi nascerentur, et decederent sine filijs in pupillari ætate, non verificatur, si nata fuerit fœmina.*

4 *Verba tunc, & eo casu posita in dispositione, operantur, ne dispositio ad alium, quam expressum casum extendatur, etiam similem.*

5 *Substitutio vulgaris expressa licet trahatur ad similes casus, tamen fallit, vbi apposita sunt verba tunc, & eo casu, quæ stant taxatiuè.*

6 *Substitutio facta de duobus, vel plurib⁹ posthumis nasci turis, non habet locum, quando vnus tantum esset natus.*

8 *Substitutio de restituendo alteri hæreditatem, tanquam odiosa, & iuri naturæ resistens, est strictè intelligenda.*

8 *Dispositio de casibus simplicibus in institutionibus, cõprehẽdit casum mixtũ; secus in substitutionib⁹.*

9 *Substitutio facta si posthumus non nascatur, non habet locum in posthumo, si nascatur, & non sit hæres, & econuerso si facta sit filijs, si nascantur, non extẽditur ad filios non natos.*

10 *Substitutio facta filijs nasci turis, non procedit vbi nulli nati sunt filij, eo quia facta sub cõditione voluntaria, quæ ad casum ẽt illi similẽ nõ extẽditur; sed eius cõditio debet impleri in forma specifica.*

11 *Conditio vbi est minimè implenda in ipsa re, vel circa ipsam rẽ, de qua fit dispositio, nõ scinditur, sed in totum est implẽda, secus si veniat implẽda in ipso, vel circa ipsum, de qua disponitur.*

12 *Ius accrescendi locũ habere non põt, quũ sit quædam substitutio, substitutione cessante, præsertim vbi appositæ sunt dictiones taxatiuæ.*

13 *Pluralis locutio, quomodo, & quando in singularitatẽ resoluatur.*

14 *Conditio respiciens personã eorũ, cui fit substitutio, non potest scindi, neque diuidi.*

15 *Substitutio. In substitutionibus omissum debet haberi pro omisso, licet in omisso versetur eadẽ æquitas, q̃ in expresso, & etiam si verisimiliter præsumatur, quòd testator, si fuisset de eo interrogatus idem respondisset.*

16 *Testator non præsumitur velle, quod non loquitur, & talis voluntas debet concipi ex verbis ipsius testatoris.*

CONSILIVM DCLXII.



DE viribus substitutionis antescriptæ quæritur, videlicet vtrum euenerit casus substitutionis prouisus à testatore, adeò ꝙ Catherineta vxor. q. Petri & mater eiusdem testatoris possit succedere ex d. substitutione. Et omissis argumentis ad partes, mihi videtur casum nõ euenisse. Pro cuius rei demonstratione assumo id, qđ eleganter scribit Pau. de Castr. consi. 219. Visis, & consideratis, quæ supra narrata sunt in princ. 1. secundum nouissi-
1 mam impressionem, nam † in casu suo fuit concepta substitutio in casum mortis plurium masculorum institutorum, Videlicet Nicolai iam nati, & posthumi, seu posthumorum nasciturorum per illa verba, & si contingat d. Nicolaum, & aliũ, seu alios decedere sine liberis, &c. Quia ergo secundum eum testator loquitur per copulam, &, nõ autem per disiunctiuam, seu, requiritur ad hoc vt vendicet sibi locum substitutio, quòd sine liberis decedat non solum ipse Nicolaus; seu etiam alii, sed alius nasciturus, & sic requiritur concursus duorum decedentium sine liberis ꝑ naturam copulæ. l. si hæredi plures. ff. de conditio. institu. si ergo alius masculus non fuit natus, mori nõ potuit; quia solus viuẽs moritur. l. qui duos. ff. de manu. test. mors namque est priuatio vitæ, & eã soluit. §. deinceps. in auct. de nupt. & vbi non est vita, & sic habitus, nec priuatio esse potest. l. decem. ff. de verbo. oblig. l. manumissionis. ff. de iusti. & iu. Quia ergo solus Nicolaus mortuus est sine liberis, conditio non extitit, quæ concepta fuit in casum plurium filiorum morientium sine filiis, & qui casus tanqum omissus habetur pro omisso. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. & subdit ibidẽ Pau. de Cast. quòd ita expressè determinat Ioan. And. q. quam dicit habuisse de facto, & ita fuisse iudicatũ in addi. Spec. in titu. de teste. §. in primis iu magna addit. 4. q. & allegat
2 quòd † pluralitas de suo significatu nõ potest in vno saluari. l. legato. §. qui plures. ff. de lega. 2. coniuncta. l. meuius. §. cum qui eo. tit. & quòd in solu. earum not. & facit. l. 1. cum simil. ff. de opt. lega. Veniendo modo ad rem nostram, testator instituit Iacobum Mariam eius filium
3 † legitimum, & naturalem, & partum nasciturum de vẽtre prægnante Innocentiæ eius vxoris, quæ masculũ, seu masculos pareret æquis portionibus, & quatenus d. eius hæredes vt supra instituti decederent in pupillari ætate sine filijs legitimis, & naturalibus, & à se natis; tunc, & eo casu vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit Catherinetam vxorem. q. Petri, & matrem ipsius testatoris. Hoc modo se habent verba testamenti, & præsupponitur in facto, quod ex Innocentia vxore testatoris nullus fuit natus masculus, sed tantum filia fœmina, vnde sumus propriè in terminis Pau. de Cast. quia hic etiam testator instituit Iacobum Mariam natum hæredẽ, & posthumum, seu posthumos ex ventre vxoris nasci turos, masculum, seu masculos, & nullus masculus est natus ex ventre vxoris, sed filia tantum fœmina, & postea in substitutione eos coniunxit, dũ dixit, quòd quatenus d. eius hæredes vt supra instituti sine filijs à se natis; &
4 † tanto fortius id procedit in casu nostro ꝑ illa verba tunc, & eo casu posita in substitutione, quæ verba faciũt, vt substitutio ad alium casum, quam exꝑssum extendi nõ possit, vt inquit Petr. de Anch. consi. 356. Ex serie testamenti col. 2. versi. Tertio hoc ꝓbat. Tradit Roma. consi. 131. prima dubitatio. in prin. vbi inquit, ꝙ ista verba, tũc, & eo casu, apposita in substitutione plurium, mortis denotant extremitatem; & sic extremum vitæ diem, & qđ non sufficit, ꝙ extremus vitæ dies aduenerit in ꝑsonam vnius tantum, nisi aduenerit in omnium ꝑsonis copulatiuè, ex quo ista verba sunt adiecta pluribus determinabilibus, vnde debent pariter, & vniformaliter determinare, vt ibi ipse latius ꝓsequitur, & idem repetit consil. 138. Noua superuenit. circa prin. & idem etiam dicit Soci. de istis dictionibus, tunc, & eo casu, vt stent taxatiuè, ita qđ substitutio non extendatur ad alium similem casum, quũ de natura dictionum taxatiuarum sit excludere alios casus ꝑter inclusum, consi. 259. Visis, & consideratis col. 3. versic. Confirmantur ꝑmissa lib. 2. & dicit Dec. in. l. quã-
5 uis. col. 2. C. de impub. & alijs subst. quòd † licet vulgaris expressa trahatur ad alios casus similes, hoc tamen ꝓcedit, vbi sunt apposita illa verba, tunc, & eo casu; quia stant limitatiuè, & taxatiuè, & latius hoc idem ꝓsequitur Dec. consi. 315. Supioribus diebus col. 1. versi. Confirmatur hoc, quia clarum; vbi etiam ponderat, quòd ista verba, tunc, & eo casu, sunt geminata, quæ efficatius operantur, ideò dicendum videtur in ꝓposito, quòd conditio expressa in casu natiuitatis, non potest trahi ad non natiuitatem. Secundo assumo fundamentum ex decis. Io. And. in addit. sũpius alleg. & fuit hæc decisio † Oldra. cõsi. 142. Factum tale est, testator habens vxorem, à quo more suo Io. And. sumpsit tacito authore, & etiam refert, & sequitur formaliter Albe. de Rosa. non faciens mentionem de Oldra. in. l. ꝑcibus. col. 22. versi. Iterum quæro de alia. C. de impub. & al. substi. & sequitur Paul. de Cast. in ꝑalleg. consi. 219. & Alex. in consi. inferius alleg. & §. Soc. etiam in consilijs, quæ inferius adducam, nam volunt prædicti Docto. ꝙ substitutio facta de duobus, vel pluribus posthu-
6 mis nasci turis, non habet locum quando vnus tantum esset natus, & sic aptissimè sentiunt, ꝙ appellatione filiorum natorum non veniunt non nati, & dicunt hoc maximè procedere, quando agitur de odio, quasi sentiant, ꝙ etiam si agitur de fauore, nihilominus substitu-

7 tio non habet locum; sed † substitutio de restituendo hæreditatem alteri est odiosa, secundum Docto. vbiq; ; quia continet onus, & grauamen. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. & vlterius stricte venit intelligenda; quia aufertur hæreditas ab his, quos lex naturæ, & coniunctio sanguinis ad hæreditatem ab intestato vocat, & in casu nostro si substitutio valeret, auferretur hæreditas patris à filia contra commune votum parentum, & à patruo; qui ratione conseruandi diuitias in familia. l. manucipali vna cum filia vocatur, sicut mihi relatum fuit; Et ꝙ huiusmodi substitutiones sint strictè intelligendæ, ex eo apparet;
8 quia † dispositio de casibus simplicibus in institutionibus comprehendit casum mixtum. l. si ita scriptum in prin. ff. de libe. & posthu. secus autem in substitutionibus, vt per Bar. in. l. cum auus in fin. ff. de condi. & demon. & quia præsumitur testatorem voluisse heredem minus grauare, quàm sit possibile. l. Titia. §. qui in vita. & l. vnum. ex familia. §. si rē. ff. de leg. 2. & in ista decis. Oldr. & Io. And. communiter recepta facio magnum fundamentum, præsertim cum Io. And. referat ita fuisse iudicatum, & secundum quam dicit sæpius se obtinuisse. Rui. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Tertio moueor etiam ex eo, quod scribit Ang. consil. 93. Visis inspectis omnibus su-
9 pradictis. circa fin. vbi † vult, ꝙ substitutio facta, si posthumus non nascatur, non habet locum in posthumo, si nascatur, & non sit hæres; ergo idem dicendum econuerso, si substitutio facta sit, si nascatur, & contingat eum non nasci. l. si contra. ff. de vulga. & pupil. Quarto, videtur clara decisio Anch. in. d. consi. 356. Ex serie testamēti colligitur. col. 2. vbi consuluit, qđ substitutio facta filijs, nascantur, nō extenditur ad filios non natos, ex quo iste casus fuit omissus à testatore, l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. Item ponderat illa verba, tunc, & eo casu, de quibus supra dixi, & quia iste casus appositus per testatorem substitutionis est voluntarius, ideò semper impleri debet in forma specifica, nec porrigitur ad aliū casum nō expressum, secundum Bar. & Bal. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. per tex. in. l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & demon. Quinto accedat Fulgo.
10 consi. 49. Ex facto proponitur, nam † in casu suo testator posthumus suis masculis filiis institutis, si eos oēs sine filiis masculis mori cōtingerit, tunc, & eo casu ipsis filiis decedentibus vxorem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, vbi vero filios masculos non nasci contingeret, sed fœminam filiam vnam tm̄, vel plures d. eius vxorem vniuersalem hæredem instituit, & filiabus iure institutionis dotes reliquit, & eas iussit esse tacitas, & contentas. Accidit postmodum, defunctum esse testatorē nullis natis filiis, & filiabus, quærebatur, an d. vxor posset habere hæreditatem ex testamento, vel frater testatoris ab intestato, & primo pro vxore arguit, quòd sic, & inter cætera adducit, quia si fuit substituta filiis masculis institutis, & hæres vniuersalis instituta in casu, in quo filiæ fœminæ nascerentur, videtur multo fortius voluisse, quòd nullis natis filiis, nec filiabus vxor haberet hæreditatem ex testamento. Contrarium tamen determinat, Fulg. ꝙ frater ex causa intestati succedere debeat; quia iste casus, qui contingit, verbis testamenti non clauditur; qā nemo liberorum natus fuit, & frater habet fundatam intentionem ex regulis iuris communis, nec docetur de mente testantis ad oppositam, & casus omissus, iuris dispositioni relinquitur. l. cōmodissimè. ff. de libe. & posth. l. si extraneus. ff. de condi. ob. cau. l. si cum dotem in prin. ff. solut. mat. Item mouentur ex doctrina Petr. & Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. vbi habetur substitutionem, seu prouisionem sub conditione voluntaria factam, ad alium casum non porrigi etiam illi similem, sed in forma specifica debere conditionē impleri. l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & dem. Ecce qualiter Fulgo. determinat, ꝙ substitutio facta filijs nascituris non extenditur filiis nullis natis, per rōnes, quæ optimè militant in casu nostro. Sexto, idem tradit Soci. cōsi. 259. Visis, & consideratis, col. 2. lib. 2. & consi. 77. Visis testamento spectabilis col. pen. lib. 3. vbi quædam de prędictis adducit. Septimo eandem sententiam tenet Rui. consi. 112. Quæstio quæ proponitur, in tertio casu ibi per eum consideraro, & qui casus est ferè similis nostro. lib. 2. nam ibi etiam testator substituerat posthumis masculis nascituris vni vel pluribus, & nata tantum fuit fœmina, & concludit substitutioni non esse locum per consil. Pau. de Castr. superius adductum. Octauo, idem latissimè prosequitur And. Alcia. Iuriscon. tempestatis nostræ ornatissimus consi. 492. quod incipit, Explicitus est casus præsens, &c. vbi improbat consi. Dec. qui in illo casu contrarium consuluerat, & concludit per multa iura, & rationes substitutionem factam filiis nascituris, nō vendicare sibi locum filiis non natis. Vltimo, vltra prædictas
11 authoritates adduco efficacem rationem, nam † quando conditio non est implenda in ipsa re, vel circa ipsam rem, de qua fit dispositio, non scinditur, & requiritur, quòd in totum impleatur. l. pen. ff. de condi. inser. l. si ita fuerit seruis. in prin. de manu. testa. l. conditionibus. §. fi. & ibi not. Bar. ff. de condi. & demon. & declarat Bar. in. l. stichū qui meus erit. ff. de leg. 1. & ita erat in casu. q. formatæ per Oldra. & Ioan. And. quia conditio substitutionis erat implenda circa natiuitatem, & mortem posthumorum, sed ista dispositio erat circa aliam personam, scilicet circa sorores testatoris, sed vbi conditio venit implēda in ipso, vel circa ipsum de quo fit dispositio scinditur. d. l. stichū, qui meus erit cum ibi not. per Bart. & ita d. decisionem Oldra. & Io. And. declarat Alex. consi. 109. super prima consultatione col. pen. lib. 7. sed in casu nostro sumus propriè in decisione Oldra. & Io. And. vbi illa conditio, quatenus d. eius hæredes decederent in pupillari ætate, vel sine filiis est implenda in ipsa re, vel circa ipsam rem, de qua fit dispositio, & sic in persona hæredum decedentium, ideo non scinditur, sed in totum venit implenda, & sic requiritur, quod omnes hæredes decederent, & non sufficit, ꝙ vnus decedat, & ista decisio Alex. in præfato consi. si rectè consideretur, ponit gladium ad radicen. Et
12 attentis prædictis, non est opus disputare, an habeat † locum ius accrescendi; quia cum cesset substitutio, ius accrescendi locum habere non potest, cum ius accrescendi sit quædam substitutio. l. si Titio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. Item quia in casu nostro appositæ fuerunt dictiones limitatiuæ, tunc, & eo casu, per quas censetur esse sublatū ius accrescendi, iuxta ea, quæ habentur in. l. Lucius. §. quę habeat. ff. ad Trebe. Restat modo, vt quædam euellantur, quæ scrupulum iniicere possunt; nam in primis videretur
13 obstare, quòd † pluralitas resoluitur in singularitates, quando plures instituuntur, & casu quo ambo, vel vterque, vel omnes decesserint sine filiis, alius substituitur, tunc contra propriam verborum significationē vno tantum mortuo sine filiis admittatur substitutus. l. fin. §. filiū. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Trebel. & in. l. pen. C. de īpub. & aliis substi. Ad hoc respōdet Rui. in palleg. consi 172. col. pen. ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ pluralitas resoluitur in singularitates, procedit, quando in pluribus casibus adimpleri potest dispositio distributiua; quia ad ad hunc effectum fit talis resolutio. l. falsa. §. fin. ff. de condi. & demon. & in. l. 2. §. fin. ff. de condi. institu. & in d. l. fin. §. filium. & in. d. l. Luci⁹. §. Gaio. sed vbi post mortem plurium, vel vnius viuentis, & aliorum nasciturorū fit substitutio, non potest, antequam alij nascantur complexiuè, nec actu, nec potentia verificari; quia antequam quis nascatur non potest mori, sed demum adest potentia moriendi post natiuitatem, & non prius, adeo quod in isto casu subintelligitur alia cōditio, videlicet si plures extabunt; quia conditio expressa, sub qua substitutus vocatur post mortem plurium non potest impleri nisi propter superexistentiam plurium, ideò aliis non natis deficit dispositio defectu conditionis etiam tacitæ, vt not. in l. item quia. ff. de pac. & per hoc non obstat aliud, quòd pluralitas plerunque verificatur in vno. l. 3. §. negotia. ff. de nego. gest. & l. prætor. §. homines. ff. vi bon. rap. l. 1. C. de cōdi. inser. & l. nō est sine liberis. ff. de verb. signifi. quia illud est verum, quando pluralitas saltem habitu, & potentia verificari potest in pluribus, sed vbi in pluribus non potest impleri etiam potentia, & habitu, vt in casu nostro, tunc in vno non impletur; quia dispositio locū non habet, tanquam non comprehendat hunc casum. Et licet Ruin. non dicat, comprobari potest, ex eo, quod Bal. scribit in. l. quamuis. C. de impu. & al. substit. vbi soluendo contrarium. de. d. l. falsa. §. fin. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & l. Lucius. §. Gaio. dicit, ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ pluralis locutio resoluitur in singularitates, & diuidatur, & distribuat cuilibet per se procedit, nisi mens loquentis præsumatur contraria, & requiritur, quòd ab initio sit æqualitas potentiæ, hoc enim requirit lex secundum eum, scilicet potentialitatem, & æqualitatem, non

euentum

euentum, & ad hoc ponderat ibi text. in verbo potuit, &
14 adducit etiam not. l. Lucius. ff. eo. Praeterea, quum † conditio respiciat personam eorum, cui fit substitutio, non potest sciñdi, neque diuidi prout euenit in casu nostro. Iura autem in contrarium alleg. non procedunt in isto casu, sed loquütur in dispositione, vt benè declarat Alex. in. d. consi. 209. Alter oriri potest scrupulus ex eo, quòd scribit Bal. in. l. fi. vlt. col. versi. Quæro quidã credens. C. de insti. & substi. vbi vult, ꝙ si testator instituat ventrem vxoris suæ, & posthumũ nasciturũ, & eidẽ substituat; si posthum⁹ moriatur ĩ pupillari ætate, vel postea qñcunq;, ꝙ si talis posthumus non nascatur, & sic eueniat casus nõ disposit⁹ à testatore, nihilomin⁹ admitti debet, substitut⁹ ꝑ tex. in. l. ab exhæredati. §. fin. iuncta gl. vbi ẽt Imo. idem tenet. ff. de leg. 1. & tenet etiam Bart. in. l. 1. in prin. 4. q. prin. versi. Vlterius quæro quid si substitutio. ff. de vulga. & pup. Sed respondetur, ꝙ posito, quod ista opinio esset vera, tamen non facit ad propositum nostrum; quia ibi non fuit cogitatum nisi de vno nascituro; hic autem fuit cogitatum de pluribus decedentibus, quorum natiuitas copulatiuè requiritur, quod supra fuit ostensum, & ad illud, quod numerus pluralis resoluitur in singularitates; fuit superius responsum. Et vlterius adsunt hic illa verba, tunc, & eo casu, quæ sunt maximi effectus, quæ non concurrerunt in casu superius allegato. Postremo, non obstat
15 si dicatur, ꝙ † in vltimis voluntatibus prædominatur voluntas defuncti. l. 3. C. de libe. prẹte. l. in cõditionibus primo locum. ff. de condi. & demon. & verisimile videtur, quod sicut testator voluit substitutum admitti filio iam nato mortuo in pupillari ætate, ita etiã voluerit admitti si posthumus non nascatur, quia ad hoc colligitur respõsio ex eo, quod dicit Oldra. & Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de testa. §. in primis. in addi. magna in. 4. q. superius adducta, vbi loquens in substitutione dicit omissum haberi pro omisso, licet eadẽ æquitas versetur in omisso, quę in expresso versatur, & hoc fortius vbi in dilatando casum, versatur odium, & ita etiam respondet Petr. de Ancha. in d. consi. 356. col. fin. dicens, ꝙ licet testator interrogatus in casu omisso idem respondisset, tamẽ postquam in hoc casu expressè non prouidit, legalis interpretatio ad hunc casum omissum extendi non debet. Ad quod facit, quòd iura, quæ dicunt attendendam esse voluntatem testatoris, intelliguntur, quando apparet de tali voluntate dispositiua; quia non sufficit testatorem ita voluisse nisi disponat, vt est tex. not. in. l. quidam cum filium. & ibi Bal. & Imo. ff. de hęred. instit. & facit tex. in. l. 1. §. finautem ad deficientis. C. de cadu. tollẽ. vbi per illum tex. Bal. dicit, ꝙ illud, qđ testator non loquitur, vellem non pręsumitur, & talis voluntas debet cõcipi ex verbis ipsius testatoris. l. Gallus. §. quidam rectè. in illis verbis, vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit. ff. de libe. & posthu. quem tex. ad hoc allegat Bald. in. c. secundo requiris. de appell. apostillando tex. ibi, in verbo intẽtionem, allegat etiam bonũ tex. in. l. si alij. ff. de vsufruc. lega. in fin. ibi interdum plus valet scriptum, quam quod actum sit. Facit etiam vulgata regula, ꝙ vbi agitur de voluntate testatoris à propria verborum significatione non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. & aliud est decedere sine liberis, & aliud non nasci, vt superius dictum fuit. Ex his concluditur in casu ꝓsenti, substitutioni non esse locum, sed causa est intestati remotis omnibus; quantum ingenij facultas tulit, quæ iudicem hæsitantem facere possunt. Et quia latæ sunt sententiæ contrariæ, dico sententiam latam in fauorem patrui, seu venientium ab intestato per D. Vicarium Albinganæ de consi. magni. Iuriscon. D. Francisci Catanei esse confirmandam, secundam vero infirmandam. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Infamis, infamia iuris effectus per cõdemnationẽ, repellitur à testimonio, præsertim in criminalibus.*

2 *Testis damnatus iudicio publico, ex quo prohibitus est testificari, non facit indicium ad torturam.*

3 *Socius criminis in casibus, in quibus admittitur ad testificandum contra socium solus non facit indicium ad torturam.*

4 *Probationes factæ in vno iudicio, nõ ꝓbant in alio; ẽt inter easdem personas, maximè in criminalib⁹.*

5 *Falsos testes producẽs, vbi condemnaretur de falso, hoc non præiudicat testibus; nec è contra.*

6 *Processus factus contra principalem, licet sit contumax, vel alio modo contra ipsum de maleficio constet, non nocet auxilianti.*

7 *Condemnatio vnius ẽt in criminibus connexis, & multũ coniunctis, sicut est adulteriũ inter virum, & mulierẽ, nõ operatur alterius condemnationẽ.*

8 *Sententia vbi est alicui innocua, eidem non nocent acta, & alię probationes.*

9 *Amicitia non repellit testem à testimonio, & quũ sit virtus, non præsumitur quod amicus voluerit amico dare malum consilium.*

10 *Reuelare, an teneatur ille, qui scit cõspirationẽ secreto fieri contra principẽ, vel rempub. & an ꝓ non reuelare, teneatur crimine læsæ maiestatis, et sciẽtia qualis esse debeat, vt obliget ad reuelandum.*

11 *Sciẽtia conspirationis qualis esse debeat, vt obliget aliquem ad illam reuelandum.*

12 *Peccatum vnius vbi probari non potest, non debet denunciari, sed fraterna correctio fieri.*

13 *Consilium Alcia. Cagno. & Bos. circa modũ reuelandi scientiã criminis læsæ maiestatis reprobatur.*

14 *Statutum puniens scientiam, non intelligitur de simplici, sed probabili scientia, & nu. 17.*

15 *Statutum disponens indistincte, quod homicida decapitetur, quomodo intelligatur.*

16 *Statuta restringuntur per rationem iuris communis, & secundum illud interpretantur, præsertim mente statuti dubia existente.*

CONSILIVM DCLXVIII.



On puto insistendum, vtrum qui delinquat in clarissimam, & Illustrissimam Rempub. Genuensem committat crimen læsæ maiestatis; quia fateor, quòd committitur, & si putarem, quòd D. Camillus delinquisset in prætatam Rempub. nõ suscepissem eius patrocinium, sed ex his, quæ mihi narrantur in themate, non puto ipsũ tantum crimen commisisse. Solum opponitur, quod sciuerit de quodam tractatu, qui fiebat de bello gerẽdo aduersus Saonã in præiudicium reipub. Genuensis per regẽ. Vñ de duobus est inquirendum. Primo, an probetur de scientia d. Camili, deinde, an talis scientia faciat, quod inciderit in crimen læsæ maiestatis ob non reuelationem. Et primo de scientia, non videtur probari, nisi ex testimonio Octauiani Saonensis, qui si etiam clarè, & apertè deponeret, ꝙ d. Camillus esset conscius d. tractatus, tamẽ
1 eius testimoniũ esset nullũ; quia † d. Octauianus, tanquã commisserit crimen læsæ maiestatis, fuit damnatus, & de eo vltimum supplicium sumptum. Vnde taliter damnatus testimonium ferre non potest, quum sit infamis infamia iuris. l. infamẽ. ff. de publi. iud. l. atheltas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infa. & clarũ est, quod infamis infamia iuris repellitur à testimonio; pręsertim in criminalibus, vt per Bar. in. l. cunctos populos. 9. oppo. C. de sacrosa. eccle. Et in proposito est bonus text. in. l. 3. §. lege Iulia, ibi iudicio quoq; publico damnati. ff. de testib. & de hoc bona gl. in. c. testimonium in verbo confessus de te-
2 stib. quæ † formaliter dicit, ꝙ qui in iudicio damnatus fuit de crimine, sufficit hoc, vt à testimonio repellatur in causa criminali, licet egerit pœnitentiam, nec necesse est, vt amplius conuincatur, vt in illo tex. habetur; allegat ẽt ad hoc tex. in. c. 1. §. deniq;. de excep. & tantum abest, vt iudicio publico damnati faciant plenam probationem, vt ne indicium quidem faciant ad torturam, ex quo prohibiti sunt testificari. l. maritus. ff. de quæstio. Bal. in. l. ser-
3 uos. C. de testib. & in. c. 1. de confes. Et si dicatur, ꝙ † socius criminis admittitur ad testificandum contra socium

c.1.de confes.c.nemini,15.q.3. Ad hoc respondetur, ꝙ socius criminis quando etiam in casibus exceptis potest de sociis interrogari tamen non facit probationem ad condemnationem, imò nec indicium quidem facit ad torturam sine aliis adminiculis, & præsumptionibus; quia non est omnino testis integer, vt ꝓba.in.c.per tuas. de simo. & tradit Sal.latè per gl. ibi & per alia in.l.fi.C.de accu. & sequitur Ang.de Are.in tract.malef.in glo.fama publica, col.2.versicu. Quæro an participes. & ibi latius Augu. Arim.in suis addit.Alex.consi.89. Viso themate col. 2. lib.3.& nouissime tradit Thom. Gram. decis.56.incip. Andreas Bessa col.2.vbi vult socium criminis non facere indicium ad torturam, nisi aliis concurrentibus, & ibi refert plures veteres, & Mod. Docto.idem tenuisse. In casu autem nostro aliud non deducitur contra d. Camillum nisi testimonium d.Octauiani, quantum ex themate colligitur, nec aliqua præsumptio contra eum concurrit. Illud etiam est clarissimum, quòd in casibus, in quibus specialiter est inductum, ꝙ socius admittatur in testimoniũ, tamen ex attestatione vnius solius, non est aliquis condemnandus.c.cum à nobis.de testib.l.iurisiurandi.C.eo. titu. Ita formaliter scribit Alex.consi.11. Circa primum dubium, quo quæritur, iuxta prin.lib.1.poterat Alex.adducere text.in.c.veniens.1.in fin.de testib. vbi Pontifex mouetur solum ex eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine, contra alium testificari non posset, nulliq; de se confesso aduersus alium sit credendum, sed etiam ex eo, quod nec vnius testimonium ad condemnationem sufficit alicuius.
4 Præterea, quum† d.Octauianus fuerit dãnatus, & contra eum facta executio, non video, quomodo ex processu contra eum facto, possit condemnari.d.Camillus; quia regulariter probationes factę in vno iudicio, in alio non probant etiam inter easdem personas, multo minus non probant contra alium.c.inter dilectos.versic. nec attestationes de fid.instru. & not. per glos. & alios Scrib. in.l.2.C.de eden.cum concord. de quibus ibi per Moder. & hoc maximè procedere debet in criminalibus, vbi exactiores probationes requiruntur.l.sciant.C.de ꝓbat.
5 Hinc est, ꝙ †licet producens falsos testes condemnaretur de falso, hoc non præiudicat testibus, & econuerso licet testis condemnetur de falso, hoc non præiudicat ꝓducenti, vt per Bar.in.l.Lucius.ff.de infam. & processus
6 factus† contra principalem, licet sit contumax, vel alio modo contra ipsum de maleficio constet, tamen hoc nõ nocet auxilianti, secundum Bart. in.l.si is qui rem.§.si tu Titium in fi.ff.de fur.Salin.l.1.col.antep. versi. Quæro
7 successiue.C.de rap. virgi. Quinimo etiam † in criminib⁹ connexis, & multum coniunctis, sicut est adulterium inter virum, & mulierem, tamen condemnato vno, non est condemnatus alius, vt Bar. scribit in.l.denunciasse.§.fin. circa prin.ff.de adul. Bal.in.l.iuris in fi.C.qui.res iudi.nõ noc. Alex.in.l.sepè.col.11.ff.de iud. vbi firmat istam esse communem opinionem, quòd condemnatoria non facit ius, quo ad alios in eodem processu non citatos, & idem dicit Ang.de Are. in trac. malefi. in verbo, & ibi caput à spatulis.col.5.versi. Quæro an damnato cum sua addit.
8 & est regula, ꝙ†cui non nocet sententia, non nocet acta, & aliæ probationes, secundum Innoc.in.c.causam,1. de test.& Bar.in.l.sæpe in fi.ff.de re iud. Sed quid fortius, nõ probatur scientia alicuius tractatus ex verbis prolatis per d.Octauianum. Dicitur enim, ꝙ d.Octauianus interrogatus in tormentis de complicibus dicti tractatus, dixit d.Camillo semel in domo d. inquisiti, & iterum in ecclesia cathedrali, si contingeret, ꝙ rex susciperet negotium Sauonense, quid vobis videretur? & dixit d. Camillus, ꝙ nollet ipse Octauianus applicare animum in rebus talib⁹, & ipsum magnopere disuasit, & tunc ipse Octauianus respondit. Non dico, ꝙ sint in fieri, sed si contingeret, ꝙ fierent, & tunc d.Camillus regressus est iterum ad eũ dissuadendum. Ex istis verbis non colligitur scientia alicuius tractatus, nec ꝙ d. Octauianus eum certiorem reddiderit de aliquo tractatu, sed conditionaliter loquutus est, videlicet, si Rex susciperet negotium Sauonense, conditio autem de futuro nihil ponit in esse.l.si quis sub conditione.ff.si quis omis.cau.testa. Nec aliquid facit, ꝙ d.Octauianus deponat, ꝙ d.Camillus subiunxit; Attamen scitis, quantum vos amem, & vitam profunderem pro vobis, quia.d.verba sunt ambigua, & intelligenda sunt sano modo, videlicet, quòd ei sit amicus, vt exponeret vitam pro ipso scilicet in rebus licitis, & honestis; semper enim interpretatio facienda est vt excludatur delictum, quantum fieri potest.l.merito.ff.pro.soc.quia intellectus hominis debet esse benignus, secundum Bald.in.l.moueor, per illũ tex.C.de ser. expor. & in delictis semper præsumitur pro eo, quod excusat, secundum Bal. in.l.precibus.col.7.C.
9 de impu.& aliis subst. Ad quod † facit, quia amicitia non repellit testem à testimonio reddendo.l.sciendum. ff.de vsu.l.eos.C.de testib.quia vt ibi dicit Bal. non præsumitur amicum pro amico velle delinquere, & falsum testificari, vt etiam vult Abb.in.c.quotiens. col. 2.de testib. considerans, qđ amicitia charitatiua est virtus, & secundum legem diuinam, proximum diligere debemus, sicut nosmetipsos, & in dubio ita iudex debet arbitrari. Non igitur est credendum, quod d. Camillus propter amicitiam voluerit committere tantum scelus, præsertim quũ Octauianus deponat illum dissuasisse, ne talibus implicaret animum. Et si diceremus, ꝙ per d. verba, scitis quantum vos amo, & quod ponere vitam pro vobis, voluerit consentire alicui tractatui faciendo, & se incontinẽti corrigere, non est præsumendum.l.nam ad ea.ff.de condi.& demon. Imo potius est dicendum, ꝙ quum perseueraret d. Octauianus insistendo in talibus vanis, & ineptis, & periculosis cogitationibus, vt ostenderet d.Camillus, cur ipsum dissuaderet, subiicit illa verba, scitis tamen, ꝙ ego sum vobis amicus, & ꝙ vitam exponerem pro vobis; quia veri amici est dare bonum consilium, & non malum, nam secundum Arist. Amicus amico vult bonum, quem allegat Bal.in.d.l.eos.C.de testib. Ex his igitur superiorib. liquet, quod non est probata scientia d. tractatus ex depositione dicti Octauiani. Primo, quia socius criminis non concurrentibus aliis indiciis non facit fidem. Item, quia est vnicus testis. Item, quia depositio testis in alio iudicio non attenditur ad plenam probationem, contra alium eo non citato. Postremo, quia ex verbis depositionis d.Octauiani nõ colligitur illum sciuisse aliquem tractatum, qui tunc fieret, & esse deberet. Propterea non oporteret insistere circa alium articulũ, an sit Camillus dignus aliqua pœna, eo quod non reuelarit; quia ignorans reuelarę non potest. Attamen ad pleniorem victoriam circa hoc etiam aliqualiter immorabor, nam licet Bart.in.l.vtrum.
10 ff.ad.l.Pompe. de parri.tenuerit, ꝙ† teneatur quis reuelare sciens conspirationem secreto factam aduersus principem, vel rempub. etiam ꝙ non sit particeps criminis, alias incidat in crimen læsæ maiestatis si non reuelat, & Bar. sequatur Sali.in.l.1.col.8.versi. Ad contraria restat. C.de rap.virg.& in.l.quisquis.§.id quod.C.ad.l.Iul.mai. & plerique alij, quos retuli in consilio meo inferius allegando tamen contrarium tenet Bald. in quodam eius consi.quod incipit. Quamquam eleganter sint multa, dicens, hoc esse verum, si talis scientia esset probabilis, per l.qui accusare.C.de eden. Ad quid enim tenetur quis reuelare, qđ probare non possit, certè nemo debet se submittere tormentis, quæ hoc casu delatori inferuntur, vt l.3.C.ad.l.Iul.maie.& squalori carceris, vt.l.fi. C.de accu.nulla enim culpa est, in vitæ discrimine se non ponere, vt voluit glo.in.l.neminem.C.de infam. qui enim solum audiuit, & non reuelauit, quia probare non poterat, immunis est à delicto, per text. in.l.nostris. in fin.C.de calum. Et ex hoc infert Bal. ꝙ assessores sequentes Bart. in. d.l.vtrum, & occidentes homines solummodo, quod non reuelant secretum, omnes sunt homicidæ; quia visus vidit, velit, nolit, auris audit, velit, nolit, sensus enim corporis, & primi motus non sunt in potestate nostra, vt not.glo.in.l.1.§. ius naturale.in verbo coniugatio.ff.de iusti. & iu.& Bal.ibi deplorat mortem D. Donati Barbadori, qui fuit ob præfatam scientiã morti traditus, & Bal. sequuntur plurimi Doctores, nam de hoc consi. Bal. meminit Ang.de Aret.super glo. che hai tradito.col.4.versi. quod crimen læsæ maiestatis, & in.§. publica in fin.Instit. de pub.iud. & illud sequitur Ioan. de Ana.in rub.de his, qui fil.occi.col.fin. Roma. in.l.1.§.occisorum in fin.ff. ad Syla.Feli.& Dec.in.c.1.de offi.deleg. Feli. in.c.de cætero.col.fin.de re iudi. & in. c.quantæ. de sent. excom. Hypo.de Mars.sing.164.quod incipit, nemo debet se submittere, &c. Clau. Aquen.in rep.l.vt vim.car.pen. versi. Et succedit alia quæstio, ff.de iusti. & iu. & in.l.qui accusare.C.de eden. Afflic.in.c.1.in glo. & bona committentium.versic.49.committitur, quæ sint rega. & in.c.1.§. præterea col. 1.quæ sit.1.cau. ben. amit. Alcia.in.l.4.§. cato.4.no.ff.de verb.oblig.& nouissime Hier. Cag.in.l.

culpa caret ff. de reg. iur. qui omnes moderni faciunt mẽtio nem de consi. Bal. superius allegato, & illud sequuntur, & de eis feci alias mentionem in consi. 629. quòd incipit, Celebris est, quæstio, &c. Et quia suspicatus sum plures ex prædictis doctoribus non vidisse in fonte illud consi. Bal. dedi operam, vt inuentum in scrinio maiorũ meorum, vna cum consilio meo imprimeretur, allegant isti moderni, pro consi. Bal. tex. in c. qua propter, ibi probationibus competẽtibus exhibitis, 2. q. 7. & c. plerunq;

11 in prin. ea. cau. & q. ibi, boni viri tacent, † quod probare non possunt, adducunt ẽt tex. in clem. volentes. §. notarij. ibi, & ea probare valentes. & ibi glo. de hære. & glo. in c. si quis. Papa. in verbo pertulerit. 79. dist. Adducitur etiam tex. in c. qualiter, & quando. in fin. de accu. vbi iudex qui generaliter inquirit super statu ecclesiæ, non debet ad oculta reuelanda astringere testes, vt deponant. Accedat, qđ scribit Abb. post Inno. in c. officij. de pænit. & remis. vbi dicit, ꝙ mulier, quæ supposuit partum, non tenetur hoc reuelare, qñ ei non crederetur, nec haberet probationes in promptu, sed satis est, ꝙ pæniteat absque eo, qđ detegat; quia ex quo videt, qđ probare nõ põt, reuelare non debet, ne potius inducat scandalum, quam vtilitatem, allegat tex. in d. c. plerique. 2. q. 7. Similiter dicit Abb. in c. nouit. col. 11. versic. conclude breuiter de

12 iudi. ꝙ † quando peccatum est omnino occultum, quod illud nemo scit præter denũciantem, adeò quod probari non potest, fraterna correctio fieri debet inter ipsum, & peccantem, non autem peccatũ denunciare ecclesiæ, quũ non possit peccatum probari, nec conuinci, allegat text. in d. c. plerique. & tex. in c. si sacerdos. ibi, nisi quis iudiciario ordine probare possit. de offi. ordi. Constat igitur ex prædictis secundum magis receptam sententiam d. Camillum, posito ꝙ habuerit scientiam alicuius tractatus, non teneri ad pœnam vltimi supplicij; & quia hæc opinio est humanior, in dubio est tenenda in pœnalibus

13 l. si præses. & l. interpretatione. ff. de poen. Nec † placet mihi, ꝙ Alci. & Hiero. Cagno. dicunt se consulere in futurum, ne incidant in periculum scientes, & indignationem principis, ꝙ principibus eorum scientiam detegãt, atque nudent non accusando quempiam, sed eos secreto admonendo, vt à talibus machinationibus caueant, reuelando quicquid de tali resciunt, nam istud consiliũ nihil prodesset; princeps enim, vel alij magistratus, quib' sic reuelarent, cogerent eos ad indicandum personas, ẽt per tormenta, cupientes noscere, quomodo ipsi sciret, & vnde cognouissent, & quum indicarent, inciderent in periculum falsi delatoris, quum crimen obiectum probare non possent. Similiter est absurdum, quod scribit Bos. Doctor moder. in suo tracta. de crimi. læsæ maie. quòd si filius eius, vel frater reuelaret ei conspirationem contra principem, vel rempub. si non posset obtinere ab eis, vt secum reuelarent, confestim fugam arriperet, monitis illis, vt abstinerent, alias à se manifestarentur, nam fuga non facit manifestationem, ideo incideret in confiscationem bonorum, & si apprehenderetur non vitaret periculum capitis. Sanctius igitur est tenere, quòd non valens probare, nulla pœna teneatur, tunc quia hæc opinio, vt apparet est cõmunior, tum etiam quia in dubiis opinionibus doctorum, opinio benignior præualet, vt Abb. scribit post alios in c. 1. in fin. de constitu. Non obstat statutum Genuense, quo disponitur, quòd si quis ex aliquorũ sermone, licet non manifestè deprehenderit, vel aliis signis, aut indiciis coniectauerit, vel competerit aliquos aduersus rempub. conspirasse, vel coniurasse, vel quid moliri, vel parare, ex quo verisimiliter respub. capere detrimẽtum possit, si quum primum (vt dictum est) id non patefecerit, perpetuo damnetur exilio, vel pecunia mulctetur, vel corpore plectatur, aut summo supplicio afficiatur, aut ad id vsque arbitratũ Illustrissimi Ducis, & magnifi.

14 Gubernatorum. Nam † ad istud statutum respondeo, qđ dum dicit, quòd si aliquis ex aliquorum sermone etiam non manifeste deprehenderit, vel aliis signis coniectauerit conspirationem factam contra rempub. per aliquos, vel aliud moliri, vel parari, teneatur patefacere; debet intelligi, si id, quod deprehenderit, vel coniectauerit, probari possit, sicut in simili videmus, quòd licet iura communia puniant filium de morte patris, & serui conscij de morte domini incurrant vltimum supplicium, nisi reuelauerint. l. fratres. & l. vtrũ. ff. de parri. l. 1. §. occisorũ. ff. ad Syllan. tamẽ intelliguntur non de simplici scientia, sed de probabili, secundũ Bal. in præalleg. consi. communiter approbato. Ad quod facit, quod scribit Bald. in l. si serui vestri. C. de noxa. & ibi etiam Salic. vbi dicit, quòd

15 si statutum dicit, quòd † homicida decapitetur, nec distinguat, an occiderit dolo malo, vel culpa, vel casu, vel cum causa puta repertum in adulterio, nam licet statutum non distiguat, tamen ipsum statutum distinguitur per ius cõmune, an dolo, an ex certa scientia, an culpa, vel casu. Et cum prædictis etiã tenet Bal. in l. data opera. col. 3. versi. Item si statutum præcisè. C. qui accu. non pos. quia secũdum eum statuta restringuntur per rationem iuris cõis, secundum quam voluntas, & propositum distingunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de fur. & dicit Ange. in l. 1. col. 2. versi. Item quæritur. ff. de. ll. ꝙ si statutum dicit, ꝙ homicida decapitetur, quod istud statutum interpretatur secundum ius cõe, & subaudiendum est dummodo dolo fiat, vt habetur in l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædil. ædic. &

16 ratio est secundum eum; quia † quum mens statuti sit dubia, declarari debet per ius commune, & dicitur ista interpretatio declaratiua potius, quam alia. l. vt gradatim. §. & lege. ff. de mune. & hono. c. cum dilectus. de consue. & sequitur etiam prædicta Pau. de Cast. in l. & si seuerior. C. de episco. audi. cum aliis pluribus concord. adductis per Alexan. consi. 140. Videtur in casu. col. 2. lib. 2. ecce, ꝙ in pænalibus licet statutum indistinctè loquatur, tamen restringi debet secundum iura communia, Vnde rectè dicendum in proposito, quod licet statutum Genuense puniat indistinctè corporaliter non propalantem coniurationem, seu aliquid tendens contra rempub. debet ad limites restringi, secundum quod etiam ius communè interpretatur. Sed quid plura? quum in terminis nostris hoc decidat Feli. in d. c. de cætero. col. fin. de re iud.

17 vbi † vult, quòd constitutiones, & extrauagantes Martini. 5. & Eugenij. 4. mandantium quibuscunque scientibus aliquem beneficia tenere cum simonia, quod manifestare debeant Pontifici sub pœna in eis contenta, non comprehendunt scientes, qui non possent probare simoniam, adducit ad hoc prædictum consi. Bal. & alia, de quibus ibi per eum. Et ideò sententia lata contra d. Camillũ, quæ eum punit perpetuo exilio, & si venerit in potestatem pœna capitis, debet corrigi quum præsupponatur eũ tantummodo sciuisse, nec participem operis fuisse, & solum d. conspirationem intellexisse, hæc omnia tamen dicta sunt ex abundanti; quia non probatur de scientia aliquã ex depositione d. Octauiani, prout opportunè in primo articulo ostendisse puto. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua in excedentibus memoriam hominis probant plenè, etiam in præiudicium tertij, quamuis contineant factum alienum.*

2 *Confirmatio concessionis facta non in forma communi, sed ex certa scienria, & de potestatis plenitudine, operatur, vt si cõcessio esset nulla, tũc robur sumeret, & validaretur.*

3 *Præsumptio in antiquis habetur loco præfactæ probationis.*

4 *Tabellionatus in antiquis præsumitur, & in antiquissimis instrumentis non opus est probare de tabellionatu, vel possessione.*

5 *Antiquitas plura admittit, quæ alias non admitterentur.*

6 *Exemplum licet regulariter non probet, tamen ꝓpter temporis antiquitatem vbi est antiquum, plenam facit fidem.*

7 *Priuilegiũ remuneratorium facit concessionem dicti ex contractu, nõ ex liberalitate; & ideò nõ põt per cõcedentẽ, nec ꝑ successores reuocari, et nu. 11.*

8 *Remuneratoria concessio, & donatio est irreuocabilis; quia recipiens dicitur illas habere ex causa onerosa non lucratiua,*

9 *Immu-*

9 *Immunitas concessa alicui in actu submissionis, tāquā sit facta cū non subditis, non pōt reuocari.*

10 *Feudum. Potest quis rem propriam scienter recognoscere in feudum, & tunc illa res efficitur feudalis.*

12 *Dictio multa, verificatur in duobus, vel tribus.*

13 *Mandatum principis non debet per senatum exequi, vbi continet aliquid iniustum, vel iniquum.*

14 *Derogatio generalis non tollit pacta, vel statuta confirmatione, vel sententia roborata.*

15 *Immunitatis priuilegium confirmatum, per generalem derogationem non intelligitur reuocatum.*

16 *Priuilegia principii alicui concessa, et per Imperatorē, vel Papam confirmata cū clausula ex certa scientia, plenitudine potestatis, et authoritate imperiali nō dicūtur ducalia; sed imperialia, & sic à principibus reuocari non possunt, & nu. 18.*

17 *Rescriptum geminatum, seu secunda iussio principis habet vim clausulæ nō obstante, & excludit omne vitium obreptionis.*

18 *Imperator potest quem vult à munerib⁹ eximere, etiam in præiudicium feudatariorum; & concedendo alicui homines, eos non videtur alienare.*

CONSILIVM DCLXIX.



AD euidentiam dicendorum præmittendum est, quòd Felizanum oppidum in partibus Lombardiæ situm, erat antiquitus Illustriss. D. Marchionum Montisferrati, & quum postea vigentibus bellis post mortem Illustrissimi Philippi Ducis Mediolani fuisset occupatum ab Illustrissimo Francisco Sfortia Duce Mediolani, & arreptum ab imperio Illustrissimi D. Gulielmi de Monteferrato Domini tunc Alexandriæ, tunc ipsi homines Felizani spontè sua redierunt ad ipsum Illustrissimū D. Gulielmum, & eum in suum verum, & naturalem dominum recognouerunt, prout de præmissis fit mentio ī phemio priuilegii immunitatis cōcesso de anno. 1452. d. hominibus per d. D. Gulielmum inferius allegando. Et quia circa hoc videtur fieri difficultas, quod hæc sunt verba ennunciatiua, quæ regulariter non probant, ad hoc

1 facilis patet responsio; quia † in excedentibus hominum memoriam verba enunciatiua probant plenè etiā in præiudicium tertij, ex quo sumus in antiquis, & necessaria, & concludens probatio haberi non potest, vt Bal. inquit in l. emancipatione. C. de fid. instru. & in l. cum aliquis vbi etiam Sali. C. de iu. delib. Ant. de But. in c. fin. col. 5. vers. de secundo princ. de succe. ab intesta. Dom. in c. si Papa, de pri. in 6. Abb. in c. super eo. secundo nota. de parro. & dicit Alex. consi. 6. Viso themate col. fin. lib. 1. ꝙ verba enunciatiua inserta in priuilegio principis, licet conti neant narrationē facti alieni, tñ probant, vt not. Ant. de But. in c. fin. de succes. ab intest. per not. in c. si Papa, de priui. in 6. & per not. per Io. An. in reg. sine culpa in mercu. Præterea, quòd d. oppidum Felizani subiectum fuerit antiquitus dominio Illustrissimorum Marchionum ostēditur ex inuestitura facta per Carolum quartum Imperatorem de anno. 1355. in qua præfatus Imperator inuestit quendam Ioannem Marchionum pro se, & successoribus in Marchionatu de pluribus oppidis, & castris, inter quæ enumeratur Felizanum cum omnibus iuribus ad Romanum Imperium spectantibus. Deinde de anno. 1369.

2 Idem Imperator † confirmauit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis concessionem factam eidem D. Marchioni cum illa clausula sicut nunc possides, & possidere dignosceris, & sic asserit ibi Imperator non solum feudi concessionem esse factā d. Ioan. Marchioni, sed etiam ipsum d. loca possidere. Et ista confirmatio non potest dici facta in forma communi, ex quo est facta ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, sed operatur effectum, vt si concessio antea esset nulla, tunc robur sumeret, & validaretur. c. 1. de transac. c. veniens. & ibi glo. in verbo confirmatū. eo. titu. Bart. in l. priuilegia. C. de sacros. eccl. & in l. si constat. ff. de appel. Archi. in c. præsentium. 7. q. 1. Roma. consi. 327. Istæ sunt rationes colum. 2. versicu. Quarta ratio. Et ad prædictorum veriorem cōfirmationem adducitur etiam, quòd reperitur, quod de anno Domini. 1307. Marchio Theodorus in feudum concessit cuidam Gulielmo Bucciæ suo, & nomine quorundam aliorum de Felizano portum, & pedagium Felizani. Rursus de anno. 1231. Marchio Bonifacius in feudum concessit Petro Muto, & Thibaldo Bucciæ portum, & pedagium Felizani, vt patet in instrumentis super hoc productis, quod verisimiliter non fecissent, nisi ipsum locum, & oppidum Felizani ad eorum dominium, & imperium

3 pertineret, & † hæc præsumptio, ex quo sum⁹ in antiquis, habetur loco perfectæ probationis. Ad quod bene facit, quod Bald. scribit in auct. quas actiones circa fin. C. de

4 sacros. eccles. vbi dicit, quòd † in istis instrumentis antiquissimis nō opus est probare de tabellionatu, vel de eius possessione; quia ex ipso actu oritur præsumptio tabellionatus, quæ in istis antiquissimis sufficit propter difficultatem probationis, & illam decisionem Bal. sequuntur plures relati per Alex. consil. 101. Super primo dub. colum. 3. lib. 7. Sic dicam in proposito, ꝙ ex eo, ꝙ d. Marchiones inuestiuerunt plures de portu, & pedagio Felizani, oritur præsumptio, quæ in istis antiquis sufficit, ꝙ d. terram Felizani tanquam ad se pertinentem haberent, & possiderent. Et dicit Bal. in l. cum super. C. de rei ven. quod antiqua facta probantur ꝑ indicium, & famā. Hinc

5 videmus, ꝙ † verba enunciatiua propter aliud principaliter emissa in antiquis probant etiam contra alios, vt superius est ostensum, & in antiquis admittitur testimoniū de auditu pro plena probatione. Item in antiquis fama, & communis opinio probat, quæ aliter non facit plenam fidem. Item creditur libris, & scripturis antiquis, quando factum est antiquum, in quo facto aliæ probationes non habentur. Item licet instrumenta inter priuatos confecta non probent confines, tamen probant, vbi agitur de probatione antiquorum. Item licet duæ imperfectæ probationes diuersi generis non coniungantur, vt faciant vnā perfectam probationem, tamen bene coniunguntur in facto antiquo, quod de facili probare non potest, & tunc procedit illud, quæ non prosunt singula multa iuuant, prout prædicta latè deduxi, & comprobaui consi. meo impresso, quod est in ordine. 235. & incipit. Superioribus

6 mensibus. &c. col. 3. Quibus addo aliud, ꝙ † licet exemplum regulariter non probet, tamen vbi est antiquum plenam facit fidem propter temporis antiquitatem, vt scribit Cuma. cōsi. 158. Visis instrumēto col. 2. & Aret. cōsi. 36. Casus talis est præsupponitur col. pen. versi. Ad secundū dico breuiter Alexan. in d. consi. 101. col. 3. lib. 7. & dicit Bal. in l. non ignorat. col. 4. versi. Si autem priuilegium. C. qui accu. non pos. ꝙ in factis multum antiquis facilius præsumitur pro eo, qui possidet propter difficultatē probationis, quam in factis recentibus, secundum Inno. in c. veniens. de verbo. signifi. & quia secundum eum, ea quæ congruam probationem non recipiunt admittunt incōgruam. l. 1. in fi. ff. de verbo. oblig. l. fin. C. de testa. l. consensu. §. super seruis. C. de repu. Ex istis neminem arbitror esse, qui nō intelligat istum oppidum, de quo agitur pertinuisse iure optimo, ad dominium, & imperium Illustrissimorum Marchionum Montisferrati, quum simus in antiquis excedentibus hominum memoriam, vbi propter difficultatem probationis, seu verius impossibilitatem iudicatur secundum præsumptiones, & coniecturas. Secundo præmitto, ꝙ d. Illustrissimus Gulielmus concessit hominibus Felizani immunitatem à quibuscuque oneribus personalibus, realibus, & mixtis in forma latissima, præter quam ab hospitationibus militum in tēpore necessitatis, vt apparet in instrumento exibito in actis, & quòd d. Illustrissimus Gulielmus d. priuilegium con-

7 cessum reuocare non possit, attento qđ † d. priuilegium fuit concessum ob merita d. hominum, qui cum alieno subessent dominio spontè, & absque vlla vi subiecerunt se ditioni d. D. Gulielmi, & concessum remuneratorium reuocari minimè potest per concedentem, & eius successores; quia tunc sumus in contractu, vt in terminis declarat Bal. in l. si eū mihi. ff. de iu. del. & in l. qui se patris colum. 7. versi. & scias. C. vnde libe. & in l. donationes quas diuus. C. de dona. inter vir. & vxo. & faciunt etiam trad. per Bar. in l. quod semel. ff. de decre. ab ord. fac. & in l. omnes.

omnes populi.3.q.prin.versic. Quarto quæritur vtrum liceat.ff.de iusti.& iu.& in.l.2.circa fin.ff.de iu. immu. & Io. An.in.c.decet. de reg. iur. in.6.& in addit. Specu. in tit. de censi.§.nunc dicendum. ver. Quid si vniuersitas fecit. Pau. de Cast. in.l.digna vox.C.de.ll. Et vlterius † quod priuilegium concessum ex causa remunerationis nō possit reuocari, tradit Aret. in.c.nouit.col.4. & ibi Feli. col. 12.vers. limita tertio. de iudi. addens rōnem, quia donatio remuneratoria est irreuocabilis non data ingratitudine.l.si pater.§.1.ff.de dona. & ibi glo.& Bar. & secundum hanc conclusionem sæpius consului, & mouebar noua, & concludenti (vt opinor) rōne, quia recipiens priuilegiū remuneratoriū non hēt cām lucratiuam; sed potius onerosam, ex quo sibi soluitur meritorū merces, vt dicit tex.in.l.si pater.§.1.ff.de dona. & in.l.Aquilius regulus. ff.eo.nec cōcedens id facit, vt liberalitatem exerceat, sed vt soluat debitum naturæ, vt Abb.inquit in rub.de dona. & licet præceptis iuris ciuilis ad id nō teneretur.l.sed & si lege.§.cōsuluit. & ibi glo. ff.de pet.hære. tamen vbi est solutum non repetitur tanquam indebite solutum, vt p Bar.in.l.ex hoc iure. col.5.versic. sed contra d.glo. ff.de iusti.& iu. Sed si diceremus, quòd huiusmodi priuilegiū possit reuocari per concedentem, istud esset repetere datū ex causa remunerationis, quod minimè conceditur. Sed vt adhuc rem reddam clariorem, adduco in terminis Pau. de Cast.consi.313. quod incipit. Postremo res ista satis col.fin.lib.1. secundum nouissimam impressionem, vbi
9 inquit, quòd † qui in actu submissionis consequuntur immunitatem, tunc huiusmodi priuilegia immunitatum nō possunt reuocari, tanquā sint facta cum his, q non erant subditi ex quo d. priuilegia subsecuta sunt incontinenti post d.submissionem, & & quæ incontinenti fiunt, videntur inesse, prout ibi ipse latius prosequitur. Est etiam cōsiderandum, quod priuilegium d.hominibus Felizani est etiam titulo oneroso concessum, ex quo dicti homines obligarunt se soluere d.D.Gulielmo florenos ducentum, & pro salario prætoris florenos centum, vnde concurrente vtraque causa, & meritorum, & pecuniæ tanto minus potuisset reuocari, quum duplex funiculus difficilius dissoluatur.c.1.de treg.& pac.§.sed nouo iure.Instit. de adop.Tertio præmitto, quòd præsupponitur in facto, sicuti Illustriss.D.Gulielmus pro bono pacis, & concordiæ recognouit se tenere d. oppidum Felizani in feudum ab Illustriss. D.Francisco Sfortia.1. Duce Mediolani pro se, & hæredibus suis masculis, quod quidē facere potuit,
10 quandoquidem † potest aliquis scienter rem propriam recognoscere in feudum, & res illa efficitur feudalis, vt tenet Iaco. Alua.in.c.1.§.ex eadem.col.2.versi. Nota ab extra.de.l.Conra. Alexan. consil.69. Circa primum dubium videretur prima consideratione secundo dub.lib.5. vbi ad hoc allegat not. per Bar. & ibi Docto. in.l.si rem aliquam,ff.de acqui.posse. Et hoc probatur ex his, quæ Bal. scribit in.l.cum falsa. col.2.versic. Vlterius quæro. C.de iu.& fac.igno. & in.l.qui rem. & in.l.ad probationem.col.fin.versi. Quæro quid si animo. C.loca. & in l.censualis.C.de dona. Ang. in.§. emphyteosim. in fin. in auth. de non alie.

Istis sic præmissis, elicitur iam responsio ad id, quod quæritur, videlicet vtrum priuilegium immunitatis concessum per Serenis. nunc regem Philippum Ducem Mediolani, & alios successores in ducatu possit reuocari, & respondeo non posse; quia quum Illustriss. D. Gulielmus d. priuilegium immunitatis † remuneratorium, & ob pecuniam iam concessisset, & propterea non posset ipse reuocare, licet postea transtulerit ius directum, qđ habebat in d. homines, in præfatum Illustriss.Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani, tamen ex hac translatione non intelligitur transtulisse ius reuocandi d. priuilegiū, quod ipse non habebat; quia secundum vulgatam regulam, nemo plus iuris in aliū transferre potest, quàm ipse habeat.l.nemo plus.ff.de reg. iur. l.traditio.ff.de acq. re.dom. in.c.nuper. de dona.int. vi. & vxo. & qui nihil habet, nihil dare pōt.c.Daibertus.1.q.7.c. quomodo de consecr.distin.4.& in.l.si filius.C.de dona. Et vlterius, quum iam esset d. hominibus acquisitum irreuocabiliter priuilegium immunitatis, non potuit d.Gulielmus etiam si voluisset, ius reuocandi d. priuilegium sine consensu d.hominum alteri concedere; quia id, quod nostrum est, sine facto nostro non potest in alterum trāsferri. l.id qđ nostrum.ff.de regu.iur.l.si partem in fin.ff.quem ad. ser.
11

amit.l.fin.ff.de pac. vbi Ias. post glos. plures tex. allegat concor. ex quibus apparet, quòd ius iam quæsitum tertio non potest per aliorum pactum, & conuentiones illi auferri, nisi ille consentiat, & tradit Spec. in titu. de pac. .§.postremo. versicu. sed ecce obligasti. in titu. de loca. .§.nunc aliqua versic.75.vbi dicit, quòd inuito ius suum auferri non potest, & inuitus intelligitur, qui non cōsensisse probatur.l.inuitum.ff.de seruit. vrb.præd.l.in eo.§. deinde.ff.de ri.nup. Non obstat modo, quod Serenissimus Rex Philippus, qui successit in ducatu Mediolani, mandauerit Excellentiss. Senatui, vt priuilegiū immunitatum concessum d.hominibus Felizani respectu ducum Mediolani sit concessum titulo lucratiuo, tamen respectu Marchionis Montisferrati, vnde d. priuilegium immunitatis sumpsit exordium, fuit concessum titulo oneroso, considerando titulum onerosum pro meritis æquiualentibus, & ad hoc est bonus tex, in.l.1.circa fi. C.de impu.lucra.describ.lib.10.vbi dicitur, quòd inter lucratiuas res non describitur ad finem oneris soluendi, quod ab initio titulo oneroso fuit acquisitum, & licet postea lucri titulo in dominium alterius ceciderit, tamen sarcinam memoratæ descriptionis effugit; quia, vbi inquit Imperator à primordio tituli posterior formatur euentus, & ista interpretatio est capienda, quum tractetur de emptione priuilegij iam semel concessi propter merita, & ademptio solet esse odiosa, nam turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. Secundo respondetur, quòd Serenissimus Rex Philippus iustitia mediante non potest tollere d.priuilegium, attento quod d. homines Felizani fuerūt in d. Duces Mediolani translati cum illo iure immunitatis irreuocabili ex facto ipsorum hominum quæsito, vt superius est ostensum. Non obstat etiam, quod quum d. homines Felizani impetrassent ab Illustrissimo Francisco Sforcia secundo Duce Mediolani confirmationem priuilegiorum suorum, quæ obtinuerant ab Illustrissimis olim Marchionibus Montisferrati vsque ad obitum Illustrissimi d. Georgij vltimi Marchionis subdatur.

Licet in his multa sint, quæ cameræ nostræ præiudiciū non leue propter diuersitatem superiorum, & præsentiū temporum afferant, & ea iure immutari possent. Attamē vt re ipsa cognoscant eorum ad nos reditum non tantum sibi non damno, sed potius maximo viui fuisse, vtque in eorū inuiolabili erga nos fide feruentius in dies perseuerare habeant, quum se in dies prosequi nouis beneficiis à nobis viderint. Petitioni eorū annuentes ex certa scientia, & plenitudine potestatis, &c. Et sic ex his præsupponatur, quòd princeps non tenebatur sequi, & confirmare priuilegia ab Illustrissimis Marchionibus cōcessa; quia respondetur, quòd non dicitur ibi, quòd princeps non tenebatur cōfirmare priuilegium immunitatis, sed quòd multa poterant immutari propter temporum diuersitatem, nihil autem ibi dicitur, quod priuilegium posset immutari, & de eo non est intelligendum, quia imò tenebatur d. priuilegio annuere, iuxta superius allegata, & quū
12 dicatur multa posse immutari, hæc dictio † multa verificatur in duobus, vel tribus in.l.1.§.hoc rescriptum.ff.de sena.con.Sylla.& ibi Bar.§.fin. Instit.de iu. perso.in c.ad nostram.in verbo per multos, de reb.eccle.non alie. & quum procurator fisci, qui oppugnat immunitatem fundet se in verbis, contra eum facienda est interpretatio l.veteribus. ff. de pac. l.stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. Non obstat, quod Serenissimus Rex Catholicus mādauerit Excellentissimo Senatui, vt priuilegia auferat immunitatum præter concessa ob merita æquiualentia, vel titulo oneroso, & præfatus Senatus habeat legem præscriptam, a qua discedere non intendit, nam ad hoc respondetur, quod mandatum Sereniss. Regis intelligendum est de priuilegiis concessis hominibus, qui semper fuerunt subditi dominio Mediolanensi, & gratioso titulo fuerunt concessa, non autem intelligi debet de priuilegiis, quæ fuerunt concessa illis tempore, quo existebant sub aliorum dominio, & reuersi sunt ad statum Mediolani; quia si reuocarentur, indecorum videretur Ducib⁹ Mediolani, quòd sub alieno dominio melius tractati fuissent, quam sub suo, ad quem libentissimè redierunt, & ista est ratio, quam assignat Illustrissimus Franciscus Sfortia secundus Dux Mediolani, vt patet ex illis verbis, dum dicitur se eis confirmare priuilegia concessa olim ab Illustrissimis Marchionibus, vt ipsi homines Felizani re ipsa cognoscant eorum ad suam

Excel-

Excellentiam redditum nō tantum non sibi damno, sed potius maximo vsui fuisse, vtique in eorum inuiolabili erga eū fide feruentius in dies perseuerare habeant, &c. Secundò respondeo, quod quum ostensum sit superius priuilegium immunitatis concessum hominibus Felizani non posse per Serenissimum Regem, vt Ducem Mediolani reuocari, quia d. homines transierunt cum sua causa, id est cum priuilegio immunitatis irreuocabili. Ad qd bene facit tex. in l. testati ix. §. 1. ff. si serui. vendi. vnde nō
13 debet Excellens † Senatus hoc cognoscens procedere ad executionem ipsius mandati; quia hoc non videtur esse de mente Regis, vt aliquid iniquum, & iniustum exequatur; quia vt inquit Bal. in. l. 1. col. 7. versic. Item nota ꝙ non præsumitur. ff. de constitu. princ. quod non præsumitur principem velle, nisi quod sit iustum, & verum, & Summus etiam Pontifex dicit se patienter sustinere, si mandatum eius executioni non mandetur, vbi subest rationabilis causa non exequendi, vt habetur in. c. quando. de rescrip. est etiam de prædictis bonus tex. cum glo. in §. deinde in auct. de man. princ. vbi glo. inuehit contra miseros prælatos, qui in tantum timent literas Papæ, vt licet iniustas, non audeant illis contradicere, & est similis glo. in §. fina. in auct. vt deter. sit num. cleri. in verbo cōtradicere, & in. l. puniri & ibi Mod. C. si con. ius vel vtil. pub. Nec Excellentissimus Senatus est de his officialibus, qui habent meram executionem facti, quales sunt nota-rij, & beroarij, qui non possunt sine dedecore resistere; sed de his, qui habent consulere, immo causam cognoscere, antequam aliud exequantur, aliter non excusantur, ad executionem iniustam prosequendo, vt per Bart. in tracta. repręsa. in. 2. q. 6. q. prin. & per eundem in. l. quoniam. iudices, vbi etiam bonus tex. C. de appella. Tertiò pro responsione considerandum est, quòd priuilegia concessa ab Illustrissimis Marchionibus Montisferrati, & Ducibus Mediolani d. hominibus Felizani fuerunt confirmata per inuictiss. olim Carolum V. Imp. cum clausula ex certa scientia, & tenorem eorum habentes hic pro sufficienter expressis, & quum suppletione quorumcunque defectuum. Vnde licet Serenissimus Rex Catholicus mādauerit quæcunque priuilegia immunitatum auferri, ta-
14 men † non potest intelligi, quòd voluerit auferri huiusmodi priuilegia confirmata imperiali authoritate, & roborata, vt est de hoc bona glo. in clem. dudum. §. nos etenim. in verbo pacta. de sepult. quæ voluit, quod per generalem pactorum derogationem non intelligatur derogatum his pactis, quæ per Papam fuerunt confirmata; quia plus potest hoc tale, quam hoc simplex, voluit dicere glo. vt exponit ibi Card. in. 6. q. quia habet maiorē efficatiam aliquid inuentum cum aliqua qualitate, quàm sine illa, & sic plus potest pactum cum confirmatione, quam sine ipsa, & d. glo. sequitur etiam ibi Petr. de Ancha. 3. not. dicens per generalem derogationem non tolli pacta per sententiam, vel confirmationem roborata; quia illa cōstitutio exorbitat à iure communi, ideò quod expresse non tollit, stare debet. l. præcipimus in fin. C. de appell. nec sequitur tollit pactum simpliciter, ergo & pactum confirmatione Apostolica, vel sententia roboratū, nam plus potest pactum qualificatum, quā simplex, arg. c. quamuis. de pac. in. 6. c. licet de iureiu. & eadem ponit ibi Imo. col. 17. & reperio etiam, quod d. glo. sequitur Alex. consi. 125. Viso titulo quæstionis col. 2. versic. accedit, quòd lib. 7. vbi per hoc inquit, quòd licet sit derogatum pactis, vel statutis, non intelligitur derogatum pactis, vel statutis confirmatis, & sequitur hoc etiam idem Alex. consi. 30. Ponderatis narratis in themate. in prin.
15 lib. 5. vbi loquitur † propriè in priuilegio immunitatis confirmato, quòd per generalem derogationem non intelligatur reuocatum, allegat etiam ad hoc not. per Io. An. in. c. 1. de fil. præsby. in. 6. in nouel. in vlt. col. vbi post Io. Mona. dicit, quòd licet esset derogatum statuto, non intelligeretur sublata confirmatio statuti facta ante derogationem, & cum prædictis etiam tenet Alex. vbi etiam alia adducit consi. 122. Viso puncto col. 2. lib. 4. & hanc glo. sequitur etiam Fel. in. c. fin. col. 3. versic. hanc fallen. limita. de constit. Amplius cum debita reuerentia semper loquendo, videtur dicendum, quòd Sereniss. Rex Catholicus neutiquam possit reuocare d. priuilegia concessa d. hominibus ab Illust. Marchionibus Montisferra-
16 ti, & ducibus Mediolani, attento ꝙ ea fuerunt † confirmata in omnibus suis punctis, & clausulis per inuict. Carolum V. Imp. non in forma communi, sed ex certa sciētia, & de plenitudine potestatis, & de imperiali authoritate, adeò quòd d. priuilegia non debebant dici marchionalia, sed imperialia; quia omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur. l. 1. §. omnia. C. de vet. in enucl. & est optimus tex. in. c. si apostolicæ. ibi, post impartitam à nobis authoritatem nostra censeatur effecta. de præben. in. 6. & de hoc late scribit Fel. in. c. 1. col. 4. quarto nota. de treg. & pac. vbi per plura ostendit, quòd actus confirmatus à Papa ex certa scientia, dicitur actus Sedis Apostolicæ, & non à condente, sed à confirmante fit denominatio tanquam à digniore, vt ibi videri potest, & prædicta tanto magis procedunt; quia d. priuilegia immunitatis emanarunt per geminata rescripta Cæsarea, nam geminatio actus magis ostēdit enixam voluntatem disponentis, & multum operatur, vt proba-
17 tur in auct. siue à me. C. ad Vellean. † Et videmus magis proximè, quòd geminatum rescriptum, siue secunda iussio principis habet vim clausulæ, non obstante, & excludit omne vitium obreptionis, & subreptionis. §. & hoc vero iubemus. in auct. vt nulli iudi. glo. Bal. Fulg. & Mod. in. l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offer. Vnde
18 non † video quomodo Serenissim. Rex Catholic. possit tollere priuilegia imperialia, quia licet ipse sit magnus in suis regnis, pro quibus non recognoscit superiorem, & in eis habeat eam potestatem, quam habet in vniuerso orbe Imperator, tamen in ducatu Mediolani, quem recognoscit ab imperio Romano, est longè Imperatore minor; & inferior non potest tollere, aut statuere aliquid contra factum superioris. clem. ne Romani. de elec. c. ꝙ super his, &c. c. cum inferior. de maior. & obed. l. formā. C. de offi. præf. præto. & in specie bene facit, quod consuluit Franc. Ripa Doct. Mod. consi. 6. quod incipit. Duo
19 tantum dubia sunt col. 4. sub tit. de rescrip. vbi † voluit, ꝙ Imperator ratione supmæ potatis, posit eximere, quos voluit ab omnibus oneribus etiam in præiudicium feudatariorū, poterat ad hoc allegare optimum tex. in. c. dudū. §. nos igitur. de præb. in. 6. vbi probatur, quod supremus princeps non tantum præbet alteri potestatem, quominus sibi ipsi maiorem reseruet. Et comprobatur ex eo, ꝙ Bal. scribit consi. 335. Ad intelligentiam sequendorum col. fin. lib. 1. dicens, quòd si Imperator concedat alicui homines suos, non tamen videtur alienare; quia adhuc retinet maioritatē, arg. l. talem. §. fin. ff. de hæred. instit. & arg. eius quod legitur, & not. in. l. si seruo in fin. magnæ glo. ff. de adi. lega. Si igitur Imperator potest concedere priuilegia immunitatis in terris feudatariorū, dicendum est, ꝙ iam concessa feudatarius non possit auferre; quia facilius quid prohibetur fieri, quam vt factum tollatur. l. patre furioso cum concord. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Emens frumentum nouū sibi dandum tēpore recollectionis, nō adiecto ex quo prædio, & pretiū numerauit, in pluri, quo tūc valebit vsurā cōmitit. Secus si dictum fuerit ex tali prædio; & quare.*

2 *Vsurarius est, qui recipit commodum ex dilatione data ad soluendum, dilatione cōcessa, & sub nu. 6.*

3 *Creditor nulla interueniente mora debitoris, data eidem dilatione ad soluendum, aliquid interim percipiens censetur vsurarius.*

4 *Vsurarius contractus est ille, in quo constat quem nunc dedisse pecuniam pro tot sacchis frumēti sibi dandi tempore recollectionis, quo verisimiliter erit in viliori pretio, & ex nunc fuerit tunc dandum frumentum minus appreciatum, quam valeret tempore contractus.*

5 *Vsura nedum consistit in pecunia, sed etiam in reb' quæ consistunt in pondere, & mensura, in quibus, etiam contrahitur mutuum.*

6 *Vsura est, quicquid vltra sortem capitur pro vsu pecuniæ, & vsuræ diffinitio.*

7 *Emens frumentum tempore messium, soluto pretio venditori, ita quod frumentum metiatur sibi tempore Pascatis, vsuram contrahit.*

8 *Euentus dubius, quòd quis ex dubio euentu non dicatur vsuram contraxisse, qualiter considerandus.*

9 *Vsurarius censetur is, qui emit rem in præsenti minus, quam valeat ex eo, quod differat traditionem rei emptæ, & soluit pretium deputatum; Quod limita, vt ibi.*

10 *Contractus vsurarius esse presumitur, vbi pacta in eo inserta tendunt omnino ad fauorem creditoris, & ad onus debitoris spectant.*

11 *Vsure nedum iure diuino, quo pecunia pecuniam nō germinet, sed etiam naturali sunt prohibitæ.*

12 *Dolus quanto est callidior, & potentior, tanto est punibilior.*

13 *Mora non potest obijci ab eo, qui plus debito petit.*

14 *Mora, vbi electio loci est creditoris, per debitorem non committitur; nisi secuta electione loci cum interpellatione.*

CONSILIVM DCLXX.



Viso & considerato doctissimo, & elegantissimo consilio præstantissimi D. consultoris, vix addi ad ea, quæ scripta sunt, posse videtur; attamen de subscriptione requisitus pauca quædam in eandem sententiam adducam. Proponitur enim in facto, quòd quum dictus Ioannetus egeret pecunia mille aureorum, vt satisfaceret fisco Sereniss. Ducis Sabaudiæ de anno. 1565. & die 22. Iunij vendidit Michaelli Spinello saccos 600. frumenti puri, nitidi, & boni ad mensuram Moncalerij; & saccos. 200. siliginis itidem puræ, nitidis, & bonæ ad eandem mensuram pro precio florenorum duodecim singulo sacco frumenti, & florenorum nouem singulo sacco siliginis. Proponitur etiam, quòd tempore contractus, & ante, & post frumentum Moncalerio, & locis circumuicinis erat valoris communis, & æstimationis florenorum. 22. cum dimidio, & vltra singulo sacco, & siligo florenorum quindecim, & vltra, quæ victualiæ erant tradendæ. d. Spinello in medio mense Septembris inde proximè sequuturi in loco Clausij vel alio loco, quo emptori videbitur, quo tempore fuit eiusdem, seu maioris valoris. His stantibus sentio contractum prædictū esse illicitum, & vsurarium, prout decidere videtur Sali. in auct. ad hæc. q. 10. C. de
1 vsu. vbi post longam distinctionem vult, quòd † si quis emit. 20. corbes frumenti noui sibi dandi tempore recollectionis non adiecto ex quo prædio, & pretium numerauit, tunc in d. pluri quo tunc valebit, indubitanter fit vsura; quia nullo casu ab illius quantitatis solutione liberatur. l. incendium. C. si cer. pet. Aut emit decem corbes nascituros ex tali fundo, & tunc videtur, quòd siue emerit pro necessitate sua, siue vt eum habeat pro mercale, nō sit vsura, ratio, quia ad emptorem duplex periculum spectat, vnum paruæ bonitatis frumenti, vini, & olei; quia non sic plenum, non sic nitidum, & bonum, vt est id, qđ de præsenti potest habere, aliud modicitatis; quia possibile fuit, quòd venditor ex prædio, vinea, vel oliuario non percipiet tantum, quantum vendidit, & tamen ad plus dandum non tenebitur emptori, vt. l. si debitor. §. 1. & l. si fistulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emptio. Nec obstat, si dicatur secundum eundem. Sali. quòd pretium pro rata tenetur reddere, vt not. in d. l. si debitor, nisi dicas, quòd interim vsum, & commodum eius percepit, & similiter alterius, quòd sibi remanet, vnde compenset, sed hæc responsio nihil valet; quia pro vsu pecuniæ nullum commodum debet percipere. Stat igitur in hoc solo dubium, an periculum paruæ bonitatis sufficiat, quod videtur in vino, non in frumento, si conuentum fuit, vt assolet, vt daretur purum, nitidum, & cribillatum. Vel dicendum est in omnibus, quòd ex quo tunc reperitur plus valere, quum receperit, quòd illud plus vsura est; quia vsui pecuniæ nihil potest accedere. Hæc sunt verba Sali. quem sequitur Io. de Ana. in. c. fin. col. 11. de vsu. per quę ostenditur hunc contractum esse fœneraticium. Non enim d. Spinellus emit fructus nascituros ex tali fundo in specie, sed in genere fructus nascituros, quo casu quum nullum posset sentire periculum, & verisimiliter tempore seminis erat futurū carius, quam tempore recollectionis fructuum sicut cōiter accidit, dicendum est voluisse pro vsu pecuniæ cōmodum sentire, & sic vsuram contra-
2 xit. Et nullā habet dubitationem probabilem, ꝙ † vbi aliquis recipit commodum ex dilatione data ad soluendum, quin sit vsurarius; vnde videmus, quod qui vendit res carius data dilatione ad soluendum, censetur vsurarius. c. in ciuitate. c. consuluit. & c. nauiganti. de vsu. Bal.
3 in rub. C. de vsu. q. 2. Similiter † si creditor nulla interueniente mora debitoris dat ei dilationem ad soluendum, & interim aliquid percipit, censetur vsurarius, quia videtur ei data dilatio pro vsu pecuniæ, vt tenet Ant. de But. in. c. salubriter. col. 2. de vsu. Pau. de Castr. in. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt. Alex. consi. 121. Visis, & ponderatis narratis in themate lib. 5. & Dec. latè consil. 119. Primo reuocatur in dubium. 2. dub. Sic dicendum
4 in proposito, nam in facto præsupponitur, quod † ante, & post, & tempore contractus in loco Moncalerij, & locis circumuicinis frumentum valebat florenos. 22. singulo sacco, & siligo florenos. 25. & si d. Spinellus voluisset emere præsenti pecunia, emisset ad summam præfatam, & tñ voluit emere à d. Ioanneto frumentū ad rationem florenorum. 12. & siliginem ad rōnem florenorum nouem singulo sacco, & sic vt illud plus lucraretur ex pecunia mille aureorum, quam d. Ioanneto pro dilatione data ad soluendum medium mensis Septembris, mutuauerat, & sic in illo pluri, quod valebat frumentum, & siligo, tēpore contractus voluit lucrari, & in illo pluri vsura fuit commissa, & iste casus apud me paruam habet dubitationem; & licet contractus ex sui forma non censeatur vsurarius, quia vsura propriè in mutuo committitur, tñ sub specie emptionis occultatur; quia videtur emptor recepisse frumentum pro mille aureis, quos tradidit, ad rōnē florenorum. 12. & siliginem ad rationem florenorū nouem singulo sacco, & deinde emptor videtur d. frumentum, & siliginem mutuasse ob dilationem datam ad soluendum cum augumento lucri d. venditori ad rationem scilicet frumentum. 22. florenorum, & siliginem florenorum. 15. prout tunc valebat tempore contractus. Nō
5 † enim solum in pecunia consistit vsura, sed etiam in rebus, in quibus etiam contrahitur mutuum, vt per Cano. in rub. de vsu. Vel remota hac subtili consideratione simplicius loquēdo dici potest, ꝙ actum fuit inter partes, vt contrahatur mutuum mille aureorum, & Spinellus voluit pro vsu pecunię, quam mutuabat, frumentum ad ra-
6 tionem, de qua supra dictum est. Et ideò † quum voluerit frumentum maioris habere, quam eius sors importaret, contrahitur vsura; quia quicquid capitur vltra sortē pro vsu pecuniæ, vsura est, quia vsura nihil aliud est, quam lucri acquisitio ex vsu pecuniæ pp dilationem datā, & est vtilitas tēporis, vt diffiniunt Cano. in rub. extra de vsu. quicquid enim accedit sorti, vsura est. c. pleriq; 14. q. 3. Nec pōt defendi cōtractus ab vsuraria prauitate sub prætextu dubij euentus, quasi de mense Septembris caderet à pretio, & vilius venderetur, nam hoc communiter non solet contingere, ꝙ frumentum vendatur vilius tempore seminis, quam tempore messium, & in talibus debet inspici, quod verisimiliter contingere pōt, quum ex vsu pecuniæ, ne sperare quidem lucrum quis debeat, iuxta verbum Christi in Euangelio. Mutuum dantes, nihil inde sperantes, de quibus verbis mentionem facit Pontifex in. c. consuluit. de vsu. vbi Io. de Anan. dicit in prin. ꝙ omnis spes lucri ex vsu pecuniæ pp solutionē dilatatā est illicita, & damnata, & ideo dicit Host. in. c. fi. de vsu. & ibi Ant. de But. & Abb. super glo. & idem Hostiē. in summa co. tit. §. an aliquo casu versic. Quarto qñ qui plus vendit Laur. de Lodu. in suo tracta. vsura. 2. parte prin. q. 29. ꝙ
7 si quis emat † frumentū tempore messium soluto pretio venditori, ita quod frumentū metiatur sibi venditum tēpore Paschatis, quo tempore sm̄ cōem cursum verisimiliter plus valet contrahitur tunc vsura; & sic dicatur, quòd quandoque contingit contrarium, hoc tamen non est habendum in consideratione propter spem in huiusmodica-

di casibus probatam; quia quis sperat hoc contingere, quòd ferè semper accidit, & ideo iura adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.l.nam ad ea.ff.de.ll. Quod au
8 tem† dicitur de dubio euentu, intelligitur, quando ita potest afferre commodum, sicut incommodum; sed ubi ex verissimili potest magis afferre incommodum, tunc res non iudicatur pendere ex dubio euentu; adeò quòd qs dicitur lædi ex tali contractu, vt dicit Cuma.cõsi.114. Ant.Benedicti.3. dub. & sequitur Cur. Iun. in.l. de fideicommisso. C.de transac. Et videmus in simili de his, qui emunt ab ecclesia toto tempore eorum vitæ certo pretio dato; ita vt post mortem eorum prædium ad ecclesiam reuertatur, iste contractus non iudicatur vsurari° propter vitæ incertitudinem, vt Hostien. dicit in summa de vsu.in §. An aliquo casu, versic. Quid de his qui emũt ab ecclesijs, & Io.An.in addi. Spec. sub rub.de vsu.ĩ.1.q. tamen quando aliquis valde iuuenis faceret huiusmodi contractum. ita quòd ex verissmili esset diu victurus, & ex tali contractu multo plus perciperet, quam dedisset, tunc huiusmodi contractus videretur factus in fraudem vsurarum, & vsurarius esset censendus, licet in sui forma esset contractus emptionis, vt Bald. scribit in.l.si pater puellæ.C.de inoffi. & in.l.si ea pactione. & ibi Ang. & Sali.C.de vsu. Et quòd dubius euentus considerari debeat, vt supra dictum est, adhuc melius facit, quòd in materia scribit Ant. de But. post glo. & Host.ibi in.c.fin.super glo.2.vbi dicunt, sicuti supra distum est, quod si emptor emat frumẽtum soluendum tempore, quo plus, vel minus ualebit, talis contractus non est censendus vsurarius; quia tam emptor, quam venditor ex dilatione commodum expectat; sed si esset certum, quòd tempore solutionis plus valeret; quia minus valeret tempore messium, quam in Paschate, tunc esset censendus vsurarius; nã tunc frumẽtum plus valeret sm communem cursum, & hominum opinionem, quod spectandum est.l.2.ff.de flum. Sed quid dicendum, ꝙ quandoque contingit contrarium? Respondent præfati Docto. quòd ad ea, quæ raro accidunt, iura non adaptantur, & istud etiam tenet Abb.ibi col.2.post Host. dicens certum esse, quòd res valebit plus tempore solutionis; quia debet attendi communis opinio, & cursus regionis, nam communiter minus valet frumentum tempore messium, quam tempore Paschæ; & licet quandoque accidat contrarium; tamen propter hoc non est recedendum a d. præsumptione; qa debet considerari id, quod frequenter accidit.c.literas.de despon.impu.l.nam ad ea.ff.de.ll. Ecce quod Docto.ibi volunt, quòd dubius euentus, an plus, vel minus valeat frumentum tempore solutionis, debet considerari id, qđ verisimiliter secundum opinionem hominum, & cursum regionis contingere solet, licet quandoque contingat cõtrarium. Vnde in casu nostro non potest dici, quòd sit dubium, quod tempore seminis valeat minus frumentum, quàm tempore recollectionis. Postremo præsupponitur
9 in facto, & ita in themate narratur, quòd † tempore contractus frumentum, & siligo singulo sacco valebat, multo plus, quàm fuerit æstimatum, & emptum per d. Spinellum. Vñ casus iste decidi videtur ex verbis Io.de Ana. in.d.c.fin.col. 4.de vsu. vbi formaliter subiiciens infrascripta verba notat in illo tex.in versic. Ille autem, quòd ille est censendus vsurarius, qui emit rem in præsenti minus, quam valeat, ex eo; quia emptor differt traditionem rei emptæ, & ipse soluit pretium deputatum, nisi dubium sit, quod plus, vel minus sit res valitura tempore traditionis; & si dicas vsuram non committi in isto contractu emptionis, & venditionis, ex quo non committitur, nisi in contractu mutui.c.consuluit. supra eo. Responde, ꝙ quo ad formam contractus non est vsura; sed quo ad intentionem deprauatam secus, & ius fingit, quòd illa pecunia mutuetur venditori, vt creditor recipiat illud, quod est vltra veram æstimationem rei, decidit ergo ibi Io. de Ana. casum nostrum; quia non potest dubius euentus haberi in consideratione, ex quo, dedit d. Spinellus æstimationem rei venditæ in multo minus, quam valeret tẽpore contractus ob dilationem datam duorum mensium ad soluendum. Placet mihi etiam consideratio præced.
10 D.consultoris, dum† ponderat, quòd in isto contractu quàm plura pacta onerosa debitori interuenerunt, prout solent facere vsurarij, vt quamplurimum lucrentur; nam primo voluit d.emptor simulatus, quòd traderetur sibi frumentum purum, & nitidum, quæ verba important, ꝙ haberet cribro superponi, & omni immundicia purgari. Item voluit, quòd traderetur in medio mense Septembris, quo tempore granum frumenti est exsicatũ, & amplius non decrescit. Item ad mensuram Moncallerii, quæ dicitur esse maior circuncisionis. Item quòd veheretur Clauasij, vel alibi sumptibus emptoris, quo posset eligere, vbi clarius, & paratius venderetur. Item quòd traderetur sibi mensuratum, quum tamen mensura debeat fieri sumptibus vtriusque partis.l.sed & loci.§.1.ff. fin.regun. quæ pacta raro solent concurrere in veris venditionibus, ideo augent simulationem. Et rectè dixit Cardin.in clem.1.§.cæterum.q.3.de vsu.quòd vbi pacta omnia sunt in fauorem creditoris, & parum in fauorem debitoris, contractus præsumitur vsurarius. Concludo igitur prædictum contractum initum per d.Spinellum cum d. Ioanneto esse illicitum, & vsurarium, quo nullum me mini vidisse impudentiorem, voluit enim pro mille aureis numeratis, lucrari spacio duorum mensium mille, & ducentum alios in frumento, & siligine. Vnde omnino
11 talis contractus † est rescindẽdus, quum vsuræ sint prohibitæ non solum iure diuino; sed etiam naturali; quum pecunia pecuniam non germinet, vt Abb.ostẽdit in rubr. extra de vsur.& Io.An.in reg.peccatum in mercuria.vlt. artic.2.membri disputationis suæ, ideò pertinet ad principes prohibere, ne talia cõmittantur.l.illicitas.in princ. ff.de offi. præsi. & huiusmodi vsuræ velatæ sunt magis puniendæ, quàm manifestæ, nam magis delinquit, qui sententiam legis saluis verbis circumuenit, quam is, qui
12 contra verba legis facit, ideò † acrius puniri debet; quia quanto dolus est callidior, & potentior, tanto est punibilior, vt Bal. dicit in.l.siaus circa prin. ff.de.ll. Superest nunc, vt videamus, an d. Ioannetus possit dici morosus, & per consequens ratione moræ teneatur ad aliquod interesse, & præcedens D. consultor dicit non fuisse morosum. Quod comprobo, quia d. Spinellus non petebat pecuniam, quàm mutuauerat; sed frumentum, & siliginem, quæ sibi non debebantur, attento quòd contractus erat fœneraticius, & persequebatur, & nunc etiam persequi-
13 tur vsuras indebitas, &† qui plus debito petit, non potest obijcere moram super toto.l.in fideicommisso.ff.de vsu. & per Bar.in.l.si qui solidum in prin.ff.de leg.2. Item posito, quòd esset habenda ratio frumenti, & siliginis, non diceretur tamen d. Ioannetus esse in mora, quoniam
14 † actum fuit inter partes, quòd d. frumentum, & siligo deberet conduci de medio mense Septembris in loco Clauasij, vel alibi ad libitum d. Spinelli, propterea quum loci electio pertineret ad creditorem, & non fuerit interpellatus Ioannetus, vt in illo loco solueret, non potest dici, ante d. electionem cum interpellatione constitutus in mora; quia nesciebat, quo loco soluendum esset, & ita scribit Alex.vbi plura allegat, & ad cuius dicta breuitatis gratia me refero cõsi.45. In causa, & lite vertente col.2. versic.Fortius, quia in instrumento celebrato.lib.5.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria affici vt quis dicatur, non sufficit generale cõuitiũ, vt quia dicatur, tu es impius, vel maledictus; sed verba debẽt cõtinere speciẽ aliquã delicti.*

2 *Iudæi vbi per statutum puniuntur si blasphemant D.nostrum Iesum Christum, vt puniãtur, oportet quod de Christo specialis mentio facta fuerit.*

3 *Iniuria, vbi consistit in nudis verbis, & non progreditur ad opera facti, quando possit reuocari.*

CONSILIVM DCLXXI.



Quidam consiliarius cum exiret de consilio dixit alteri, cum quo disceptabat, tu es impudens, nec vir es bonus; egit alter actione iniuriarum contra proferentem talia verba, & post longum processum, quum causa mihi esset commissa ad decidendum, consilio meo decisiuo dixi actionem iniuriarum non competere, motus ex duobus. Primo, quia hæc verba sunt prolata

 in genere

1 in genere † non continentia speciē aliquam delicti, ideò vt quis dicatur alteri iniuriā inferre, non sufficit gñale cōuitum, vt quia dicatur, tu es impius, vel maledictus. l. his verbis. §. 1. ff. de hered. Instit. glo. in. l. turpia. ff. de leg. 1. quā ibi sequitur Bar. & cæteri. Ang. de Aret. in tracta. malefi. in gl. verba contumeliosa. col. 3. versi. Quid aūt si sta tutū, Alex. consi. 223. col. 3. vers. Sexto cōfirmatur. lib. 6.
2 vbi † ex hoc īfert, ꝙ leges puniētes Iudæos blasphemātes D. nostrū Iesum Christū non ꝓcedunt in Iudæis blasphemantibus in genere, vbi de Christo specialis non fuit facta mentio, & tenet ēt ꝑdicta Ruy. consi. 45. col. 5. lib. 5. Secundo mouebar; qa ille qui ꝓtulerat illa vba, vbi contra eū fuit actū actione iniuriarū, cōparens statim in iudicio, reuocauit ꝑfata verba, & dixit eorū se pœnitere, & videtur,
3 ꝙ † vbi iniuria consistit in nudis verbis, & non progreditur ad opera facti, possit qñcunq; reuocari, ita dicit Lanfran. de Oria. in repe. c. qm̄ contra falsam. de ꝓba. in verbo cōfessiones col. 1. allegādo Ang. in. d. l. si non conuitii. C. ad iniu. quē sequitur Feli. in. c. dilecti filij. col. pē. de excep. & Marsi. singu. 626. qđ incipit. Calor Iracundiæ &c. dicens se habuisse de facto, & obtinuisse, & videtur facere rō; quia ꝑ reuocationē videtur satisfactū iniuriā passo. arg. l. nihil tā naturale. & ibi not. ff. de reg. iur. Sed Luc. de Pen. in. l. oēs oīno curiales. col. 2. versi. Sed pone Titius. C. de decu. lib. 10. dicit, quòd ille, qui dixit alicui, vel fecit iniuriā pōt se excusare infra. 30. dies allegādo dictū, vel factū fuisse per iracundiā ꝑ tex. in. c. cū apud. 11. q. 3. & in. l. si venditori. C. de pœn. quē refert, & sequitur Dec. in. l. qcquid calore. ff. de reg. iur. Cyn. aūt post Petr. in. d. l. si non conuitij, col. 1. videtur tenere, ꝙ qñ aliquid est factū, vel dictum, qđ sine ꝑiudicio iniuriā passi reuocari nequit, ex quo sit infamatus apud bonos, & graues viros per pnīam non reuocatur; quia pœnitentia ista non satisfacit famæ iniuriā passo, allegat tex. in. l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. qui tñ tex. loquitur, vbi opera facti interuenerunt, tradit etiā pro cautela Tho. Ferr. caut. sua. 39. Si quis dicit, quòd si quis velit euitare actionē iniuriarū, siue verbum iniuriosum dixerit ex iracundia, siue ex proposito, statim antequā recedat à loco, dicat, quòd illud, ꝙ dixit, falsum est, & ꝙ eum pœnitet id dixisse, allegat Lanfran. & Feli. vbi supra. Nouissimè autem Hiero. Cagno. Doctor Vercellē. in. d. l. quicquid calore. tenet, quòd vsq; ad litis contestationē iniuria possit reuocari, nō aūt post litis cōtestationē; quia tunc q̄situm est ius irreuocabiliter iniuriā passo ēt ad hæredem transmissibile. l. iniuriarum actio. vlt. ff. de iniu. Sed vsque ad litis contestationē tenet posse ꝑ pœnitentiam reuocari, & eo modo satisfieri iniuriam passo, quæ opinio placet tanquā benignior, & humanior; nam inter varias opiniones Docto. id, ꝙ benignius est præualere debet, vt tradit Abb. & alii in. c. 1. circa fin. de consiitu. & dicit Iuriscon. in. l. ꝓximè. ff. de his, quæ in testam. delen. ꝙ in re dubia benigniorē interpretationē sequi, non minus est iustius, quàm tutius.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Finiū regundorū in iudicio, de possessione prius, & inde de proprietate q̄rendū est, et post termini fingēdi, & in eo obtinet, qui melius ꝓbat, vt nu. 28.*

2 *Vectigaliū institutio est de maximo īperio, et illorū exactio ostēdit quasi possessionē iurisdictionis.*

3 *Fines antiqui ex reddituum præceptione, exercitio iurisdictionum, exactioneq́, nauigiorum, & vectigalium probatur; finiumq́, possessio.*

4 *Iurisdictionis quasi possessio, & dominium per onerum exactionem, salinarum perceptionem, & solutionem censu probatur.*

5 *Collectarum impositio, & exactio in loco, denotat illum locum esse de territorio eius, qui onera imponit, & exigit.*

6 *Possessio iurisdictionis per iurisdictionis exercitiū acquiritur, data scientia, & patientia aduersarij, & sufficit scientia præsidis prouinciæ.*

7 *Iurisdictio, & eius quasi possessio probatur per cōdemnationes, & exactiones delinquentium, furcarum erectionem, & obedientiam præstitam ab hominibus ad mandatum officialium.*

8 *Iurisdictio vbi est probanda in genere, sufficit testimonium plurium in specie, ut quia vnus vidit exculare, alter suspendere.*

9 *Fines, & iurisdictio ꝓbātur ꝑ custodū appositionē.*

10 *Custodum appositio, denotat dominium, & iurisdictionem, & tenentur domini castrorum custodes deputare omni tēpore, ne dāna aliquo tēpore fiāt.*

11 *Fines æterni, sunt montes, & flumina conualium, quibus territoria distinguntur, & in his semel verum semper præsumitur verum, secus si est veritas creata, quia potest ab homine mutari.*

12 *Limites distinguentes regna, & prouincias, vt montium, & fluminum non præscribuntur, secus distinguentes dominia rerum.*

13 *Fines antiqui vbi sunt probandi, admittitur probatio imperfecta per argumenta, & adminicula; Fallit vt nu. 62.*

14 *Testimonium de auditu admittitur in antiquis. Fallit, vt sub nu. 38. & in teste deponente de auditu, quæ requirantur. nu. 61.*

15 *Fama in excedētibꝰ metā cētū annorū plenè ꝓbat.*

16 *Fines per instrumenta antiquissima, & libros in archiuio publico bene custoditos antiquos probantur, & nu. 27.*

17 *Adiacentia presumūtur esse de iurisdictione illius ciuitatis, cuius territorio magis adhærent.*

18 *Vicinitas, & aptitudo sicut actus, sunt argumenta dominij.*

19 *Possessio probatur per lignorum incisionem.*

20 *Possessio ex locatione tunc probatur, quando merces conuenta soluitur, nedum in præiudicium soluentis; sed etiam tertij.*

21 *Custodia non solum probat possessionem mobilium; sed etiam immobilium.*

22 *Possessione vetustissima probantur etiam ea, quæ reseruata sunt principi in signum supremæ pōtatis.*

23 *Fines, triginta annorū spatio ꝑscribūtur, & nu. 25.*

24 *Diuisio facta iam tanto tempore lapso, cuius memoria non extat, probat etiā inter diuersas ꝑsonas.*

26 *Præscriptione. 30. anno. quæritur dominium, quod potest inde à quocunque vendicari, etiā ꝙ prius fuisset dominus.*

29 *Exemplum, licet nō constante de originali non probet regulariter, tamen probat cōtra partem, quæ illud producit, & nu. 32.*

30 *Vsusfructus etiam relictus personæ, quæ nunquam moritur, finitur spacio centum annorum.*

31 *Dictio perpetuum, in dispositione vsusfructus facta municipio, ciuitati, vel ecclesiæ non trahitur vltra. 30. annos.*

33 *Statutum excludens omnes exceptiones contra instrumentum, non tollit exceptionem quod non sit instrumentum.*

34 *Scriptura archiuij vt probet, quæ requirantur, & an probent cōtra nō subditū, & nō citatū. nu. 36.*

35 *Exemplum exempli depositū in archiuio publico, non probat contra subditum.*

37 *Nominis diuersitas, diuersitatem rei, designat non probata identitate.*

38 *Verba enunciatiua, quando habent originem ab eisdem*

eisdem personis, non probant etiam in antiquis.

39 *Instrumenta in antiquissimis fines enunciantia licet probēt, & per ea probetur communis opinio, & fama; tamen fallit, quando habent originem à p̄sonis suspectis: & nu. 41.*

40 *Testis vnicus deponens de publica uoce, & fama, est suspectus; & quare.*

42 *Fines posśūt diuidi duplci respectu, respectu scilicet diocesis, & iurisdictionis, & respectu prædiorum vicinorū, & diuisio vnius non præiudicat alteri.*

43 *Iurisdictio non est apud populos, sed apud eorum rectores.*

44 *Clausula saluo iure, posita in instrumēto facto inter populos super diuisione territoriorū, importat, ne dicatur derogatū iuri ad superiores ratione iurisdictionis spectanti.*

45 *Suspiciones plures, quibus demonstratur falsa esse instrumenta de quibus agitur; & suspicio falsi habetur pro falso; remissiuè.*

46 *Statutum annullans actū factū per notariū nō matriculatum, valet, & instrumentum factum contra eius prohibitionem non facit fidem. et nu. 48.*

47 *Instrumēti locus inspicitur in ipsius instrumēti decisorijs; sicut contractus, & factū ab interdicto suscipere instrumenta in illo loco non meretur fidē.*

49 *Statutum terrarum intra territorium statuentiū, & de rebus ad eorum iurisdictionem spectantibus potest habilitare personas inhabiles, & econtra.*

50 *Collegium notariorum, an possit statuere, ꝙ nemo recipiat instrumenta, qui non sit de eorū numero.*

51 *Princeps, vt videatur cum incapaci dispensare, quę requirantur.*

52 *Notario non creditur, nisi de his, quæ gesta sunt sub oculis eius, & quæ potuerunt interuenire tempore confecti instrumenti.*

53 *Notarij officium est duntaxat instrumenta conficere de his, quæ in eius præsentia aguntur tempore suscepti mandati.*

54 *Obseruandum non est pactum in contractu ei, qui non obseruauit ex sui parte.*

55 *Verba in contractibus accipienda sunt propriè, & in potiori significatu.*

56 *Testibus vniuersitatum, vbi non agitur de communi commodo, & honore, sed de vtilitatibus singulorum, non creditur; & quid si agitur de commodo vniuersali. nu. 58.*

57 *Testes sentientes commodum ex eadem re, super qua deponunt, sunt inhabiles.*

59 *Prouocans ad iudicium debet succumbere non edocto de iure suo.*

60 *Testes deponentes pro non delicto, pp iuris præsumptionem præferri debent deponentibus de delicto.*

63 *Reseruatio vsusfructus, & aliquorum, est concessio proprietatis, & reliquorum.*

CONSILIVM DCLXXII.



Ertente iam diu cōtrouersia inter Illustriss. & Excel. Alphonsum Ferrariæ Ducē, & suos homines plebis Pellagi ex vna, & Illustriss. D. Ducē Florentiæ, & eius homines Barghæ ex altera, factū fuit cōpromissum in Serenis. Sabaudiæ Ducē D. meū Collendissimū, vt eius celsitudo cognosceret cām, & videret vtra pars iustiores foueret partes. Et visa quidem facti contingentia, & his, q̄ in thematæ narrantur. Viso ēt plenissimo, & elegantissimo consilio p̄stantissimi aduocati Ferrariēsis. D. Bertholamæi Bertazoli. qui oēs causæ articulos diligentissimè discussit, ita vt nihil addi posse substantiale videatur, & ostendit iura Illustriss. Ducis Ferrariæ, & hominū plebis Pellagi esse potiora, meū fuisset sola subscriptione eius sn̄iam comprobare, qa plenitudini nihil addicij pōt. Attamen vt difficultates controuersiæ noscè videar, & non inconsultè cū eo stare, paucioribus quā fieri possit, in materia satis prolixa adducā aliqua calcando semp̄ vestigia p̄fati D. consultoris, per q̄ iustitia Illustriss. Ducis Ferrariæ, & hominū eius clarius elucebit. Dubitatio igitur consistit in duobus principaliter. Primo, sup quasi possessione iurisdictionis D. Ducis Ferrariæ in locis controuersiæ, & quasi possessione nemorū, & pascuorū d. hominū plebis. Secundo, super petitorio earundē rerū. Veniendo igitur ad possessoriū, primo discutiemus quasi possessionē iurisdictionis D. Ducis Ferrariæ. Secundo, discutiemus quasi possessionē nemorū, & pascuorum d. hominū plebis. Circa primū; quia in iudicio finiū † regundorū prius

1 de possessione, deinde de proprietate q̄rendum est, quæ coheret possessorio, deinde termini figendi. l. si quis sup. C. fin. regun. dico D. Ducē Ferrariæ esse in quasi possessione iurisdictionis sup locis cōtrouersiæ; nam p̱ multos testes p̱batū est, ꝙ olim Illustriss. Duces Ferrariæ soliti sunt ibi exigere gabellas nō solū à forensibus illuc transeuntibus; sed ēt ab ipsis Bargensibus. Certum est † aūt, ꝙ

2 exactio vectigalium indicat quasi possessionē iurisdictionis, quū nemo possit vectigalia exigere, nisi is qui habet merū imperiū. l. vectigalia. C. de vectig. vbi Sali. dicit, ꝙ institutio vectigalium est de maximo imperio, & hoc ēt ostenditur; quia exactio vectigalium p̄scribi pōt saltem tp̄e, cuius initii memoria non extat in contrariū. c. super quibusdā. §. p̄terea. de verbo. signific. Bar. in. l. si publicanus. §. in oībus. ff. de publi. ergo est dare eorū quasi possessionem; quia sine possessione non cadit p̄scriptio. l. sine possessione. ff. de vsucap. vbi impeditus exigere, dicitur spoliari, vt not. Spec. in tit. de restitut. spolia. §. nunc dicamus. vers. Sed si aliquis. si igitur D. Dux Ferrariæ est † in

3 quasi possessione finiū, & eorū iuriū; quia in alieno territorio talis exactio fieri nō pōt. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. §. cum vrbē. ff. de offi. præfec. vr. Ad quod etiam facit, quòd scribit Bal. consi. 420. Verba principis. col. 1. lib. 1. vbi inquit, quòd per perceptionem reddituum fines p̱bantur, & dicit Bal. in. c. cum causam. col. 2. versic. Item scias. de proba. ꝙ per exercitia iurisdōnum, & redditus antiquos, & nauigia, & pedagia, ac thelonea probantur fines antiqui, & possessio. c. dilecti. de offi. archi. &. c. licet causam, de proba. Accedat ꝙ notissimū est, ꝙ vectigalia sunt de regalibus, id est pertinēt ad regiam dignitatē, vt habetur. in. c. vnico, quæ sint rega. Secūdo, quasi possessio iurisdictionis d. D. Ducis Ferrariæ probatur per plurimos testes, qui à quinquaginta annis, & citra deponūt, ꝙ pastores, qui citra Alpes quotannis pascua in d. locis controuersiæ conduxerūt, & pecudes, ac greges suos illic tenuerūt, semp̄ soluerūt, & soliti soluere fuerūt, & sunt, conductoribus vectigaliū Illust. Ducis Ferrariæ pecuniā p̱ caseo illic cōfecto, & ꝙ fuerunt semp̄ soliti accipere sal pro saliendis caseis suis alitis citra Alpē versus Lombardiā, & ex † huiusmodi onerū exactione probatur iurisdi-

4 ctio, & eius quasi possessio, vt Bal. dicit in. d. c. cū cām, dū loquitur de perceptione redditū col. 2. versi. Istis ergo sic theoricè, vbi mentionē facit de salinis, & qđ huiusmodi p̱ceptiones salinarū sint de regalib9, tex. est aper. i. d. c. 1. q̄ sint rega. Et ad p̄dicta bene facit, qđ Bal. scribit in. l. 4. C. de natu. libe. dicens ꝙ castrū, vel villa, seu possessio sit de territorio alicuius, p̱batur per solutionē census, vt in eo tex. & in. §. si quis igitur in auth. eo. tit. & quod dicit Bal. in. l. data opera. col. 9. versi. Super Scitu cadit testimoniū. C. qui accu. non pos. vbi vult, ꝙ testis reddat bonā rationē sup iurisdictione, si dicit, ꝙ vidit homines soluere collectas. Et regulariter, ꝙ † locus sit de territorio illius,

5 vbi onera imponūtur, & exiguntur, tradit Alex. cons. 23. Viso processu causæ. col. 3. versi. Itē r̄ndeo. lib. 5. Tertio, colligitur possessio iurisdictionis p̄dicti D. Ducis Ferrariæ ex eo, ꝙ accusationes proponebantur pro damnis datis, & condemnationes exigebantur, ꝙ non pōt fieri sine

6 exercitio iurisdictionis, & ex huiusmodi † exercitio acqritur quasi possessio iurisdictionis, scientibus, & patiētibus aduersarijs. d. §. si quis igitur in auth. q. mo. nat. effi. sui & in. l.

in.l.pupillus.§.territorium.ff.de verb. sign.iuncta.l.quo tiens.C.de serui.&.l.2.C.eo titu.Et dicit Bar.in.l.si publi canus.§. in omnibus.ff.de publ. quòd ad constituendum quem in quasi possessione iurisdictionis spectātis ad prin cipem, sufficit constare præsidem fuisse in prouincia; quia eius scientia sufficit, & ex vicinitate locorum præsumitur scientia.c.quāto.&.c.quosdam.de pręsum l.1.post prin. ff.de flumi.&.l.si ita §.fin.ff.de fund. instruc.& idem tra dit Bar.in.l.fin.vbi vult, quod scientia, & patientia iudi cis loci, vel prouinciæ sufficit, vt acquiratur quasi posses sio iurisdictionis exercenti eam, quod etiam tenet Ant. de But.in.c.fin.de cau.posse.& proprie.& sequitur Aret. consil. 42. Viso consilio elegantissimo. col.2. Quarto probatur etiam possessio iurisdictionis d. Illustriss. Ducis Ferrariæ qa fuit probatū.ꝙ p officiales.d.Illustriss. Ducis Ferrariæ fuerunt factæ condemnationes, & exactiones
7 †delinquētium in locis controuersiæ, & præsertim contra fraudantes gabellas, in quos fuerūt factæ exactiones contra bannorum, & captę bestiæ, vnde ex talibus proba tur quasi possessio iurisdictionis, & ipsa iurisdictio; nam prædicta omnia pertinent ad merum imperium, vt per glo. Bar. & omnes in.l.imperium. ff.de iurisd.om.iud. Ad quod conueniunt verba Bal. in.d.l.data opera.col.6. versi.super scitu cadit testimonium.C.qui accu. non pos. vbi vult, quòd iurisdictio probatur per testem super iurisdictione, si testis deponat quòd vidit ibi cōmune Perusij erigere furcas, malefactores capere, homines illius loci comparere, & mandatis obedire, tam in faciendo, quam in non faciendo, & subdit postmodum ibi Bald. quòd
8 † vbi agitur de iurisdictione probanda in genere, sufficit testimonium diuersorum in specie, vt quia vnus vidit exo culare, alter suspendere, per not. per Inno. in.c. qualiter, & quando.de accusa. Item secundum eum probatur iurisdictio, si testis deponat, quòd vidit talem gerere se pro domino longo tempore.l.Titia.ff.de solu.&.l.post mor tem.ff.de adop.l.4.C.ad macedo. & per alia ibi per eum adducta, & pro confirmatione prædictorum facit, quòd Abb. scribit consi. 62. In controuersia inter Ducem Burgundiæ quinto dub.lib.2. vbi dicit, ꝙ locus præsumitur esse de territorio illius, qui iustitiam, seu actus iurisdictionales exercet.

Quinto dicitur, quòd per Illustrissi. Duces Ferrariæ
9 fuerunt appositi commissarij super locis † controuersiæ, qui custodirent, ne vectigal salis fraudaretur, & per appositionem custodum acquiritur vsus iurisdictionis, & ꝓbantur confines, vt Bald. dicit in præalleg. consil. 420. col.2.lib.1.per optimum tex.in.l.si ita.§. mulier villæ custos.ff.de fun. instruc. & idem tenet Guid. Pap. q.193. Quia in hac patria col.1. vbi ad hoc allegat tex.in.l.in nomine domini, circa prin.ibi quoniam ita conuenit, vt per custodes fines prouinciæ seruantur.C.de offi.præfec.prę to.Affri. quem tex. etiam ad hoc allegat Petr. de Vbal. de Peru. qui idem sequitur in tracta. de duo. frat.5.part. prin.q.28. Idem tradit Alex.consi.88. Quoniam omne datum. col.pen. versi. Præterea ille actus.lib.5.vbi dicit,
10 quod † actus custodiendi, ne damna dentur, denotat dominium iurisdictionis, & superioritatis, non autem dominium ipsarum particularium rerum, hoc probatur; quoniam domini terrarum, & castrorum tenentur custodes deputare omni tempore, ne damna aliquo tempore fiant, vt not.clarè Ang.in.l.ne quid. in prin. ff. de incen. rui.nau.allegat tex.in.l.3.C.de litto. & itine.custo.& Bal. in.c.1.§. conuenticulam.de pac.iur. fir. Ex prædictis nedum probata est possessio, vel quasi iurisdictionis Illustrissimi Ducis Ferrariæ in d.locis controuersiæ, verum etiam proprietas illius, quæ ex d. actibus, & exercitijs ꝓprietatis ipsius iurisdictionis ꝓbatur fuerunt ꝓbata, sed vt q̄ illā plenissimè probāt. Primo enim sunt cōfines positi à natura iugum, scilicet alpium Apennini; nam proba
11 tum est † per testes iugum alpium Apennini distinguere prouinciam Tusciæ à prouincia Lombardiæ, nam (vt inquit Bal. in.c.cum cām col.2. versic. Ibi melius de ꝓba. loquens de veritate confinium) aut veritas creatur ab homine, & ista potest mutari, vt.l.cos.ff.fin.reg. Aut ab immutabili natura, vel situ perpetuo, sicut sunt montes, & flumina conuallium; quia distinguit territoria; & sunt fines æterni, & in his semel verū semper præsumitur verū, & dicit Paul. de Cast.in.l.ex hoc iure in.2.lectu.col.8.ff.
12 de iusti. & iu.ꝙ † limites, qui ponuntur ad distinctionē regnorum, & prouinciarum, vt montes, & flumina debent esse notabiliores, & licet limites, qui sunt positi ad terminationem dominiorum possint pręscribi.l.fi.C.fi. reg.non tamen præscribuntur, qui sunt positi ad distinctionem prouinciarum.c.super eo. & ibi Imo. & alij de paroch. Secundo, quum probata sit possessio ipsius Illustrissimi Ducis Ferrariæ, insurgit etiam ex hoc præsum-
13 ptio proprietatis; † nam quando fines antiqui sunt probandi, admittitur probatio imperfecta per argumenta, & alia adminicula, sicut communiter in antiquis, quæ sunt difficilis probationis, fieri solet, secundum Ang. in.l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego. gest. & probatur in materia finium in.d.c.cum causam. ibi, famam, & quæcunque alia adminicula.de proba. est bona glo.in.c. si Papa. in verbo, probata.de priuileg.in.6. & in casu isto tenet Bal.consil.286. Thema proponitur, vt infra.in fi. lib.2.vbi inquit, ꝙ ex quasi possessiōe de p̄senti p̄sumitur dominiū territorij, per.l. sicuti.§. si q̄ratur.ff.si ser.vēd.

Tertio, quia ferè per omnes testes examinatos ex parte præfati Illustrissimi Ducis fuit probatum loca, de quibus nunc contenditur, esse de territorio ipsius, tum de visu, & veritate, qui proculdubio probant, tum etiam de auditu, qui etiam dicunt se audiuisse à suis maioribus, quòd
14 † confines D. Ducis Ferrariæ sunt positi in iugo Alpiū, & in antiquis testimonium de auditu admittitur, vt est not.tex.in.c.ex quadā. ibi, valere testimonium de auditu.de testib.per quem tex.ita ibi not. Ant.de But.1.not. & in terminis confinium tradit Alex. consi.187. In hac causa, & lite vertente.col.fin.lib.2. Et eodem modo admittuntur testes, qui dicunt se credere, vt tex. in.c. quotiens, ibi, accepisse à maioribus suis, & credere. de testib. Quarto, probatum est per testes deponentes de fama de præfatis finibus D. Ducis, & est clarum, quòd per famam probantur fines antiqui, vt est tex. apertus in d.c.cum
15 causam.de prob. & regulariter in † antiquis excedentibus metam centum annorum fama plenè probat, vt habetur per glo.in.l.at qui natura..§.cum me absente. ff.de neg. gest. quam ita ibi intelligit Ang. & in.l. Titius.ff. quib.mo.pig.uel hypothe. solui. Anto.de But. & alij.in c.veniens.1.de testib.cum alijs adductis per Alex. in. d. consi.187.col.2.lib.2. Quinto, probatur iurisdictio Illustrimi Ducis Ferrariæ in.d.locis ex instrumento in actis producto reperto in archiuio publico communitatis Mutinæ celebrato de anno.1283. in quo constat, qd iura ipsius ciuitatis se protendunt ad d.iugum alpium, et
16 certum est, quod † per huiusmodi instrumenta antiquissima probantur confines, vt est tex. in.d.c.cum causam, ibi, per libros antiquos.de proba.vbi Bal.not.ex illo.tex. quod adminicula multum iuuāt, & valent in factis antiquis, & ibi ponit exemplum in instrumentis repertis in archiuio publico benè custoditis, quibus ex consuetudine datur secundum eum perpetua fides, & dicit Bal. consil.286. Thema proponitur vt infra. col. 2.lib. 2.quòd per instrumenta principaliter super confinibus reperta, vel libros antiquos ex archiuio publico productos inducitur vera probatio confinium, vera autem probatio sufficit in q̄stione confinium.l.1.&.2.C.de fun.limit.11. Sexto, probatur ex quadam præsumptione, quum non reperiatur, quod aliqua ex terris, vel communitatibus Tusciæ habeat aliquam iurisdictionem in aliquo loco citra iugum Alpiū versus Lombardiam, & maximè in hac prouincia Frignani, quòd satis ostendit diuisionem prouinciarum, & distinctas fuisse iurisdictiones. Postremo, ad idem accedat; quia tam per testes examinatos, quam etiā per loci descriptionem de consensu partium factam pro-
17 batum est, quòd † omnia loca citra iugum prædictum circūuicina, & adiacētia sunt de dominio; & iurisdictione præfati Illustrissimi Ducis Ferrariæ, quo fit, vt præsumatur etiam locus controuersiæ esse de ipsius iurisdictione, vt dicit Bald.in.c.cum olim. de præscrip. vbi illum text. adducit ad argumentum, ꝙ loca adiacentia præsumuntur esse de territorio illius ciuitatis, cuius territorio magis adiacent, adducit etiā tex.in.§. Insulæ. Inst. de rer. diuis. Et dicit etiam Bal.in.c.cū cām.col.2.versi. Itē dicit Inn.
18 quòd † vicinitas, & aptitudo sicut actus, sunt argumenta dominij, allegans tex.in.d.§. Insula. Facit etiā, ꝙ scribit Marti.de Lau.in tracta.de Castella.conclu.7.ꝙ si castrum est inter duas ciuitates, in dubio p̄sumitur iurisdictionis illius, cui est ꝓpinquius, arg.l.adeo.§. Insula.ff.de acquir. re.dom, Et hæc quo ad quasi possessionem, & proprietatem iurisdictionis attinet, satis, & superesse videntur.

Quo

Quo vero ad possessionem, & proprietatem nemorũ, & locorum ipsorum controuersiæ; iudicandum, & laudandum esse ad fauorem d. hominum, & vniuersitatis plebis non est etiam ambigendum. Si quidem, primo respectu possessionis melius iam probauerũt; nam possederunt hæc loca, & maximè nemora, vt per plures testes vtriusque partis est probatum, per quinquaginta annos,
19 incidendo lignamina in ipsis nemoribus, & quod † per incisionẽ lignorũ ꝓbetur possessio, tradit Alex. cõsi. 88. Quoniam omne datum optimum. col. 4. versic. Quod autem testes lib. 5. Et probatur, quia huiusmodi arborum incisio non solet spectare nisi ad dominos. l. diuortio. §. si fundum. ff. solu. mat. l. arborib⁹ in prin. ff. de vsufr. & possessio probatur per actus, qui non solent fieri in rebus, nisi communiter à dominis, & possessoribus rerum suarum. l. 2. de acqui. posse. l. Titia. ff. de solu. Item probatum est, quòd terris, cuulsis arbustis ad culturam redactis, quas ronchos vulgo appellant, fructus in eis perceperunt, colligendo fruges in eis satas. Probatur ẽt, quòd d. homines plebis locarunt exteris incisionem in d. nemoribus, & seu illos admisserunt ad incidendum, &
20 secandum ligna, & mercedem receperunt; ex † locatione enim probatur possessio, quando merces conuenta soluitur, vt not. in. l. vniuersas. §. quod per colonum. & in. l. quamuis. §. 1. & ibi Bar. ff. de acq. posse. & nedum in præiudicium soluentis sed etiam tertij, secundum Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. no. in. d. §. quod per colonum, & est de mente Bar. Imo. & expressius Are. ibi, qui dicit hanc esse communem opinionem. Probatur etiã alio modo de possessione d. hominum Plebis per appositiones custodũ, ne damna darentur in pascuis, & nemoribus, de quibus agitur, per d. homines factas, & de qui-
21 bus deponunt plures testes; & † huiusmodi custodia non solum probat possessionem rerum mobilium, sed etiam immobilium, vt deductum est superius, vt tradit Alex. & Ias. post alios in. l. 3. §. Nerua filius. ff. de acq. posse.

Respectu vero proprietatis horum locorum venit ẽt pronunciandum, in fauorem d. hominum plebis. Primo; quia probatur per testes, qui viderunt, & audiuerunt à
22 maioribus suis, quod d. homines † possederunt d. loca per spatium tanti temporis, cuius memoria in contrarium non existit, & per huiusmodi possessionem vetustissimam præscribuntur etiam ea, quæ reseruata sunt principi. c. super quibusdam. §. præterea. de verbo. signifi. habet enim possessio tanti temporis uim pacti, vel priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æsti. l. 2. in prin. ff. de aq. plu. arcẽ. l. fi. C. noua vectig. insti. nõ pos. not. glo. in. l. sanè iuncto tex. ff. de iniu. & in. c. 1. de præscrip. in. 6. cum similibus, quæ nota sunt, imò minori tẽ-
23 pore sufficeret possedisse, quia † fines xxx. annorum spacio præscribuntur. l. fi. C. fin. reg. & tradit Bald. in d. consi. 286. Thema proponitur, vt infra. col. fin. lib. 2. Secundo, probatur ex instrumento compromissi, & laudo decisorio facto, & lato de anno. 1477. in actis exhibito, qđ fuit facta diuisio, quę ab huc vsque tempore fuit obseruata inter ipsos homines Plebis, & S. Andreæ ex vna, & homines Rochæ bonorum communium inter eos, & fuit appositus terminus in loco nuncupato il Forno delle fabriche eundo vsque ad summitatem iugi Alpium recta corda, & bona, quæ sun ta latere dextro eundo a dicto loco appositionis termini prædicti vsque ad dictum iugum, obuenerunt hominibus Rochæ, cætera vero existentia a latere sinistro inter quæ sunt loca cõtrouersiæ, peruenerunt d. hominibus plebis, & Sancti Andræ, qui homines plebis ab eo tempore citra possederunt; & hæc
24 diuisio facta iam tempore elapso, cuius non extat memoria in contrarium, probat etiam inter alias personas. Bal. Ang. Sal. & alij in. l. cum aliquis. C. de iu. delib. & ex d. diuisione resultat etiam alius effectus, quia d. homines plebis censentur d. loca tanquam existentia in eorum territorio possedisse ex præcedenti titulo diuisionis. l. 2. C. de acq. poss. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Bart. in. l. cum solus. ff. de vsucap.

Tertio, quatenus d. homines Barghæ ius aliquod habuissent in d. locis, quod expresse negatur, stante d. possessione probata per testes deponentes de visu per spatium. 40. annorum, & vltra, & citra, dominium d. loco-
25 rum controuersiæ fuit acquisitum d. de pleba; quia † per præscriptionem tanti temporis fuerunt exclusi a iudicio finium regundorum. d. l. fi. C. fin. reg. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. annor. & per præscriptionem etiam
26 † tãti temporis quæritur dominium, & posset a quocunque vendicari, etiã ꝙ prius fuisset dñs. l. si quis emptione. §. quod & si quis. C. de præscrip. 30. ann. & ita in diuisiõe facta inter cõmunitates in specie tradit Pau. de Cast. consi. 457. Respondeo, & dico lib. 1. & idem dicit consi. 361. Circa primum quæsitum. lib. 2. secundum nouissimam impressionem.

Quarto, probatur dominium saltem directum d. de plebe in his locis, ad exclusionem d. de Barga per instrumentum confectum de anno. 1458. & in actis etiam productum, in quo dantur pro confinibus in d. locis homines de Barge iure vtilis dominij cum d. de plebe, quo fit, vt satis constare videatur illos tantummodo pascua, quæ sunt communia inter eos, vt dicunt omnes testes, habuisse in eo loco, & non quidem, vt domini absoluti,
27 sed iure vtilis dominij, & † instrumentum, cum simus in antiquissimis, facit pręsumptionem dominij etiam cõtra tertium, maximè cum hic agatur de probatione confinium, quo casu etiam verba enunciatiua in instrumentis antiquis probant contra eos, iux. not. per omnes in d. l. cum aliquis. C. de iure delib.

Quinto, quum loca controuersiæ sint viciniora terræ plebis præsumuntur esse illius, non Barghæ remotioris, vt supra est deductum. Ex quibus apertissimè cõstat tam in possessorio, quam in petitorio prædictos Illustrissimũ Ducem Ferrariæ, & homines plebis melius iura sua pro-
28 basse, & per consequens obtinere † debere in hoc iudicio, in quo victoriam obtinet, qui melius probat, secundum Bal. in sępius alleg. consi. 420. col. 1. versi. Hor reuerendo. lib. 1. & Aret. in. d. c. cum causam. col. 3. versic. Primo quidem, vbi vult, quòd in tali iudicio finium, vbi sunt contrariæ scripturæ, & testes, sit magis credendum frequentioribus, & dignioribus, & verisimiliora, & magis apta veritati dicentibus, sicuti in aliis causis fieri solet, vt habetur in. c. in nostra. de testib. & in. l. ob carmen. § si testes. ff. eo. tit. Et non tantum respectu nemorum, & locorum controuersiæ venit pronunciandum in fauorem d. hominum Plebis, vt supra dictum est, sed etiam respectu pascuorum existentium in eis, quorũ vsus, & vsusfructus pertinebat ad omnes prædictos de Barga vigore cuiusdam instrumẽti, vt asseritur, celebrari de anno 1454. cuius exemplum habitum fuit à parte aduersa pro originali ipsius instrumenti, quæ ꝓduxit illud de anno 1457. coram commissariis vtriusq; principis, vt deponunt duo testes d. de Plebe vltimo loco examinati, vt constat ex
29 actis, & licet † de originali non constet, tamen quum sit exemplum instrumenti exhibiti à parte, & ab ea habitum pro originali, probat, contra eam, quæ illud produxit, vt per Bar. & ibi communiter per Scrib. in auc. si quis in aliquo. C. de eden. Quum igitur in d. instrumento appareat, qđ vsusfructus tantum d. nemorum, & pascuorum in eis existentium fuit concessus ipsi communi, & vniuersitati in d. contractu, & iam transacti fuerint. 110. anni.
30 dicendum est, quòd † vsusfructus per tantum temporis spatium sit finitus, & extinctus. l. an vsusfructus. & ibi Bal. ff. de vsufruc. & in. l. si vsusfructus municipibus. & ibi etiam Bar. ff. de vsufruc. lega. Nec obstat, si dicatur, ꝙ in. d. instrumento adest dictio, in perpetuum, & ideò de-
31 bet intelligi in infinitum; quia respondetur, quòd † imo illud verbum perpetuum in dispositionibus vsusfructus facta ciuitati, municipio, ecclesiæ, vel similibus personis, quæ nunquam moriuntur, intelligitur vsque ad centum annos, ne inutilis sit proprietas, iux. l. cum antiquitas. C. de vsufruc. Idem exponit glo. de verbo in perpetuum. in. d. l. vsusfructus. & in. l. pen. ff. de annu. lega. Bart. in. l. annua. §. à Titia. ff. eo tit. & tenet hoc Alex. in. l. 2. ĩ prin. ff. solut. matri. & ibi Ias. & Clau. Aquen. & latius idem Alex. consil. 60. Omisso multiloquio. lib. 1. Io. de Ana. consi. 39. Præsupposito ꝙ legatum &c. Dec. consi. 378. Viso motiuo excellentissimi. col. 2. & nouissimè Caro. Ruy. cõsi. 144. Viso instrumẽto transactionis col. 4. lib. 4.

Superest, vt respondeatur ad ea, quæ adducuntur pro parte Illustrissimi Ducis Florentiæ. Et primo nõ obstat, quòd ex parte præfati Illustrissimi Ducis Florentiæ adducitur, scilicet, quòd fuerit probata quasi possessio tam antiqua, quam noua iurisdictionis in d. locis controuersiæ, quia contrarium est verius, vt patet ex suprascriptis, & ex infra dicendis clarius etiam ostendetur, quum semper ab immemorali tempore citra Illustrissimi Duces

Ferrariæ fuerint in quieta, & pacifica possessione d. locorum, vt probatum dicitur ex processu. Nec in primis obstant assertæ accusationes, & condemnationes factæ in d. terra Barghæ pro damnis, & aliis criminibus, & exactionibus earundem, ex quibus colligitur probatio possessionis iurisdictionis, & ipsa iurisdictio, put allegabatur pro parte Illustrissimi Ducis Ferrariæ; nam respondetur, quod non fuit facta de prædictis fides in authentica forma, sed
32 † sunt exempla exempli, quæ non probant non exhibito originali. l. sancimus. C. de diuer. rescrip. l. procurator C. de eden. & ponunt omnes in auc. si quis in aliquo. C. de eden. tradit Alex. consil. 138. Videtur circa primum prima consideratione col. 2. versic. sed præmissis libr. 1. quod procedit etiam data antiquitate temporis, ex his quæ scribit Dec. in d. auc. si quis in aliquo. 7. fallẽ. C. eo. Nec obstare videtur, quod ex parte d. Illustrissimi Ducis Florentiæ allegatur, scilicet, quòd d. exempla accusationum, & condemnationum fuerunt extracta de asserto archiuio Barghæ; quia primo non constat, quòd in d. terra sit aliquod archiuium authenticum, quod tamen con-
33 stare debet, sicuti dicitur de statuto disponente, quod † contra instrumentum nulla possit opponi exceptio, potest tamen excipi, quòd non sit instrumentum, Bar. in. l. diuus. ff. de testa. milit. & in. l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam.
34 Secundo, vt scriptura archiuij probet, requiritur † copulatiuè, quòd sit posita in loco publico, & custodita per officiales ad hoc deputatos, & quod scripturæ publicæ ibi tantum reponantur, vt voluit Io. An. in addi. Spec. in. §. nunc videndum versic. Quartum supplementum. de instru. edi. Bal. in rub. C. de fid. instru. col. pen. versic. Quintum supplementũ. & in. l. exemplo. col. 1. C. de proba. Et in specie, quod in probatione confinium scripturæ archiuij non probent nisi prædictis concurrentibus, ponit Aret. post gl. & Abb. in. d. c. cum cãm. de pba. Et vlterius, scripturæ sumptæ ex archiuio publico nõ probant extra territorium, & contra non subditos, vt dicunt Docto.
35 supradicti, Et † in terminis quòd exempla exempli deposita in archiuio non probent contra non subditos, tradit latè Alex. consi. 138. Videtur circa primum. col. 3. lib. 1.
36 & quòd etiam † scripturæ archiuij non probent aliquos exercuisse merum, & mixtum imperium, & habuisse regalia, & inter non suppositos iurisdictioni illorum, quorum authoritate deputatæ, & custoditæ sunt in archiuio, tradit Alex. consi. 16. In causa, & lite vertẽte, col. 2. lib. 5. Et debuit etiam pars citari ad videndum scripturas sumi de archiuio, vt tradit Cardi. in. c. fi. de fid. instru. quem ibi refert Fel. col. 3. dicens, quòd generaliter, siue instrumẽta sint exemplanda, siue scriptura sit sumẽda de archiuio, & quomodocunque fiat exemplatio scripturæ, semper sunt vocandi hi, quorum interest, alias fidem non facit. Secundo dicitur etiam, quòd d. assertæ accusationes non probant, ex quo non constat, quòd aliqui fuerint accusati in locis cõtrouersiæ; nam locus ille olim appellatus, Selua Romanesca, non est hic, de quo contenditur. Alius vero locus, in quo legitur damnum fuisse datum in Verrucula, seu loco Verruculæ, non comprehendit etiam
37 Verruculam existentem in locis controuersiæ, quia † nominatur cum adiectione, scilicet, alla Verricula Burghegiana, & ideo intelligunt de alia Verrucula in territorio Barghæ sita, quum de illius identitate, scilicet, quòd illa Verrucula vocetur, la Verricula Burghegiana, nullibi sit probatum, ergo censetur diuersa, & diuersitas nominis diuersitatem rei designat. l. si idem cum eodem. C. de codicil. Et propterea necessario probandum erat ex aduerso, quod esset eadem res, licet nomen mutatum fuisset, vt per Bart. in. l. demonstratio. in prin. q. 7. ff. de condi. & demon. Quo vero ad alias nouas accusationes institutas ab anno. 1535. citra, dicitur etiam, non esse authenticas, nec receptas per publicos notarios, vnde nullam faciunt fidem. c. quoniam contra. de proba. Præterea dantur plures aliæ responsiones per præcedentem D. Cõsultorem, quarum plures habentur a Soc. consi. 187. In controuersia, quæ vertitur col. 5. & 8. lib. 2. Respectu autem appositionis custodum, nõ fuit etiam probata quasi possessio, quum quatenus id sit verum, fuerit facta tantum respectu pascuorum pro eo anno, quo ipsi Bargenses fruebantur illis pascuis, & propterea omnes testes forenses pro parte d. Bargensium examinati deponunt, quòd aduenientibus pastoribus, quibus pascua fuerant locata, ipsi custodes recedebant, & plures ex his affirmant nunquam vidisse, vel intellexisse, quod custodirent nemora, imò aliqui eorum ingenuè fatentur, quod nemoribus custodes nõ apponebantur. Nec est curandum de Bargensibus; quia deponunt in causa propria, & ideo nullam faciunt fidẽ. Sed quum ex parte Illustrissimi Ducis Ferrariæ fuerit probatum, quod eius officiales custodiebant omnia illa loca, ne fierent fraudes, vel contra banna; & etiam pascua, & nemora per custodes d. hominum Plebis custodiebãtur, & fuerunt factæ tot accusationes, cõdemnationes, & exactiones pro homicidijs, & contrabannis, necnon exactæ gabellæ etiam ab ipsis de Barga, & agentibus ipsius excellentis. Ducis Florentiæ, & ab omnibus alijs, & regaliæ à pastoribus, & pretium salis, quod indifferenter omnes pastores salientes caseos citra iugum alpium acceperunt, & semper officiales d. prouinciæ Frignani iustitiam administrauerunt in. d. locis, & pro omnibus, quæ illic contigerunt; non est dubitandum, quin longe melius fuerit probata quasi possessio iurisdictionis pro parte ipsius Illustrissimi Ducis Ferrariæ. Nec iuuat illa prætẽsa cautela, qua vsi sunt, vt euitarent probationes ex parte d. Illustrissimi Ducis Ferrariæ factas, de gabella exacta pro lignaminibus abductis per homines Barghæ, & agentes Illustrissimi Ducis Florentiæ ex loco controuersiæ, articulando lignamina à ferris Bargam, necesse fuit transire per quandam certam partem territorij Rochæ à pelago, quæ est extra confines, & terminos prætẽsionum ipsius partis aduersæ, & propterea ea tantum de causa fuit soluta gabella, quia ad hoc plurimis modis respondetur per præfatũ D. consultorem, qui vidit processum, & veriorem instructionem facti habere potuit, & ad eas me refero.

Respectu vero proprietatis ipsius iurisdictionis facile etiam obiecta tolluntur. Et primo, respectu illarum accusationum antiquarum, vt prætenditur enuntiantium ea loca esse de cõmuni Barghæ, & eius territorio, obstant omnes rationes supra adductæ in earum responsionibus; quia non sunt in forma solemni, & authentica, quum sint exempla exemplorum, nec constat fuisse factas, vel institutas pro damnis datis in locis controuersiæ, & il-
38 las loqui de locis istis. Sed vlterius dicitur, quòd † verba enunciatiua etiam in antiquis non probant, quando habent originem ab eisdem personis, nec probant communem opinionem hominũ, & famam, propter quæ in antiquissimis probant, sicut etiam videmus, quòd licet in antiquissimis testimonium de auditu admittatur, tamen tale testimonium non probat, vbi testes audiuerunt ab vno; quia perinde est, ac si vnus tantum deposuisset. c. licet ex quadam, circa med. de testib. & ita Areti. scribit in d. c. cum causam. col. 6. versic. Inuenio tamen. de proba.
39 vbi etiam † adducit; quia quum plura instrumenta in antiquissimis enunciantia fines probant, quod per ea probetur communis opinio, & fama, vt Bal. dicit in. l. optimam. col. 2. C. de contr. & commi. stip. tamen vnus testis non probat cõmunem opinionem, & famam, imò dicit
40 Bar. in. l. admonendi. col. pen. ff. de iureiu. quòd † vnus testis probans publicã vocem, & famam est suspectus, vnde non defertur sacramentum in defectum probationis; quia verisimile est, quòd de eo, quod est publicum, & commune, sint plures, qui hoc sciant, & Aret. sequitur Soc. consi. 194. Subtiliter, & elleganter absoluta. col. fin.
41 2. Præterea d. instrumenta † non possunt probare communem opinionem, & famam, quando sunt confecta, & habent originem à personis suspectis. c. licet ex quadã, de testib. Bar. in. d. l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæstio. sequitur Socin. in præalleg. consi. 194. col. fin. Præterea talibus scripturis non est credendum, quando sunt scriptæ in fauorem narrantium, asserentium, vel affirmantium, prout in istis casibus, quibus accusantes affirmabãt damna illata esse in territorio Barghæ; quia alias non potuissent illi accusationes instituere, nã hoc est deponere in causa propria, & ad eorum cõmodum. l. omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eo. Non obstat modo assertum instrumentum transactionis, & compositionis ex aduerso productum, confectum, vt dicitur, de anno. 1457. inter. d. de Barga ex vna, & homines de Plebe, & Rochæ Pelagi, & de Fiumalbo ex altera super controuersia finium inter eos vertente, & in quo instrumento fuit conuentum, quòd termini in certis locis ponerentur. Quia respondetur, quod
42 † quum fines possint apponi respectu iurisdictionis, & diocesis terminandæ. d. c. cum causam. de proba. non probãt. Vnde domini ciuitatum, vel castrorum habentes confinia

confinia territoria, volentes conseruare iurisdictionem, quo ad legem iustitiæ, & imperii, possunt agere actione finium regundorum, vt ponantur limites, & territoria separentur etiam inuitis dominis prædiorum singulariũ personarum; quia quum iurisdictio cohæreat territorio, quod habent domini ciuitatum, vt.l.pupillus.§.territorium.ff.de verbo.signi.per diuisionem territorij. in consequentiam venit diuisio iurisdictionis.l.quædam. & qđ ibi not.ff.de acq.rer.dom. & ita tradit Io. de Plat. in.§. quædam.col.2.Instit.de actio. Item possũt apponi respectu prædiorum rusticorum vicinorum, vt intelligetur, quousque protẽdatur dominium ex possessione vniuersitatum, seu priuatarũ personatum in d. agris.l.2.ff.fin. reg. Videntur d. homines Barghæ, & plebis ponere fines respectu dominij, & possessionis ipsorum, non autem ponere respectu iurisdictionis super d.locis, quę non eis,
43 sed superioribus competebant; nam † iurisdictio non est apud populos, sed rectores eorum, vt est celebre Inno. dictum in.c.cum accessisent.de constitu.& ponit Bart. in l.omnes populi.1.q.princ.ff.de iust. & iur. Bald. in.c.1. col.2.si de inuest.inter dom. & agna. lis oria. & in.c.bonæ.2.col.5.de postul. præla. & habetur per Alex. in.l.1. in fin.ff.de iurisd.om.iudi. Et de hoc non venit dubitandum, quum etiam in prætenso instrumento fuerit dictũ, saluo etiam semper, & reseruato iure vtriusq; partis quo
44 ad iurisdictionem, nam † illud verbum saluo iure, importat, quòd non fuerit derogatum iuri, quod ad superiores ratione iurisdictionis spectat, glos.in.l. Item labeo.§.1. in verbo pure.ff.fam.hercisc. & probatur in.c.fin.in verbo saluis.cum ibi not.per glo.Io. An. & alios de dila. & & in.c.ad dissoluendum. in verbo saluis exceptionibus propositis, & proponendis.de despon.impub. & in.c.veniens.in verbo salutis institutionibus. de præscrip. Facit l.si debitor.§.1.in verbo salua causa sui pignoris. ff.quib. mod.pig.vel.hypote.solui. Et hoc regulariter procedit, quòd pacta subditorum non possunt præiudicare iuri superiorum, vt Bal.scribit in.l.debitorum.per illum tex.C. de pac.cum alijs ibi traditis per Alex. & Moder. Et licet in.d.contractu interuenerit Illustrissimus Dux Borsius, & orator Reipub.Florentinæ, tamen non potest dici, qđ ibi essent tanquam partes, sed tanquam adhibentes eorũ consensum contractui, ideo non potest extendi ad iurisdictionem reseruatam. Et pręmissa corroborantur ex alia clausula pleniori apposita in quodam instrumento per Bargenses producto, confecto sub anno. 1547.scilicet, (quæ quidem transactio, compositio, & omnia, & singula suprascripta, facta, & celebrata fuerunt in præsentia prædictorum commissariorum legatorum protestantiũ, quòd per prædicta quilibet eorũ non intendunt quoquo modo præiudicare, seu aliquod præiudicium inferre præfatæ Excellentis.communitati Florentiæ, & prædicto Illustrissimo. D. Duci Mutinæ quantum ad iurisdictionẽ dominationis, & ita protestati fuerunt, vterque simul, & de per se; & certum est, quòd vna scriptura declarat aliã l.qui filiabus.in prin.ff.de leg.1. Cæterum tam instrumẽtum illud, in quo conuenerunt d. Bargenses, & d.homi-
45 nes terræ Plebis de ponendis finibus † non caret suspicione falsitatis, sed etiam illud, in quo dicuntur actualiter positi lapides pro confinibus, Primo, quia non est verisimile, quòd eo tempore Illustrissimus Dux Borsius fuisset Heberiæ, & nullum secum habuisset notarium, qui rogaretur de tali instrumento, sed admitteret notarium forensem, & sibi verisimiliter ignotum ad rogandum d.trãsactionem super finibus, vbi poterat tractari de suo interesse, & de interesse suorum subditorum, nam in similib' tractatibus cõpositionum non solet vna pars fidem adhibere notario alterius partis; imò solent in similib' actibus semper duo notarij haberi; vnus, scilicet, pro qualibet partium, qui ambo simul conficiant instrumentum eiusdem tenoris, & vnus se subscribit instrumento confecto alterius notarij, & econuerso. Item quia apparet de diuersitate stilli illius notarij, qui d. duo instrumenta recepit, nam in.1.instrumento apposuit annos domini à circuncisione, & in alio instrumento post octo dies celebrato ab incarnatione. Præterea in fine prioris apposuit locum, & testes, & clausulam actum, &c. & in prin. posterioris locum, & testes, & d.clausulam. Item quia non videtur verisimile, quòd intra tam breue spacium temporis octo dierum partes recesserint à dicto castro Herberiæ, & accesserint ad dicta loca in Alpibus, & affixerint, ac apposuerint in ipsis locis omnes terminos cum distantijs æqualibus, prout legitur in d. instrumento transactionis, vno die prout in ipso secundo instrumento, quod nedum non verisimile videtur, sed quodammodo impossibile. Vlterius originale instrumentorum prædictorum diligenter perquisitum in protocollis d.notarii defuncti non reperitur. Præterea instrumentum vt dicitur releuatum ab originali illius instrumenti affixionis terminorum exhibitum à Bargensibus de d. anno.1547. cuius exemplum pro parte prædicti Illustrissimi Ducis Ferrariæ fuit productum, videtur differe in multis ab hoc nunc ab eisdem Bargensibus producto, vt ex eorum collatione patet. Insuper distantiæ terminorum appositorum non concordant cum tenore d. instrumenti, & asserta conuentio apposita in d.instrumentis non fuit obseruata, sed obseruatũ fuit totum contrarium, quæ quidem suspiciones latius fuerunt deductæ per præcedentem consultorem. Quibus potest addi alia suspicio, nam cum in primo instrumento fuerit facta reseruatio iurisdictionis in prædictis locis Ducis Ferrariæ, & Reipub. Florentinæ, non est verisimile, ꝙ in secundo instrumento appositionis lapidum commissarius Illustrissimi Ducis Ferrarię passus fuisset apponi in instrumento, Actum in nemoribus Montisalti territorij Bargensis districtus Florentiæ, quum nemora Montisalti essent de locis controuersiæ, super quibus fuerat reseruatum D. Duci Ferrariæ ius iurisdictionis; & in similibus suspicio falsi habetur pro falso, vt latè dixi in consil.633. quod incipit. Notum, & celebre est dictum, &c. & sunt de hoc tritæ, & vulgatæ decisiones communiter approbatæ, Alia ratione ostenditur, quòd d.primum instrumentum, in quo fuit conuentum de finibus, non probat con
46 tenta in ipso instrumento, eo quia † fuit rogatum per notariũ nõ matriculatũ in collegio ciuitatis Regij, quo casu secundum formam statutorum illius ciuitatis non poterat in diocesi illius episcopatus instrumenta conficere, alias instrumenta sunt nulla ipso iure, & inualida redduntur. Et castrum illud Herberiæ, in quo confectum reperitur, est de diocesi d.ciuitatis Regii, & statutum potest annullare actum factum per notarium non matriculatum, vt tradit Bal.consi. 179.Instrumentum factum.lib.3.vbi vult, quòd instrumentum factum in loco prohibito, non faciat fidem in aliquo loco, quia quum deficiat authoritas notarij, non valet eius scriptura. Item quia in deciso-
47 rijs † instrumentis inspicitur locus instrumenti, sicut contractus.l.si fundus.ff.de euic. & quia quum sit factum ab interdicto in loco illo suscipere instrumẽtales rogitus, in nullo loco probationem facit, tanquam non rogatus, q̃ ratio militat (secundum eum) etiam quòd talis tabellio sit creatus ab Imperatore. Et dicit Ang. cons.194. Visis processibus.col.1. quòd quum præcisè statutum velit nõ valere instrumenta notarij forensis, seruari debet tale statutum.l.prospexit.ff. qui.& à quib. Et idem etiam tenet Fulgo.consil.151.Egregius miles col.pen. vbi inquit, ꝙ
48 † statuta possunt prohibere, & annullare instrumenta, quæ dicuntur esse confecta ab eo, qui non sit ciuis, & descriptus in notariorum matricula, vt scribit Specul. in tit. de instru.edi.§.restat versic. Quid de his, ibi, alij tamen dicunt.&c.& est ratio secundum eum, quia lex in his actibus, qui intra suam fiunt iurisdictionem, potest legem, quam vult, & formam imponere.l.2. C.de emanc. libe. Mouetur etiam per.l.si fundus.ff.de euic.inducendo, vt p
49 Bal.in præalleg. consi. Item quia † possunt statuta terrarum intra territorium statuentium, & de rebus ad iurisdictionem statuentium spectantibus personas inhabiles reddere habiles, & econtra, vt volunt Docto.in.l.1.C.de sum. trin. & fid. catho. & præcipuè Cyn. post Iaco.de Rauc.in versic.Iuxta hoc quæritur, & Bar.ibid.in versic. Sexto loco vidẽdum circa fi. illius, vbi conculdit, statutũ disponens in personam prohibitiuè, extra territorium nõ extendi, & ad res alibi sitas tanquam in suo territorio minimè pertinentes; quasi ad positas intra fines suæ iurisdictionis pertineat, & respõdet ẽt ibi Fulg.ad quædã obiecta, ibi quæ fieri possent. Idem tenet Dec.in.c.2.col.4.de pba.& consi.17. Viso puncto.in princ.& de hoc non videtur dubitandum, quando statuentes ita disponunt ex iusta causa; videlicet, ne viles, & ignotæ personæ recipiant in eorum territorijs instrumenta, & lædantur contrahentes ex imperitia, uel malitia notariorum. Vnde ualet consuetudo, vel statutum disponens, quòd non valeat instrumentum, nisi rogati sint duo notarij, vt not. Bal.cõs.412.

Scia

Seia origine. secundo dubio. lib. 3. Similiter valet statutum, quòd testamenta non valeant, nisi registrentur, vt supplantententur fraudes, & ne falsitas committatur. Item quia hæc forma instrumentorum est de iure positiuo, ideo alio iure positiuo tolli potest, vt not. Io. Cald. in disputat. Bonon. statuto, quam refert, & sequitur Alex. consil. 209. Statutis accuratè perspectis. col. 3. versi. Sed præmissis. lib. 2. & licet Ias. consi. 122. In præsenti causa consideratis. col. 2. lib. 4. Videatur tenere contrarium, tamen casus suus est diuersus; quia † collegium notariorum ibi fecerat statutum, quod ibi nemo reciperet instrumenta, qui non esset de eorum numero, quod sapit monopolium, & est illicitum. l. 1. C. de monop. Præterea mouetur Ias. quia inferior non potest derogare superiori; sed respondetur, quòd tunc inferior potest ex causa, quã si superior cognosceret, idem facturus fuisset. l. cum quis. & l. si cum Cornelius. ff. de solu. & melior tex. in. l. si hominem. ff. man. Bal. in. l. omnes populi. col. 5. versicu. Præterea videtur expressum. ff. de iust. & iure, cum alijs trad. per Alex. consi. 106. perspectis his, quæ in themate col. 3. 5. arg. lib. 2. & latius per Feli. in. c. 1. col. 15. 7. fallen. de consti. Et vlterius non potest dici, quòd inferior hoc faciat temerè, quia ciuitatibus permissum est statuere in rebus ad se pertinentibus, & gestis in suo territorio, vt superius dictum est, & sibi data est potestas ab Imperatore, vt corrigant etiam ius commune, & leges ab eo conditas; quia vnaquæque prouincia abundat in sensu suo. c. certificari. de sepul. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. §. aūt. Institu. de iur. natu. l. item eorum. ff. quod cui. vniu. nom. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam, & in. l. 1. C. de eman. libe. Abb. in. c. quod super is. 2. not. de maio. & obed. Nec dicatur, quòd quum d. primus contractus fuerit gestus sub præsentia Illustrissimi Borsij Ducis Fer-
51 rariæ, videtur cum eo dispensatum, vt possit recipere d. instrumentum, ex eo, quod scribit Ant. de But. in. c. 1. de fid. instru. dum dicit, ꝙ si quis se gerat pro notario sciente, & patiente principe, quod valent gesta ab eo, & probant perinde ac si fuisset creatus tabellio, per. c. consultationibus de iur. patr. quia respondetur secundum Abb. in d. c. 1. & rectè, quod hoc non est verum; quia per principem nihil actum est affirmatiuè, sed negatiuè duntaxat, ideo non videtur approbasse, nec dispensasse, per not. in c. veniens. de fil. præsbyt. Et subdit Abb. quòd etiam contrarium sentit Inno. in. c. nihil. de elec. & ibi Abb. respondet ad tex. in contrarium adductū. Præterea; ut princeps videatur cum incapaci dispensare requiritur, quòd hoc faciat ex certa scientia, & ex verbis etiam colligatur intellexisse defectū, vt Dec. in. c. si quando. col. pen. de rescrp. de quo etiam habetur per Ias. in. l. Barbarius Philippus. col. 3. ff. de offic. præto. Sed non ostenditur in casu isto principem sciuisse eum inhabilitatum ex statuto ciuitatis Regij, ideò non potest dici videri defectus sublatus, quē ignorasse præsumitur. l. verius. ff. de probat. Ex alio etiā demonstratur. quod non potest D. Dux Florentiæ fundare se super d. duobus instrumentis, nam si vult se fundare ex primo instrumento, in quo conuentum est de positione terminorum, hoc non potest, quia exclusus est à iudicio finium regundorum, non solum per præscriptionem triginta annorum, quod sufficeret. l. fi. C. fin. reg. sed etiam exclusus est per præscriptionem immemorialem, quæ quidem vicem legis obtinet, & ius tribuit præscribenti. d. c. super quibusdam. §. ꝑterea. cum alijs vulga. iurib. Et si vult dicere, quòd termini fuerunt positi, vt patet ex dicto instrumento recepto per eundem notarium, dicitur hoc non probari per d. secundum instrumētum, nam ibi narratur, quòd commissarij D. Ducis Ferrariæ, & Reipub. Florentinæ mandarunt quibusdam hominibus de Barga, & de Plebe, quod deberent ponere terminos iuxta conuenta, & notarius tantummodo scribit, quòd hodie suprascripta die D. commissarij mandarunt dictis hominibus, vt terminos ponerent, sed non dicit, ꝙ termini fuerint positi in eius, & testium præsentia. Et deinde refert idem notarius, quòd dicti homines de communi concordia, & de consensu dictorum commissariorum posuerunt, & affixerunt, & firmauerunt lapides in terra firma, & partim sub terra, & partim super terrā. &c. & in hoc instrumentum non probat terminorum affixio
52 nem, nam † non creditur notario nisi de his, quæ sunt gesta sub oculis eius, & quæ potuerunt interuenire tempore confecti instrumenti, vt dicit Inn. in. c. 1. de fi. instr. & in. c. quoniam contra. de proba. Bart. in. l. sciendum. col. 2. ff. de verb. oblig. & in auc. si quis in aliquo. circa fi. C. de eden. & in. l. 1. C. de fid. instr. & iu. hast. fisca. lib. 10. Idem tradit Matth. decis. 245. Magnifici nobiles. col. 3. Oportuit ergo notarium accedere cum partibus super locis, in quibus erant figendi termini, & ibi in præsentia testium videre eorum fixionem, & de qualibet fixione recipere instrumentum ad d. hominum rogatum. Nunc autem testificatur d. homines posuisse dictos terminos, & in hoc verbis eius non creditur, quòd termini fuerint affixi; quia hoc non vidit. Nam vt inquit Bal. consi. 386. Thema proponitur, vt infra. col. 1. versic. Proinde glo.
53 ibi lib. 2. ad † officium tabellionis pertinet duntaxat instrumenta conficere de his, quæ in eorum præsentia agūtur tempore suscepti mandati, alioquin nō publicum documentum, sed testimoniales literæ, quibus nō creditur, nuncupantur. Et licet dicti commissarij mandauerint, vt seruarent dictos terminos, & de hoc videatur, notarius posse rogari tanquā de gesto sub eius præsentia, & testium rogatorum, tamen non probatur per dictum instrumētum terminos fuisse appositos in locis prædictis, vt superius dictum fuit. Vlterius non potest dictus Illustrissimus Dux Florentiæ se fundare in dictis instrumentis, quia quum fuerit conuentum inter partes, quòd infra mensem proximè tunc futurum per dictas vniuersitates legitimè, & cum solemnitatibus tam de iure, quam ex forma statutorum, & ordinamentorum illius terræ necessariis, & opportunis, quòd omnia, & singula in dicto instrumento contenta ratificarentur, & approbarentur, & facta dicta ratificatione, & approbatione ipsa omnia ꝓmiserunt. d. Illustrissimus. Dux, & orator, ac commissarius Reipub. Florentinæ approbare, laudare, & confirmare, & si cessatum fuerit, nunc in arbitrio alterius partis remaneret a dicta ratificatione, & approbatione cessare, & sic eo casu, ea omnia, & singula pro nullis, infectis, & cassatis haberentur, & haberi deberent, & non constet per aliquam partium, vllam intra dictum mensem conuentū, nec vnquam amplius sequutam fuisse ratificationem, proculdubio ille contractus, & instrumentum, ac omnia in eo contenta euanuerunt, & pro infectis haberi debēt,
54 nec ad obseruationem eorum quis tenetur; nam † quando quis non obseruat pro parte sua conuenta in cōtractu, non debent etiam sibi per aliam partem obseruari, nec debet gaudere dicto contractu. l. quæro. §. inter locatorem. & ibi Bar. not. ff. loca. l. cum proponas. l. 2. & ibi Bar. & alij. not. C. de pac. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. l. qui fidem. ff. de transac. nam frustra quis sibi fidem postulat obseruari ab eo, cui fidem à se pręstitam non seruauit. c. frustra quis sibi fidem postulat. de regu. iu. in. 6. Et ad aliud obiectum, quod per appositionem terminorum intelligitur facta ratificatio, facilis est responsio, quòd dicta fixio terminorum respicit executionem contractus, non autem aliorum pactorum, & aliis pluribus modis respōdet rectè, & eleganter præcedens D. consultor, ideo vlterius non progrediar. Et ad aliud obiectum, quòd diuturnitas temporis facit præsumi dictam ratificationem. l. si quis filius. C. de petit. hæred. rectè etiam fuit responsum per præcedentem D. consultorem, quòd istud procedit, quando interuenit longa patientia, & scientia Domini auctoritatibus per eum adductis, Præterea ex quo partes voluerunt fieri ratificationem per D. Ducem Ferrarię tūc regnantem, & Rempub. Florentinam, tempus præfixum,
55 intra quod fieri debebat ratificatio, satis† ostendit partes noluisse expectari diuturnitatē temporis ad præsumptionem ratificationis subsecutæ, sed de expressa ratificatione sensisse. Ad quod bene facit, quia in contractibus, qui sūt stricti iuris. c. cum dilecti. de dona. verba accipiuntur propriè; & in casu vero, & non ficto. l. quidquid astringendæ. ff. de verb. oblig. l. ex ea. §. in insulam. ff. eod. tit. & tradit Alex. consi. 168. Requisit⁹ vt breuibus. col. 1. lib. 2. & verba etiam in dubio debent intelligi in potiori significatu. §. sed quoties. Instit. de iu. na. gen. & cui. l. 1. §. in ꝑpetuū ff. si ager vecti. vel emphi. peta. l. quęritur. ff. de stat. hom.

Quo ad quasi possessionem locorum, & nemorum cōtrouersiæ spectantem ad illos de Plebe dicitur melius ꝓbatum fuisse per testes dictorum hominum, quam per testes inductos parte illorum de Barga, attento quòd testes illorum de Barga dicuntur sentire commodum ex dictis nemoribus in particulari, quum sint de hominibus de Barghæ, quo casu huiusmodi testes non sunt idonei, & a testi-

a testificando repelluntur tanquam deponentes in causa propria.l. null⁹.ff.de testi.l.omnibus.C.eo. & istud pro-
56 cedit regulariter,quòd † testibus uniuersitatis, vbi non agitur de communi commodo, & honore;sed de vtilitatibus singulorum,non credatur, vt Bar.tradit.in.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de re.diui.Bal. & Ang. in.l.si municipes.ff.quod cuiusq; vniu. no. & Bal.& Sali. in.l.parentes.C.de testib.Ant.de Bu.& Imo.in.c.cum nuncius. de testib. & Fel.late in.c.super.5.fallen.eo.tit.quia secundum eum cessat illa ratio, quæ facit, quod testes de vniuersitate deponentes possunt testificari,quia communia negliguntur.l.2. C.quan. & quib. quar. pars. lib. 10.ex quo vtilitas particulariter peruenit ad singulos, & hæc sententia vera videtur; quia licet sub vniuersitatis nomine causa ducatur, tamen tractatur principaliter de vtilitate singulorum,ex quo lis est super nemoribus, ex quibus quilibet de vniuersitate posset ligna accipere pro vsu suo, & non est quærendum, cum quo quis loquatur, sed in quem intentio dirigatur, vt inquit Iuriscon.in.l.cum pa-
57 ter.§.donationis in fin.ff.de leg.2.Sentiunt† enim testes commodum ex eadem re,super qua deponunt, ideo sunt inhabiles,vt Bal. scribit in.d.l.in tantum.§. vniuersitatis, vbi ex hoc respondet ad tex.in.§. testes.Instit.de testa. qa ibi non habebat commodum testis ex suo legato, & vt dicit Bal.in.d.l.si municipes,si repelluntur extranei, qui sunt participes vtilitatis,multo magis repelli debent hi, qui sunt de corpore vniuersitatis, & domestici. Vlterius testes vniuersitatis non probant sine adiunctis, vt inquit Io.An.in addi. Spec.in tit.de test.§.1.versic.sed nunquid
58 in causa vniuersitatis, & † nunquam sunt integri testes vniuersitatis deponentes pro vniuersitate, etiam qđ deponerent de his, quæ respicerent tantum commodum, & honorem vniuersitatis in commune, & non in particulari, vt scribit Archi.2.q.2.in summa cum alijs cõcord. adductis per Alex.consil.43. Visis, & ponderatis.col.4. lib.4.Ias.in.l.sed si hac.§.qui manumittitur, quem legit cum.§.patronum.præced. ff.de in ius voc. Cæpo.in tracta.de seruit.rustic.prædio.in tit.de iu.pascen. col.2.quia secundum eum negari nõ potest, quin habeat affectionẽ ad suam communitatem,quum de eorum iure, & honore tractetur, & sic haberi consueuerit, & ideo sic præsumendum erit, arg.l.certi conditio. ff.si cert. pet. & ideo non possunt dici omni exceptione maiores,ex quo exceptio ista præsumpta opponi potest,vt est glo.not.in.c.1. in verbo maiores.de consangui. & affi. & in.§.item verborum Instit. de inuti. stipu. Itaque cum testes inducti pro parte hominum terræ plebis sint exteri, quibus prædicta affectio opponi non potest, efficitur vt magis eis sit credendum;dicitur etiam, quòd per testes digniores, & antiquiores, & plures numero, & de antiquiori possessione deponentes est probata possessio d.hominum plebis, quæ omnia in hoc iudidio præualent, & in his perspiciẽdis, & cognoscendis arbitrium iudicis versetur.c.licet causam.de proba. Bar. in.l.si duo. ff. vti possid. Bar. Bal.Ang.& Sali.in.l.1.C.eo. Et posito quòd probatio-
59 nes essent pares, tamen † ferenda esset sententia pro hominibus Plebis,quia ab illis de Barga fuerunt prouocati ad iudicium;vnde illi de Barga habentur loco actoris, & homines plebis pro reis.l.in tribus.ff.de iudi. vbi Pau.de Cast. dicit,ꝙ hoc prodest prouocato; quia in dubio ferenda erit pro eo absolutoria.l. Arrian⁹.ff.de actio.& oblig. & idem sentit glo.in.c.licet causam.in verbo vti possidetis.de proba.& quòd in iudicio finium regun. prouocãs debeat succumbere,nisi doceat de iure suo, & sic vincat, vult Bal.in.d.c.cum causam.col.3.de proba.vbi dicit,hoc hic contingere,quod contingit in campo Bellico,in quo ille qui alium prouocauit ad duellum,nisi vincat, habetur pro victo; quia non probat,quod assumpsit probandum.

Respectu vero proprietatis d.nemorum homines Plebis deberent obtinere,ex quo magis, & melius probarũt de possessione,nam commodum possessionis hoc est, ꝙ nisi actor doceat de suo iure, possessor debet obtinere, ius enim metimur ex persona actoris, vt supra dictum fuit, & de hoc iura sunt apertissima.Quod autem dicitur probatum fuisse pro parte hominum Barghæ,quòd lapides qui appositi fuerunt pro terminis iuxta illud secundum instrumentum,pro terminis obseruati fuerunt, reprobatur,nec est verum, vt latè, & abundè deducit præcedens D.Consultor,ad cuius scripta me refero, quum fetis benè, & diligenter processum examinauerit, & testium depositiones perpenderit.Quod autem prætendũt se probasse d. homines Barghæ de fama, istud etiam refellitur; quia fama non fuit probata secundum sua requisita, de quibus per Bar.in.l.de minore.§.tormenta. ff.de quæstio. & latè prosequitur præcedens D. consultor, tanto magis hoc procedit, quia probatum est per homines Plebis de contraria fama melius, & pinguius per testes ipsorũ, quo fit, vt cum d.Bargenses prætendant d.de Plebe occupasse eorũ nemora,& eos damnificasse ex eorum incisione; Contra vero homines Plebis prætendant suum possedisse, & neminem læsisse, & probent per famam vltra alias probationes de veritate eorum possessionis, dubium non est,quin sit standum eorum probationibus, quum habeant præsumptionem pro se, quòd vsi fuerint iure suo, & neminem læserint.l.merito. ff.pro soc. cum alijs vulga. per quam legem dicit Bar. in.l.non solum.§.sed vt probari.col.1.ff. de ope. noui. nunc. quòd nemo præsumitur facere actum prohibitum, & illicitũ; & ideò quum testes Plebis habeant hanc præsumptionẽ pro se, debent præferri contrarijs deponentibus de delicto,vt Cæpo. tradit consi. 1. Scio mag. & generosè prætor.col.2.versi. Quod autem dicant. vbi plura alia adducit. Et quia etiam plures testes illorum de Barga deponunt de auditu, dicendum est,quòd non probant;quia se
61 rè † omnes deponunt audiuisse ab hominibus Barghæ, vel aliis subditis Illustrissimi Ducis Florentiæ, qui sunt suspecti;ideò sicut illis, à quibus dicunt audiuisse, non crederetur; idem,& tanto minus attestantibus ab illis audiuisse,ne plus credatur copiæ, quam originali, auc.si qs in aliquo.C.de eden. Item debuerunt deponere audiuisse ante motam litem, & debent quoque nominare authores suos, nec hoc casu sufficit audiuisse à pluribus; sed oportet etiam audiuisses à maiori parte populi,& ab antiquis, requiritur etiam,vt dicant se ita credere, prout audiuerint.Item debent esse personæ graues, & bonæ famę, & hoc erat articulandum,& probandum, prout deductũ fuit eleganter per præcedentem D. Consultorem, & quũ prædicta non interuenerint, non est eis credendum, & tanto magis, quum alij testes plures, & digniores contrarium deponant, quibus magis standum est. Et licet
62 in causa finium admittantur indicia, & coniecturæ ad probationem, tamen non procedit, quando est quæstio contra iustum possessorem; quia tunc requiritur plena probatio, vt scribit Inno.in.d.c.cum causam. super verbo fama, quem communiter alij sequuntur. de proba. & de iustitia hominum Plebis superius fuit ostensum, & cum possederunt per 30.annos imo tempore immemorali, iuste pręsumũtur possedisse.c.1.de p̃scrip.in.6.& habetur ꝑ Bar.in.l.fin.C.unde vi. & in specie hoc ponit Imo. in loco supra alleg. Non obstat ẽt statutum Barghæ,quia ad id rñdetur per p̃cedentẽ D.consultorẽ, ad quẽ me remitto; & q̃ ẽt rñdet ad alia plura,qbus se fundãt d. homines Barghæ, & ostẽdit ea nihil ad rẽ facere, nec cõcludẽter ꝓbare.

Postremo nõ obstat,ꝙ primũ instrumẽtũ anni. 1454. in quo d. Bargenses fuerunt tm̃modo constituti vsufructuarii, tollatur per instrumentum secundũ cõfectum de
63 anno.1457.quia posito, ꝙ d. instrumentum † esset validum;tñ non contrariatur primo; quia primum loquitur de vsufructu d.nemorum, secundum aũt loquitur de arboribus, quos dicti Bargenses pleno iure ad eos spectare asserunt,ex quo videntur fateri,solũ, & proprietatẽ eorũ nemorũ ad d.de Plebe pertinere; nã alias ridiculum fuisset, si habuissent & proprietatem, arbores illas sibi reseruasse; & oĩa in instrumentis debent intelligi apposita cũ mysterio fuisse,iux.vulg.dictum Bal. in rub.C.de cõtrah. empt.q.9.Ex quibus oĩbus resideo in sñia mag.D.cõsultoris p̃cedentis, videlicet ꝓnunciandũ esse in fauorem Illustrissimi Ducis Ferrariæ,& hominũ Plebis eius Excellentiæ subditorũ, præsertim quũ sustineant partes reorũ, quibus maior fauor debetur.l.fauorabiliores.ff.de reg. iur. Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Notorium vbi aliquid est, iudex ibi supplet.*
2 *Finium quæstio, vbi vertitur, iura proprietatis, & possessionis inspiciuntur.*

3 *Decretum,*

3 *Decretum, & authoritas iudicis in contractibus veniens multum operatur.*
4 *Collecta à villa, & municipio pôt imponi pro suis necessitatibus, licet forensibus non indicatur.*
5 *Instrumentum, vel eadem scriptura continens repugnantiam manifestam est nulla.*
6 *Verba in contractibus, an debeant semper aliquid operari. & nu. 9.*
7 *Consentire actui non dicitur etiam præsens, accedẽte ꝓtestatione, ẽt quod alias ipsi præiudicaretur.*
8 *Superfluitas verborum in multis toleranda.*
10 *Verba posita in substantialibus instrumentis intelliguntur ab eo prolata, cuius interest illa proferri; & si capi nequeunt propriè, & strictè, largè, & impropriè capiũtur secundũ subiectã materiã.*
11 *Indefinita locutio comprehendit omnes casus, si eadem ratio militat, qui sub ea contineri possunt.*
12 *Iurisdictio ẽt minima non est in populis, qui alieno subiacent domino.*
13 *Præsumpta veritas per alias præsumptiones argui potest, & vbi iudicandum est ex præsumptionibus, vna iuuat aliam.*
14 *Mandatum licet ex temporis diuturnitate aliquando præsumatur, tamen secus in casu quo agitur.*
15 *Ratificatio non præsumitur ẽt per mille annos.*
16 *Actio non oritur ex contractu non obseruato, nec est locus moræ purgationi, nisi infra modicum tempus purgetur.*
17 *Mandati procuratorij triplex genus, generale scilicet, speciale, & singulare.*
18 *Pacta sunt forma contractus, qua non seruata contractus corruit.*
19 *Obseruãtia cõtractus, si nõ ꝓbetur secuta in oĩbus, adhuc obstat exceptio in principali contractu.*
20 *Probatio debet esse concludens, & per necessariũ, non per facile.*

CONSILIVM DCLXXIII.

De materia præcedentis.



Ostquam superiora exarauceram, transmissa sunt motiua eleuata per Illust. Petrinum Bellum consiliarum dignissimum Serenis. Ducis Sabaudiæ contra partes Illustrissimi Ducis Ferrariæ, & hominum terrę Plebis. Et primo dum totum ferè fundamentũ Illustrissimi Ducis Florentiæ, & Bargensiũ fit super instrumẽto cõfecto de anno. 1457. & inter varia q̃bus oppugnatur. d. instrumẽtũ, fuit oppositũ, ꝙ. d. instrumẽtũ fuit rogatũ ꝑ notariũ nõ matriculatũ in Ciuitate Regiẽsi ĩ loco Herberiæ; obijcitur, ꝙ nõ constat locũ Herberiæ esse de comitatu Regij, nõ enim bona est illatio, est de diocesi Regij, ergo est de comitatu; sed rñdetur, ꝙ Herberiã esse de comitatu Regiensi non ambigitur; quia videtur esse plusquã notorium, &
1 † in notorijs iudex supplet, vt Alex. scribit in. l. 1. col. 1. C. vt quę desi. aduo. iudi. supple. & quia hoc consistit in facto, refero me ad responsiones dandas per D. aduocatos Illustr. Ducis Ferrariæ. Secundo obiicitur, statutum eo tempore non fuisse conditum; sed pro responsione præsuppõno statutum esse antiquius, quam instrumentum, de quo disceptatur. Tertio obiicitur, quod erat quæstio de confinibus, & ponderantur verba instrumenti de confinibus in pluribus locis. Sed prædictis re-
2 spondetur ex his, quæ dixi in consilio, quòd † fines etiam dicuntur respectu dominij, & possessionis vniuersitatum, & priuatarum personarum, & vt fines dirigantur, & terminentur, institutum est iudiciũ finium regũdorum. l. 2. ff. fi. reg. & vbi talis quæstio vertitur, inspiciuntur iura proprietatis, & possessorij. l. si super. C. eo. tit. Illud autẽ & pro indubitato habeo, quòd non fuit aliquid decisum de iurisdictione Illust. Ducis Ferrariæ, & Reipub. Florentinæ per illa verba posita in asserto instrumẽto, saluo etiã, & reseruato iure vtriusque partis, quo ad iurisdictionem. Quid clarius? Quid apertius? nam quum in verbis nulla est ambiguitas, non admittitur voluntatis quæstio. l. ille. aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3. Nec aliquid facit, quod dicitur in motiuo, quòd compositio fuit facta in conspectu vtriusque domini territoriorum, vnde arguitur, quòd de ipsorum præiudicio tractabatur, alias vbi de sola proprietate soli actum esset, satis poterant partes inter se de ea componere, & transigere. Quia respondendo dico, ꝙ partes inter se ipsas poterant satis per se componere, & transigere, si de possessione, & propritate tantum soli tractarentur; sed interesse uoluit Borsius Dux Ferrariæ, & commissarius Reipub. Florentinæ; quia facilius, & commodius res poterat componi, inter Bargenses, & Plebanos, si ipsorum præsentia interueniret; quoniam, vt est
3 apud poetam. Vrget præsentia Turni; nam † si decretũ, & authoritas iudicis in contractibus veniens multum operatur. c. in præsentia. de renunc. l. si quidam. C. de præd. curia. lib. 10. Quanto magis dicendum est præsentiam, & authoritatem tantorum virorum valuisse. Nec nego, ꝙ de eorum præiudicio tractaretur respectu iurisdictionis; sed dico nihil fuisse decisum, nec decidi uoluisse, vt patet ex reseruatione prædicta, quæ clarissimè sonat, & quæ nullo modo potest cauillari, vt inferius ostẽdetur. Voluerũt enim dicti Principes, quantum datur intelligi sedare inter se discordias populorum ratione confinium, ne venirent ad arma, & vulnera, & cędes, & direptio bonorum sequeretur. Et est animaduertendum, quòd non solum intererat populorum diuidi confinia ratione proprietatis, & possessionis prædiorum; sed etiam ex eo, quod sci-
4 retur, quomodo collectæ imponi possent; nam † villa, & municipium pro suis necessitatibus collectam valent sibi indicere secundum facultatem prędiorum, vt est glo. ord. §. si vero nec ciuis. in auth. qb. mod. na. effi. sui. Ang. & alij. in. l. 4. §. actor. ff. de re iud. & forensibus huiusmodi collectæ imponi nõ pñt. l. respiciendũ. §. fin. ff. de mune. & hono. & hoc respectu potuit fieri diuisio territoriorũ, non autem, vt aliquid de iurisdictione vtriusque domini statueretur. Præterea si D. motiuans vult accipere, quod illa diuisio confinium quo ad iurisdictionem superiorum intelligeretur facta fuisse, instrumentum contineret in se repugnantiam; quia non potest dici, quòd facta fuit diuisio iurisdictionis, & quòd per reseruationem ius iurisdictionis, fuerit exceptum. Ista enim sunt contraria, &
5 vbi † instrumentum, vel eadem scriptura continet in se repugnantiam manifestam, est nulla. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Bar. in. l. scripturæ. C. de fid. instru. Cano. in c. imputari. eo. tit. Nec iuuat dicere, quòd illa clausula reseruatiua iurisdictionis videatur superflua, & illud dictũ,
6 quòd † verba debent aliquid operari, restringitur, si iuris ratio patiatur, & ad hoc allegatur Fel. in. c. causam quæ. col. 6. versi. Ad istud Brocardicum. de rescrip. quia respondeo, quod non restringuntur verba, sed penitus auferuntur, si velimus dicere nihil penitus operari, & iuris ratio
7 patitur, vt posito † quod ego sim præsens alicui actui, nõ videar illi consentire accedente protestatione, etiam q̃d alias mihi præiudicaretur, vnde licet creditor consentiẽs debitori vendenti pignus videatur pignori renunciare, tamen fallit, si consentit salua causa sui pigniorıs. l. si debitor. §. si in vẽditione. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solui. Facit tex. in. l. & si quis. §. plerique. ff. de relig. & sump.
8 fun. † Superfluitas autem verborum toleratur in plerisq; casibus, veluti quando sequeretur absurdum. Item & quãdo conceditur aliquid, quod competit ipsi de iure communi, vt mos sibi geratur. Item in clausulis accessorijs, & executiuis. Item vt aliquid plus timeatur. Item quando ad diuersum effectum replicatur, quod alias est dictum. Item quando id, quod erat expressum antea, replicatur postea implicitè. Item quando est inducta consuetudo inculcandi verba superflua, vt quando notarius dicit in instrumento, talis fecit, constituit, creauit talem procuratorem. Item quando exprimitur aliquid ad cautelam cã tollendæ dubitationis, hos casus ponit Fel. per iura, & authoritates ibi adductas in. c. solitæ. col. pen. de maio. &
9 obed. regula autem est in contrarium, quòd † verba in cõtractibus posita debent operari, ita vt intelligãtur apposita cum mysterio, & non frustatoriè, secundum vulgatã decisionem Bal. in rubri. C. de contrahen. emp. q. 9. per tex.

tex.in.l.hac lege. ff.eo. & in.l.si stipulatus. ff.de vsu. Et hoc maxime dicendum in casu isto, in quo clausula est maximæ importantiæ, & per se posita, vnde velle dicere, ꝙ sit superfluè posita, nihil aliud est dicere, quam quòd protestationes, & reseruationes suorum iurium frustra apponerentur. Et licet dicatur per aduersarios, quòd ista clausula reseruatiua non loquitur de iurisdictione superiorum ex eo, ꝙ dicitur, saluo iure vtriusq; partis quo ad iurisdictionem, & ipsi superiores non possunt dici partes; quia ibi aderant tanquam consentientes; sed Bargenses, & Plebani, seu eorum vniuersitates, quæ inuicem de confinibus cōtendebāt, erāt partes; & sic in ipsis supioribus hæc verba non verificantur; quia plenissime respondetur ad prædicta, quod ista reseruatio iurisdictionis nullo modo potest intelligi facta à communitatibus, quibus nulla cōpetebat iurisdictio; sed intelligenda est, ꝙ sit facta ab ipsis superioribus, quibus competebat, nec aliter dici potest se

10 cundum sanū intellectum; verba † enim apposita in substantialibus instrumenti intelliguntur prolata ab eo, in cuius fauorem verba sonant, & interest verba proferri, secundum Bal.consi.413. Verba dicunt in emphiteosi.n. col.1.lib.5. Nec aliquid facit, quòd ipsi superiores non erant ibi vt partes, quia considerandum est, quòd partes principales erant ipsæ communitates; sed ipsi superiores, qui ibi interuenerunt, vt consensum præstarent, & adiuuarent concordiam, possunt etiam dici partes saltem secundario modo, & verba in contractibus, si non possunt capi proprio, & stricto modo, intelliguntur largo, & improprio secundum subiectam materiam.l.si vno in prin. ff.loca.l.insulam.ff.de præscrip.verb. Et quod ibi superiores, qui ibi interfuerunt ad componēdam discordiam, vocent se partes, istud clarè colligitur in proemio d.instrumenti, in illis verbis, vehementissimè dolebat subditos ipsos vtriusq; partis huiusmodi inter se discordias, cōtrouersiam, & iniurias exercere, loquitur enim ibi Dux Borsius de se ipso, & de repub. Florentina, & Bargenses, & Plebanos subditos uocat vtriusq; partis, & sic omnis scrupulus est sublatus. Nec aliud diffugium, quod quærunt Bargenses, eos iuuare potest, quod dicta reseruatio iurisdictionis potest tantum restringi ad gabellas, ego enim non video causam restrictionis, quæ etiam est contra proprietatem sermonis; quia licet gabella, & datia nō possint exerceri, nisi ab habente iurisdictionem, nō tamē est iurisdictio, quæ in magistratibus proprie consistit.

11 Demum † indefinita locutio comprehendit omnes casus, qui sub ea contineri possunt, vbi eadem ratio militat l.si pluribus, & ibi Bar. not. & l.si ita relictum.in prin.ff. de leg.2.tradit Dyn.in rub.de reg.iu.in.6.glo. in.c.vt circa. in verbo aliorum.de elec. eo.lib.Ang. in.l.pen. C.de impube. Non enim pōt assignari diuersa ratio, cur magis reseruauerint sibi Dux Borsius, & Orator Florentinus datia, & gabellas, quam omnem aliam iurisdictionem, sciuisset enim isti superiores excipere datia, & gabellas nominatim, si de illis tm̄modo sensissent, & non generaliter ita locuti fuissent. Illud etiam, quod dicitur, quod dicta verba reseruatiua possunt intelligi de minima iurisdictione, quæ competit ēt populis, iuxta id, quod scribit Bar.consi.189.primo quæritur, vtrum iurisdictio. circa prin.& in.l.1.col.fin.ff.de iurisd.om. iud. adeo est minimum, vt nihil ferè sit; nam Bar. in locis præalleg. dicit a-

12 perte, quod † castra, & villæ, quæ subiacent alieno dominio, ne minimam quidem illam habent iurisdictionem, quæ olim quibusdam ciuitatibus concedebatur, quæ habebant suos defensores, quorum hodie vsus recessit ab aula, ita quod nulla penes populos subiectos residet iurisdictio, vt dixi in consi.allegando idoneas authoritates, & nunc omitto scribere; quia istud est clarissimum. Nec aliquid etiam facit, quod dicitur per D. motiuantem, ꝙ d.clausula reseruatiua non sit posita in dicto instrumento ann.1457. producto per Bargenses; quia fallitur eius dominatio, quia imo ibi est posita per verba, quæ superius retuli, & intelligi debent prolata à superioribus, ad quos ea pertinebant, vt superius docui: est verum, quod est iterata d.clausula latioribus & pinguioribus verbis in exemplo exempli ann.1554.producto per Ferrarienses. Quarto obiicitur in motiuis, quod licet fides d.instrumenti dicatur tentari subuerti tanquam suspectum de falso, tamē si considerentur oēs coniecturæ in id adductæ, leuiores videntur, quam, vt inter tantos principes attendi debeāt.

13 Respondeo, quod † in ciuilibus suspicio falsi habetur ꝓ falso, quia quod instrumentum probet, non est hoc inductū de iure naturali; sed ex artificio iuris ciuilis, & eius probatio fundatur in præsumptione tabellionatus, videlicet, quod notarius fideliter exerceat officium sibi commissum.l.si quis decurio.C. de fal. vnde quum hæc sit præsumpta veritas, non inconuenit eam argui alijs præsumptionibus, & coniecturis.l.diuus.ff.de in integ.restit. Nec dicatur, ꝙ sunt leues præsumptiones, & coniecturæ; quia imo pleræque earum sunt graues, & licet non nullæ sint leuiores, tamen numero adiuuant, vbi enim aliquid iudicandum est ex præsumptionibus, & coniecturis, sumus in regula, quòd vna iuuat aliam, Ant.de But.in.c.veniens.1.in fin.de testib.Alex.consi.77. In causa accusationis in fin.lib.1. Nec debet mouere dignitas tantorum principum; quia si ageretur de facto recēti, cui ipsi interfuissent, & scripturas corā ipsis confectas produxissent, temerarium esset aliquid obiicere; sed ipsi producunt scripturas antiquas iam plus quam centum annis confectas subministratas sibi à Bargensibus, quorum maiores, vel ipsi de facili constringere potuissent, & non videtur dictū instrumentum antiquum carere mendacio, quum tot concurrant ad suspicionem falsitatis, quæ verisimiliter, si vere res gesta fuisset, non concurrerent. Et sicut non probat attentis dictis suspicionibus diuisionem confinium factam fuisse, ita nec probat Ducem Borsium, & oratorē Florentinum interfuisse, præsertim quum tam longo intercedente tempore nunquam dicta conuentio fuerit obseruata; sed potius contrarium, ex quo præsens oritur cōtentio. Quinto obiicitur, quod quum ex diuturnitate tē-

14 poris præsumatur † mandatum sindicorum pro vtraque parte interuenientium, non fuit necesse deinceps, quod ratificatio sequeretur, per tex. in.l.si procurator.§.1.ibi neque postea expectandum sit vt ratum habeat.ff.de condit.indebit. miror de hac obiectione; nam quum hi duo, qui pro parte plebanorum interuenerunt, dicerent se habere speciale mandatum ab eorum vniuersitatibus manu publici notarij confectum, neque tñ ipsum instrumentū exhiberent; sed tantum verbo assererent, fuit expresse, & specialiter conuentum, quod interuenientes hincinde curarent, & facerent, quod infra tempus vnius mensis futuri statim secuta celebratione dicti contractus, vtraque ipsorum vniuersitas legitime, debitisque iuris, & facti solemnitatibus interuenientibus cum effectu ratificabit, & approbabit, & emologabit ipsum instrumentum compromissionis, compositionis, & transactionis, & omnia, & singula in ipso contenta, vnde quum tempore dicti cōfecti instrumenti nondum diuturnitas temporis affluxisset, nec potuisset tunc præsumi mandatum, debuit fieri expressa ratificatio, & ita partes censuerunt de expressa, non autem de præsumpta ratificatione, quæ infra spaciū vnius mensis præsumi non poterat; quamuis, quicquid sit

15 de mandato, † ratificatio nō præsumatur etiam per mille annos, vt tactum est in consilio Dom. Bertazolli; obiectio fortasse procederet, si ratificatio nunc requireretur; quia posset dici, quod ex diuturnitate temporis præsumeretur mandatum; sed nos dicimus, ꝙ ratificatio debet fieri intra spacium vnius mensis à die contractus, & cum lap

16 sum fuerit dictū tempus iam diu, non † potest agi ex contractu non obseruato.l.Iulianus.§.offerri. ff. de actio. empti.l.cum proponas.2.C.de pac. dies enim interpellat pro homine.l.magnam. C.de contrahen. & commit. stipul.l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio. & obliga. nec est locus purgationi moræ, nisi infra modicum tempus purgetur.c.potuit.de loca.l.si ita qs.§.scia.ff. de verb. oblig. Et trad. per Scrib. in.l.& si post tres.ff.si quis cau. & l.si insulam.ff.de verb.oblig. Confirmātur premissa; quia merito videbatur requiri ratificatio vniuersitatum.d.con-

17 tractus, præsupponendo, quòd † mandatum procuratorium potest esse in triplici genere, generale, speciale, & singulare, generale est, veluti, si constituam procuratorem ad negocia mea gerendum, potest etiā esse speciale, vt si constituam ad bona mea alienandum, potest etiam esse singulare, & in indiuiduo, vt si constituam ad alienandum certa prædia tali personæ, & pro tanto pretio, vt colligitur ex not.p Bar.in.l.filiusfam.ff.de dona. & alibi sæpe per Doct. In præsenti autem casu sindici vtriusq; vniuersitatis dicebant habere speciale mandatum, quod intelligitur ad componendum, & terminos figendum, & istud non est verum sufficere; sed voluerunt interuenire singularem, & indiuidualem ratificationem totius contractus

tractus, videlicet, vt approbaret vtraque vniuersitas, quod erat actum de terminis certis locis fixis, vel fingendis, & quum istud non fuerit obseruatum, non potest vniuersi-
18 tas Bargensium ex dicto contractu se fundare; quia † pacta sunt forma contractus, quæ forma dat esse rei, vt dicit Bal. in l. quotiens. col. 2. C. de su. & legiti. & forma non seruata actus corruit. l. cũ hi. §. si prætor. ff. de transactio. & quantæ curæ fuerit, & cordi, vt ratificatio sequeretur, indicat etiam illud, positum quasi in fine dicti instrumenti, quod D. Dux Borsius, & Commissarius Florentinus promiserunt, quòd facta approbatione, & ratificatione tam per homines, & commune Barghæ, quam terræ plebit, prout fuit conuentum inter dictos homines, infra tẽpus, & spacium d. mensis approbabunt, confirmabunt, & laudabunt omnia contenta in dicto instrumento in solemni forma. Ecce quod ipsi D. superiores non promiserunt aliquam confirmationem prædictorum nisi secuta ratificatione vtriusque vniuersitatis, & neutrum fuit secutum, nec confirmatio, nec ratificatio, quæ requirebatur ex forma d. instrumenti ex parte Ducis Borsij & Reipu. Florentinæ, alias vna parte cessante in d. cõfirmatione, & ratificatione omnia, & singula pro nullis, infectis, & cassatis haberentur, & haberi deberent. Sexto obiicitur, ꝙ non potest negari, quin fuerit secuta obseruantia, præsertim illius capituli, quod est efficacius, & grauius cæteris de altera illa fruitione pascui, quæ adhuc hodie obseruatur, vt in dicto instrumento. Sed istud est, nescio
19 quid fragile, quia † si vel vnum minimum capitulum non obseruetur, obstat exceptio in principali contractu, vt scribit Bal. in l. pacta conuenta. 2. not. ff. de contrahen. empt. quam legit in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. & nihil dicitur esse actum quum aliquid superest, ad agendũ l. furiosum. C. qui testa. face. poss. Septimo obiicitur, quòd testes Bargensium melius probant in possessorio, quod Do. Bertazollus in eius allegationibus non admittit, qui examinauit processum. Illud autem non omisserim, qđ testes de vniuersitate Bargensium in hoc casu sunt inhabiles, & nullam penitus fidem faciunt, attento, quòd agitur de eorũ particulari interesse; & quia de hoc plene scripsi in cõsilio, ad illud me refero. Octauo obiicitur, quod licet duo, aut tres ex terminis in instrumento nominatis non appareant, & loca à Bargensibus designata parum congruãt, tamen sufficere videtur, quòd terminus ille alla Verrucula adhuc esset, & sit immutabilis, postquã enim
20 omnes alii ab isto regulantur, facile † est adhuc hodie eos figere in locis constitutis, prout Bargenses petierunt. Respondeo, quod non sufficit vnum terminum extare, à quo nisi etiam ostendatur alius terminus ad quem, & facilitas, quæ adducitur in motiuo, negatur. Et vlterius, ꝓbatio non debet esse per facile; sed per necessarium, & concludens, l. neque natales. C. de probat. l. non hoc. C. vn. cogna. Nono obiiciũtur quædam circa præscriptionem, & circa nonnulla alia, quæ in facto consistunt, quę veniunt resoluenda per aduocatos D. Ducis Ferrariæ, qui processum instruxerunt, & viderunt.

Summa autem conclusionis meæ hæc est, iuridica, vt opinor, fundant se Illustrissim. Dux Florentiæ, & Bargẽses eius subditi contra Illustrissimum Ducem Ferrariæ, & homines terræ Plebis ex duobus instrumentis, quorũ vnum fuit rogatum de anno 1457. die 2. Iulij, in quo videtur conuentum fuisse de ponendis terminis in certis locis pro diuisione confinium inter Bargenses, & Plebanos, alterum de eodem anno, & de decimo eiusdem mẽsis, in quo legitur terminos in dictis locis positos fuisse, neutrum horum instrumentorum lædit causam Illustrissimi Ducis Ferrariæ, & eius subditorum; nam primum instrumentum, vt omittantur suspiciones falsitatum, nõ impedit, vt non possit iterum cognosci de iurisdictione, quæ fuit reseruata per ipsos principes superiores. Item ex alio; quia non fuit ratificatio subsequuta per d. vniuersitates infra terminum vnius mensis, vt fuerat conuentũ. Alterum verum instrumentum, quod loquitur de affixione terminorum non potest etiam fundare intentionem Illustrissimi Ducis Florentiæ, & Bargensium. Primo, quia termini non apparent, & incerta redditur diuisio confinium, quæ dicitur facta fuisse. Secundo, quia dictum instrumentum non facit fidem d. terminos fuisse appositos in prędictis locis; quia notarius, qui in rem pręsens non fuit, non potest conficere instrumentum de facto præterito, & cui ipse non intersit, & hæc habeo pro solidissimis fundamentis in fauorem Illustrissimi Ducis Ferrariæ, & plebanorum, pro quibus censeo esse pronunciandum salua semper correctione melius sentientis.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Exclusio vnius alterius est inclusio.*

2 *Rescriptum Papæ concessum per simplex fiat, vbi in supplicatione fit mentio de dignitate, illam non comprehendit, nisi expressum sit id in signatura. Fallit vbi Papa aliquid de petitis cancellat.*

3 *Statuta castri reuisa per habentem potestatem illa reuidendi, infirmandi, si quædam infirmata fuerint, an reliqua confirmata dicantur.*

4 *Principes, leues alienationes ad magnam imperij diminutionem non tendentes, facere possunt.*

5 *Dispensationes, vti odiosæ non extenduntur ad aliũ casum, quam expressum; etiam si maior subsit dispensandi ratio.*

6 *Constitutio loquens de priuilegijs, intelligitur de priuilegijs in finibus meri priuilegij consistentibus, non de remuneratorijs; quia trãseunt in cõtractũ.*

7 *Remuneratoria concessio, & donatio, & priuilegiũ etiam subdito concessum non potest reuocari.*

8 *Donatio remuneratoria, vel ob remunerabilia merita facta est irreuocabilis.*

9 *Priuilegium remuneratoriũ est irreuocabile, etiã quod merita non æquiualeant gratiæ.*

10 *Donatio remuneratoria non est propriè donatio, & in ea non requiritur insinuatio, & procedit inter virum, & vxorem, & leges de donatione loquentes, de ipsa non intelliguntur loqui.*

11 *Gratia, quæ gratis non datur, vel accipitur, gratia non est.*

12 *Clausula derogatoria in indiuiduo potest per principem apponi ad validitatem sui priuilegij.*

13 *Error potest allegari eo ipso, quod apparet rem aliter se habere, vbi tractatur de damno vitando, etiam si allegetur error in facto proprio.*

14 *Remuneratoria donatio, an habeatur ex titulo oneroso, vel lucratiuo, & in ea, an donans teneatur de euictione. & nu. 16.*

15 *Euictionis actio quando competat.*

17 *Decuriones, & prælati licet nequeant donare res populi, & ecclesiæ; tamen possunt remunerare.*

CONSILIVM DCLXXIIII.



EX priuilegio Illustrissimi q. Ducis Mediolani D. Francisci Sfortiæ. 2. colligitur multa alia magnifica concessa Illustris. quon. D. Mercurino supremo Caroli V. Imperatoris cancellario ob ingentia eius merita, tum etiam Illustris. Dux valens d. cancellarium vberiori fauore, & gratia prosequi ex certa scientia, & motu proprio, ac plenitudine potestatis concessit ei ius directi dominij feudalis, ac superioritatis sibi competentis in castro, & loco Refrancorij pro se, suisque hæredibus, & successoribus, & eundem in locum suum posuit nihil penitus in se retinendo; sed à se penitus abdicando, & in ipsum magnum cancellarium integre transfundendo. Vnde ex d. concessione, & iurium omnium cessione videtur concessa ipsi, & hæredibus suis respectu ipsius castri Refrancorij exẽptio à dominio, & superioritate status Mediolani. Mouetur tamen difficultas contra Illustrem D. Despotum vtilem dominum loci, qui inuestituram accipit ratione d. feudi ab hæredibus d. quon. magni cancellarii, non fuisse d. priuilegium à senatu approbatum iuxta antiquos

antiquos ordines ducatus Mediolani, & per consequens
ipsum, & d. castrum, & locum esse subiectum iurisdictio-
ni prædicti status, prout ante prædictam concessionem
subiacebat. Sed prædictis respondetur, quod imo d. pri-
uilegium fuit ab Excellen. senatu confirmatum, & appro
batum; nam quum Mercurinus nepos ex filia d. magni
Cancellarij, & eiusdem hæres supplicasset Carolo V. Im-
peratori pro eius confirmatione a senatu habenda. Ca-
rolus V. Imperator narrat primo concessionem factam
d. magno Cancellario de loco Valentiæ per Illust. q. D.
Ducem Franciscum Sfortiam Mediolani cum separatio-
ne eiusdem oppidi à dicto statu Mediolani, & cum omni-
bus lucris, & commodis, & emolumentis, quæ ad ipsum
Ducem pertinere potuissent. Narrat quoque ius directi
dominij d. loci Refrancorij fuisse translatum in d. ma-
gnum Cancellarium, & ad supplicationem eiusdem om-
nia authoritate imperiali confirmasse. Verum quoniam
Mercurinus nepos ex filia d. magni cancellarii, & eius
hæres cōquestus fuerat se non potuisse habere a præfato
Duce oppidum Valentiæ cum ea libertate, & tenore, quo
sibi concessum fuerat ab ipso Duce Francisco, & senatui
rescripsisset, vt super prædictis prouideret, senatus cen-
suit præfactum priuilegium approbādum esse his tamen
modificationibus adiectis. In primis, qd' senatus, & ma
gistratus authoritas etiam quo ad ipsum oppidum Valen
tiæ non intelligatur sublata, aut diminuta, &c. Vnde quū
senatus approbauerit ipsum priuilegium, & exceperit tan
tum oppidum Valentiæ, & de Refrancorio nihil dixit, de
quo in narratione fuerat facta mentio, cēsetur approbas-
se; quia excludendo Valentiam ab illa libertate, & super-
ioritate concessa hæredibus d. Mercurini, videtur eam
confirmasse in oppido Rfrancorii, de quo in narratione
1 fuerat facta mentio; quia † trita est regula, quod vnius
exclusio, alterius est inclusio. c. nonne. de præsump. qui
tex. ad hoc solet allegari, quod qui ex duobus propositis
vnum negat, aliud affirmare videtur, ad idem tex. in. l. cū
prætor. in princ. ff. de iud. & in. l. ex eo. ff. de testi. & dici-
tur expresse, in. c. qualis. 25. distin. quod de vno negatur,
consequens intellectus patet; quia de quibusdam conce-
ditur. Accedat, quod scribit Rot. decisi. 561. In antiquis,
quæ incipit. Cancellaria non consueuit, vbi in effectu
2 vult, quod † licet nō ponatur in literis Papæ per simplex
fiat nomen dignitatis; nisi Papa expresse mentionem fa-
ciat de dignitate in sua signatura; tamen vbi in supli-
catione fit mentio de dignitate, & Papa aliquid de petitis
cancellat, videtur de dignitate concessisse, perinde ac si
illud signasset, allegat tex. in. l. tribunus. §. fi. ff. de testa.
mili. & hāc decisionem Rotæ sequitur Fel. in. d. c. nonne.
col. 1. vbi etiam respondet ad id, quod in contrariū obiici
posset quod casus omissus remanet in dispositione iuris
communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob. cau. l. commo-
dissime. ff. de liber. & posthu. c. susceptū. de rescrip. in. 6.
quia hoc procedit, quando casus omissus non fuit nomi-
natus, nec propositus, alias secus. Accedat, quod scribit
Bal. in. l. 2. versic. Quæro iuxta hoc rustici. C. de sac. san.
eccl. vbi ait, quod ille, qui quædam cassat, reliqua confir-
mare videtur, per tex. in. l. tribunus. §. fin. vbi etiam Bal.
not. illum tex. in arg. quod si potestas, vel episcopus con-
firmat vnam causam de gestis, & administratis per suum
vicarium, quod videtur cetera reprobare, & econtra si vnā
reprobat, videtur cætera confirmare, quod est verum, si
ad hunc actum processit omnibus prius discussis, & exa-
minatis; secus si leuato velo sine examinatione, secūdum
Dyn. quod est multum nota. Et facit etiam quod in pro-
posito scribit Bar. in. l. legata inutiliter. in prin. vlt. q. ff.
3 de leg. 1. vbi † quærit, quod si comiti fuerit concessa pote-
stas reuidendi statuta castri cum potestate confirmandi;
vel infirmandi ea, & quædam infirmauit, an videatur re-
liqua confirmasse, & primo arguit, quod non; quia indu
cta ad diminutionem, nō debent operari augumentum,
vt ibi; contrarium tamen ipse determinat, quod reliqua
videatur cōfirmasse, per tex. in. d. l. tribunus. §. fin. & per
alia iura, de quibus ibi per eum, & sequitur ibi Bal. dum-
modo omnia statuta fuerint examinata, quod in dubio
est præsumendum, secundum Imo. ibi, si sibi fuerunt
ostensa, & sequitur ibi Alex. id, quod est dictum de osten-
sione, per tex. in. l. non est ferendus, ff. de transac. Sed in
proposito petitia fuit confirmatio priuilegij per D. Mer-
curinum iuniorem nepotem ex filia d. supremi cancel-
larii, in quo continebatur vtrunque, & de Valentia, & Re
francorio, & senatus ordinauit, quod attenta petita cō-
firmatione d. priuilegii daretur aduocato fisci, qui dedū-
ceret quicquid uellet, & deinde omnibus consideratis
prouideret. Exinde fiscus opposuit, quæ sibi visa fuerunt.
Postremo facta mentione de Valentia, Refrancorio sena
tus censuit memoratum priuilegium esse confirmandum
factis quibusdam modificationibus, & restrictionibus;
quo ad oppidm Valentiæ. Vnde sequitur, quod quo ad
oppidum Refrancorii videatur ipsum priuilegium con-
firmasse, præsertim quum omnia fuerint discussa, & exa-
minata; nam dictum fuit, quod facta oppositione per fi-
scum, senatus omnibus consideratis prouidebit, & facta
fuit oppositio per fiscum, deinde facta mentione de vtro-
que oppido, senatus quædam detraxit de oppido Valen-
tiæ, cui ergo potest esse dubium quod confirmauerit pri-
uilegium prout iacet de Refrancorio secundum decisio-
nes superius allegatas, discussio enim, & examinatio d.
priuilegij in dubium venire non potest, quum fiscus
fuerit vocatus, & opposuerit, & in dubio præsumendum
est omnia fuisse discussa, & examinata, quum exhibitum,
& ostensum fuerit totum priuilegium secundum Imo. in
loco superius alleg. Confirmantur præmissa, quia non
est par, ac tanta ratio restringendi priuilegium concessum
4 pro Refrancorio, sicut pro Valentia: attento, quod † Re
francorium est oppidulum satis tenue, & in eo Illustris-
simus Dux Mediolani præter superioritatem, & directū
dominium, quod concessit nihil habebat, sed Vallentia
spectabat immediatè ad ipsum D. Ducem, & habebat ibi
plenum dominium, & oppidum Valentiæ est validum
hominibus, & hominum facultatibus, ita vt ex eo plura
emolumenta peruenirent ad principem, & vbi maius est
præiudicium, ibi cautius est agendum. c. vbi periculum.
de elec. in. 6. & principibus leues alienationes facilius
conceduntur, vbi non tendunt ad magnam imperij dimi
nutionem. c. abbate sanè. de re iud. in. 6. Bar. in. l. prohibe
re. §. planc. ff. quod vi aut clam. cum suis concor. Ideo
stante disparitate rationis restrictiones factæ de priuile-
gio Valentiæ faciunt, vt non intelligantur de Refranco-
rio; imo quod standum sit regulæ, quod exclusio vnius,
alterius est inclusio. Et quanto magis id dicendum? quū
5 † huiusmodi restrinctiones, & modificationes factæ in
priuilegio Valentiæ videantur strictè intelligendæ, sicut
quælibet dispensationes, quæ odiosæ solent esse, nec ex-
tra suos limites extenduntur ad alium casum, etiam si
subsit maior dispensandi ratio. c. fin. de postul. præla. c.
cui non sacerdotali. de præben. in. 6. & est dictum Hostiē.
vbi Fel. plura adducit in. c. postulasti. de rescrip. & late
tangit Ias. in. l. fin. col. 8. ff. de constit. prin. & credo mo-
tum fuisse Excellentissimum senatum, vt restringeret pri
uilegium respectu Refrancorij; quia vltra id, quod modi-
cum præiudicum inferebatur imperio Mediolanensi, si
priuilegium illud seruaretur, accedebat etiam illud, quod
indignum videbatur, quod priuilegium concessum pro
tantis meritis, quāta etiam ipse Senatus fuisse attestatur,
imminuerentur non solum, quo ad oppidum Valentiæ,
sed etiam quo ad alterum oppidū Refrancorij; non enim
multiplicanda sunt inconuenientia. l. 1. C. de dot. pro-
mis. l. si quando. C. de inoffi. testamen. licet vna dispen-
satio sit fauorabilis, plures tamen odiosæ, vt inquit Bal.
in. l. fi. col. 2. ff. de constitu. princip. Item restringendo
priuilegium Valentiæ, priuilegium tantum limitabatur,
& in magnis eius partibus firmum permanebat, quādo-
quidem vtile dominium hæredes magni cancellarij obti-
nebant, sed si superioritas, & directum dominium Refran
corij, quod concessum fuerat reuocaretur, totum priuile-
gium esset sublatum; quia princeps nullum ius aliud ha-
bebat nisi respectu proprietatis, & dominij directi, & o-
diosius est totum tollere, quam limitare, iux. glo. magnā
in. l. fin. C. si con. ius vel vtil. pub. & istud sit primum
principale fundamentum.

Secundo principaliter moueor; quia dictum priuile-
gium Francisci Sfortiæ Ducis Mediolani non eget appro
batione, nec confirmatione senatus; quia vbi verba non
conueniunt, nec conuenit legis dispositio. l. 4. §. prætor
ait. ff. de dam. infact. c. indemnitatibus de elect. in. 6. sed se
natus non habet cognitionem nisi literarum principis,
donorum, remissionum, indulgentiarum, priuilegiorū,
ordinationum, edictorum, & gratiarum; sed istud priui-
legium Refrancorij non potest sub aliquo verbo venire,
6 nisi sub illo verbo priuilegiorum; sed dicendum † est di-
ctam

ctam constitutionem loquentem de priuilegijs, intelligi debere de priuilegijs, quæ stãt in finibus meri priuilegij, non autem de priuilegiis remuneratoriis, quæ transeunt in vim contractus, & quod ista fuerit mens d. constitutionis ostenditur; quia d. constitutio concedit senatui, vt possit limitare, & restringere, & approbare; sed priuilegium remuneratorium concessum præsertim non subdito, qualis tunc erat magnus cancellarius non potest limitari, & restringi, nec subverti quum non gratuito tunc detur, & soluatur merces meritorium, intelligendo semper, quando ipsa merita æquipollent priuilegio, nam in confesso est merita d. magni cancellarij etiam superexcedere remunerationem datam, hoc scribit Aret. in c. nouit. col. 4. de iudi. dicens, quod priuilegium concessum non potest reuocari, vbi transiuit in contractum. l. lucius. §. fin. ff. ad munic. l. quod semel. & ibi Bar. ff. de decre. ab ord. fac. & intelligitur transire in contractum, quando conceditur aliquid commensuratum ob aliquod factum, vel dationem præteritam, vel futuram implendam ex parte eius, cui conceditur, vel impletam; & ideo † dici
7 potest, quod si priuilegium conceditur ob remunerationem; quia non est simplex liberalitas, non possit tale priuilegium reuocari, & licet postea Aret. ibi istud non firmet, per rationem, quam postea inferius memorabo, tamen istud ibi tenet Feli. col. 12. versi. limita. 3. loquens in priuilegio remuneratorio etiam subdito concesso, addẽs rationem, quod donatio remuneratoria est irreuocabilis data quoq; ingratitudine, sed ante istos hoc voluit Bal. in. l. qui se patris. col. 7. versi. & scias. C. vnd. liber. vbi inquit post Nico. de Matta. quod licet princeps possit priuilegium à se cõcessum sine causa reuocare. l. qui fundos. C. de omn. ag. deser. lib. 11. tamen hoc non potest, vbi concessio habet datum, vel factum, quod perpetuam habeat cum ea cõmensuratione, ex eoque princeps fuerit lucratus, quoniam tunc reuocando committeret dolum l. si cum mihi. ff. de do. istud idem vult Bald. in. d. l. si cum mihi. dicens, quòd priuilegium concessum alicui propter eius factum, reuocari non potest; quia non pendet ex sola authoritate cõcedentis; sed ex iure alteri quæsito. Hinc infert ad priuilegium, quod Senenses olim concesserant quibusdam bannitis securè morandi, eo quia eorum opera illud commune recuperauerat quoddam castrum, quod erat irrecuperabile, & ita dicit se consuluisse allegando illum text. & glo. in. l. decurionibus. C. de silen. lib. 11. & subdit Bal. ibi, quod adhuc magis pondero, quòd facit pro præmissis tex. in. l. aquilius regulus. ff. de dona. vbi
8 dicitur, quod † donatio facta ob certa remunerabilia merita non potest reuocari, nec eget insinuatione, concordat text. in. l. si pater. ff. eo. & sequitur prædicta Alex. cõsi. 216. Nec arguendi sumus col. 1. lib. 2. Soci. consi. 84. Accuratissime, & eleganter. col. pen. lib. 3. vbi etiam adducit Pau. de Cast. idem voluisse, in. l. si mihi, & tibi. §. in legatis in lect. Bonon. ff. de leg. 1. & tenet etiam prædicta Ias. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Et licet Aret. in. d. c.
9 nouit. non firmet se, quod † priuilegium remuneratorium non possit reuocari per principem; quia secundum, cum non potest negari, quin recipiens non habeat causam lucratiuam, ex quo beneficium sponte conceditur, tamen respondetur ad hoc fragile obiectum, quod imo recipiens non habet causam lucratiuam, sed onerosam, ex quo sibi soluitur merces meritorum, vt dicit tex. in. l. si pater. §. 1. ff. de don. & in. d. l. Aquilius regulus. ff. eo. nec concedens illud facit, vt exerceat liberalitatem, sed vt soluat debitum naturæ, vt Abba. inquit in rub. extra de dona. & licet præceptis iuris ciuilis ad id non teneatur, tamen præcepto naturæ ad illud impellitur, quo benefacienti benefacere debemus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. & vbi debitum, quod impendet iure naturæ, est solutum, non repetitur, tanquam indebitè solutum, vt per Bar. in. l. ex hoc iure. col. 5. ver. Sed contra glo. ff. de iusti. & iur. si enim posset repeti, posset reuocari. Demum de Aret. qui ibi se non firmat, non est curandum, quum contra eum sit antiquorum Docto. & Moder. sententia, & idem Aret. in. c. 1. col. 2. de constitu. tenuit multis verbis, quod priuilegium concessum causa remunerationis sit irreuocabile per principem. Amplius etiam vult, quod licet illud, ꝙ præstatur pro gratia, forte non æquiualeat gratiæ, sed longè minus sit gratia, tamẽ priuilegium erit irreuocabile, & ita dicit Bald. in. c. 1. de natu. feu. hoc tamen vltimum non expedit nunc attingere; quia omnium clamoribus merita summi cancellarij fuerunt ingentia. Ostenso igitur, quod priuilegium remuneratorium sit irreuocabile, sequitur, quòd nunc imminui, nec alterari possit, vt in simili dixit Bal. in. c. 1. in verbo successorum nostrorũ. de pac. Constan. vbi voluit, quod sicut princeps nõ potest subuertere iura vasallorũ, ita non possit ea imminuere, per tex. in. l. si optio. ff. qui & à quib. ex quo sequitur, quòd senatus approbatio in casu nostro nec fuit, nec erit necessaria, quum priuilegium ipsum transiens in naturam contractus nõ possit imminui, nec alterari, & frustra expectatur id, cuius euentus nihil operatur. l. aliquãdo. §. fin. ff. ad velleia. l. si quis ita. & ibi Bar. & in. l. si seruus, communis. ff. de hæred. inst. Præterea ratio d. constitutionis alia non videtur posse assignari, nisi quod propter importunitatem, & ambitionem petentium multa principes non concedenda concedunt, vt inquit Imper. in. l. 1. C. de pet. bon. sub. lib. 10. Ideo concessa fuit facultas senatui limitandi, & restringendi dona, gratias, & priuilegia; sed priuilegium remuneratorium non videtur concessum ad postulationem partis, sed motu proprio, vt tenuit Guliel. de Cun. in. l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. & sequitur Alex. in d. l. 3. in princ. col. 1. Et propterea quum cessat ratio propter quam fuit inducta constitutio, cessare etiam debet constitutionis dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. Eodem modo est dicendum, si fiscus velit sumere
10 fundamentum in verbo donorum; quia † donatio remuneratoria non est propriè donatio, quæ tunc est, quãdo quis ob eam solam causam donat, vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, vt inquit Iuriscon. in. l. 1. ff. de dona. Hinc lex, quæ requirit insinuationem in donationibus, non intelligitur de donatione remuneratoria, vt per Bar. & Imo. in. l. Aquili' regul'. ff. de dona. & pater, qui non potest donare filio in potestate, potest tamen ei donare pro meritis, glo. & Docto. in. l. si donatione. C. de colla. Et licet donatio inter virum, & vxorem constãte matrimonio de iure non teneat, tamen hoc procedit in simplici donatione, non autem in remuneratoria. l. ꝙ autem. §. si vir, & vxor. ff. de dona. int. vir. & vxo. Item videmus quod. l. si vnquam. C. de reuo. dona. quæ dispo nit donationem reuocari propter superuenientiam liberorum, non procedit in donatione remuneratoria condigna, vt Ang. ibi scribit, mouetur, quia ille tex. intelligendus est in donatione, vera, & propria, quæ fit ex liberalitate nullo cogente imperio. d. l. 1. ff. de dona. Item quia illud donatum non est propriè elargitum; quia in remunerationem factum est. l. ad eum. ff. eo. tit. & subdit ibi Ang. quod ille, qui habet huiusmodi donationem, dicitur habere ex titulo oneroso, & hoc est notum, contra id, quod scribit Aret. in. d. c. nouit, qui videtur sentire, quod habeat ex causa lucratiua, vt supra dictum est, & prædicta sequitur Roma. consi. 26. Pro decisione eorum, de quibus dubitatur tertio dub. vbi tribus aliis modis ostẽdit, quòd leges loquentes de donatione non procedunt in donatione remuneratoria, vt ibi videri potest. Simili-
11 ter, si † fiscus velit se fundare in verbo gratiarum, dicendum est, quod istud verbum non complectitur id, quod datur causa remunerationis, vbi non liberalitas sola exercetur, sed laboris merces soluitur, & beneficiorum fit quemadmodum permutatio, vt habetur in. d. l. si pater. §. 1. & in. l. sed si lege. §. consuluit, gratia enim, quæ gratis non datur, vel accipitur, gratia non est, vt est tex. rotundus in. c. gratia. 1. q. 1. & idem habetur in. c. gratiam ea. cau. & q. & hoc ostendit etimologia, gratia dicitur, quasi gratis data, & argumentum ab etimologia vocabuli valet. l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signifi. tradit Bart. in. l. omnes populi car. pen. versic. Quæro vnde sumatur ista propria. ff. de iusti. & iu. vbi dicit, ꝙ ex huiusmodi allusione vocabuli sumitur propria significatio.

Tertio principaliter moueor, quia d. priuilegium remuneratorium fuit concessum per Illustrissimum Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani cum amplissimis clausulis, & inter cętera prædicat, quod concessa fuerunt, quæ alijs concedi non solent, & concedebantur viro super alios benemerito. Deinde derogat idem Dux ordinibus status Mediolani non solum in specie obsistentibus huiusmodi priuilegijs, quod sufficeret, sed etiam derogat in indiuiduo huic ordini, quo requirebatur Senatus ap-
12 probatio; & clarum est, quod † huiusmodi clausula derogatoria

rogatoria potuit apponi per principem ad validitatem
d. priuilegij, vt per Bar. & alios in. l. fin. in fin. C. si con.
ius vel vtil. pub. & per Cano. in. c. quæ in ecclesiarum. de
constit. Et ad instantiam ipsius D. ducis fuit confirma-
tum per Cęsa. Maie. Vnde non video quomodo possit
opponi nunc hæred. d. D. supremi cancellarij, quòd non
fuerit à senatu approbatum, ex quo d. ordinibus fuit de-
rogatum. Et licet fuerit petita senatus approbatio, tamen
non fuit illud in causa, quod tenerentur hæredes magni
cancellarij per aliquos ordines ad id faciendum, quibus
fuerat derogatum, sed quia quum mortuo magno can-
cellario Illustris. Dux noluisset eos inuestire iuxta for-
mam priuilegij, sed multa detraxisset, fuit deinde post
mortem d. Illustrissimi Ducis Francisci petitum à Cæsa-
re, qui tunc ducatum obtinebat, vt approbaret priuile-
gium prout iacet, & hoc est, quod fuit petitum, vt id qđ
de facto fieri videbatur, habita approbatione priuilegij
remoueretur, & ipsum priuilegium ad vnguem obserua-
retur, vnde hic actus petitionis non debet operari plus,
quam fuerit de mente petentis; quia semper inspicimus,
quod actum est. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.
Si tamen volumus dicere approbationem senatus fuisse
necessariam iuxta dispositionem antiquorum ordinum,
seu alio quonis modo, dico eam fuisse subsecutam per ea,
quæ tacta sunt opportunè in primo fundamento. Potest
etiam dici, quod dato, quod fuerit petita confirmatio vi-
gore ordinum, tamen istud fuit factum ad abundantem
cautelam, quæ nocere non solet. l. testamentum. C. de te-
sta. l. non solet. ff. de regu. iur. Item ad diffugiendum di-
sputationes, vexationes litium, quod interesse quilibet
prætendere potest, vt in simili scribit Alex. consil. 233.
Pōderatis his, quæ in suprascripto themate in fine. lib. 6.
Et vlterius, potest allegari error eo ipso, quod apparet
23 rem aliter se habere, vbi tractatur de damno vitando, et
si allegetur error in facto proprio. l. sed si me putem. ff.
de condi. inde. l. si post diuisionem. ff. de iur. & fac. igno-
ran. glo. in. l. cum de indebito. in verbo ignoranti, ff. de
proba. & habetur per Bart. in. l. non fatetur. col. 4. ff. de
confes. & Cano. in. c. fi. eo. tit. & apparet in casu nostro,
de errore priuilegium, in quo fuit derogatū ordinibus.
Volo etiam nunc addere aliqua ad id, quod supra dixi,
24 quod † qui habet donatum ex causa remunerationis æqui
ualenti, habet ex titulo oneroso, nam vltra id, quod hoc,
expresse vult Ang. in. d. l. si vnquam, hoc suadetur ex eo,
ꝙ licet donans non teneatur de euictione donatario, vbi
incepit à traditione secundum glo. Bart. & omnes in. l.
Aristo. §. 1. ff. de dona. tamen vbi donatio est remunera-
toria, etiam post traditionem donans tenetur de euictio
ne donatario, vt vult Bar. in. l. Iulianus. §. 1. post Iaco. de
Aret. ff. de verb. oblig. quem sequuntur ibi Alex. Aret. &
Ias. per tex. optimum, quem etiam Bart. Allegat. in. l.
25 idemque. §. fin. cum. l. seq. ff. man. quod ostendit † eum
habere in titulo oneroso, quia si haberet titulo lucratiuo,
non posset agere contra eum de euictione, cum actio de
euictione non detur, nisi intersit. l. empti. C. de euict. &
eodem modo licet donator non possit conueniri, nisi in
quantum facere possit, ne ex sua liberalitate egeat. l. inter
eos. §. fi. ff. de re iu. l. diuus. ff. de re. iur. tamen hoc fallit,
vbi donatio est remuneratoria, quia cessat d. priuilegium,
vt scribit Ro. in præalleg. consi. 26. & Ias. in. d. l. inter eos.
post Ang. & Alex. ibi. Facit tex. in. l. Aquilius Regulus.
26 ibi non meram donationem esse. ff. de dona. Si ergo † do
natio remuneratoria habetur ex titulo oneroso, sequitur
quod constitutio non habet locum in ea; quia loquitur
de donationibus, & gratiis, verba enim deficiunt; & ver
ba statutorum sunt strictè, & propriè intelligēda. l. 1. §. si
is qui nauē, ibi si in re dubia. ff. de exerci. l. 1. §. hoc inter-
dictum. 3. ff. de fon. tradit Bar. in. l. omnes populi. car. pe
nul. versic. iuxta prædicta. ff. de iusti. & iur. & tanto ma-
gis id dicendum, quia constitutio, quæ vult dona, & gra-
tias principum restringi, & limitari, est exorbitans a re-
gulis iuris communis; quia beneficia principum contra
concedentem quam plenissime interpretanda sunt. l. fin.
ff. de consti. prin. l. si quando. C. de bo. vac. lib. 10. l. vnica.
C. si imper. liber. soc. eo. lib. & dicitur. l. fi. circa med. C. de
præpo. agen. in re. lib. 12. quod absurdum, & temerarium
est per astutam interprætationem velle beneficia princi-
pum recludere ad strictam interpretationem. Et dicitur
etiam in. c. decet. de reg. iur. in. 6. quod decet priuilegium
concessum à principe esse mansurum, lex enim non pro-
hibet remunerationes, imò si quas prohibitiones facit de
donando, eas remittit, si fiant causa remunerationis, vñ
maritus potest donare causa remunerationis, & pater fi-
17 liis, vt supra dictum est, & † prælatus, qui non potest do
nare res ecclesiæ, hoc tamen potest ex causa remuneratio
nis. c. relatum. & c. cum in officiis. de testamen. & ponit
Io. An. in addit. Spec. super rub. de reb. eccles. nō alie. Bar.
post glo. ibi in. l. iubemus nulli. in ptin. C. de sacro. san. ec
cles. Similiter decuriones, qui non possunt donare rem
populi, possunt tamen remunerare, Bart. in. l. ambitiosa.
col. 2. ff. de decret. ab ordi. faci. Mors erat antiquis regib⁹
nomina bene meritorum in vnum codicem referre, ne
quando beneficiorum memoria extingueretur. Illud
quidem Solonis elogium notissimum est, Duobus rebus
contineri rempub, pœna, & præmio, & videtur etiā fuisse
hæc potissima causa legum condendarum, vt mali suppli-
cio, boni præmio afficiantur, vt habetur. in. l. 1. ff. de iusti.
& iur. & hæc quidem dicta sint sub correctione Excellen-
tissi. senatus, qui nihil, quod vertetur in iure, ignotum es-
se potest. Veruntamen vt amico petenti responsum satis-
facerem, superiora literis mandanda putaui.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommittens prohibens bona alienari, & in casu contrauentionis priuans hæredē ab hæreditate, quod facere potest, & illam transferens in proximiores de familia sub eadem conditione. Videtur illos gradatim vocasse, & ordine successiuo, adeo quod proximior potest alienata reuocare.*

2 *Fideicommißum, an debeatur illi, qui conceptus, & natus non erat tempore cedētis fideicommissi, vel existentis conditionis, & an poterit alienata ante ipsius natiuitatem reuocare, & nu. 6. & 8.*

3 *Dictio nomen, exponitur pro familia.*

4 *Testator vbi degreditur ad plures gradus substitutionis, ita quod non est verisimile ipsum tantūmodo cogitaße de conceptis in vita, admittūtur cōcepti, & nati post mortem, & nu. 10.*

5 *Relictum factum proximioribus de familia, comprehendit omnes in infinitum.*

6 *Legatū qn̄ est cōditionale, honoratus an debeat esse natus, vel conceptus tēpore existentis conditionis.*

7 *Verba illa qui tali casu reperietur, posita in substitutione, an excludant natum post mortem testatoris, vel diem cedentis fideicommissi. & nu. 12.*

11 *Familiarum dignitas, & honestas per diuitias conseruatur.*

13 *Dictiones taxatiuę in substitutionibus non restringunt, si de contraria voluntate disponentis appareat, nēc excludunt casus similes.*

14 *Hæreditas nō agnita, an transmittatur ex consuetudine, vbi de iure nō possit transmitti, & nu. 18.*

25 *Fdeicommissarius non obseruans præcepta iusta, & non implens testatoris voluntatem, amittit omne cōmodum sibi relictum.*

16 *Hæres non implens defuncti voluntatem, vel repudians hæreditatem dicitur indignus omni commodo ex hæreditate prouenienti.*

17 *Hæres institutus, vbi institutioni adiecta est conditio potestatiua, si non illam implet in vita, excluditur ab hæreditate, potest tamen illam implere vsque ad vltimum vitæ spiritum.*

19 *Consuetudo est stricti iuris, & non extenditur vltra casus expressos, & quantum habet de actu, tantum habet de potentia.*

20 *Testator, quod per consuetudinem, vel iure sit trāsmissibile, non transmissibile efficere potest.*

21 *Relictum, licet ex consuetudine, vel iure acquiratur absenti, & ignoranti ipso iure, tamen vbi testator dixit, quod teneatur acceptare, vel si volet, non transmittitur ad hæredem, nisi antea expresse acceptatum fuerit, vel declarauerit.*

22 *Testatoris propinquitas consideratur in successione fideicommissi, non propinquitas vltimo defuncti, & nu. 24. vbi de ratione.*

23 *Alienatio rei prohibitæ alienari vbi fit consentientibus omnibus de familia, non subsistit, etiam quo ad nascituros.*

25 *Hæres vbi est prohibitus alienare per illa verba hæres meus, an illius hæredis hæres impunè alienare possit, & quid vbi dictum est quilibet hæres meus, sub nu. 27.*

26 *Dictio aut est desiunctiua; tam sensum, quam verba disiungens.*

27 *Dictio quilibet, est vniuersalis distributiua, & in quo differat à dictione omnis.*

28 *Feudum concessum pro se, & hæredibus, licet non proueniat, nisi ad descendentes, tamen secus vbi dictum esset pro se, & omnibus hæredibus.*

29 *Testator, vbi facit mentionem de bonis meis, non transmittit nisi bona, quæ ad eum spectabant iure dominij, & quæ poterant per eum vendicari, secus vbi dixisset omnia bona mea.*

30 *Dictio mea, apposita in vniuersali dispositione, non restringit vniuersale dispositum.*

CONSILIVM DCLXXV.



HAbito sæpius colloquio, & re bene digesta, & communicata cum clarissimo Iuriscon. D. Rolando à Valle præside Illustrissimi Ducis Mantuæ in senatu Montisferati honorandissimo super themate antescripto. Visum fuit Don Franciscum de Arinno Iuniorem Agentem contra Dō Martinum ab Aragonia ducem villę Formosæ obtinere debere; nam dubiū non relinquitur, quin Illustr. Don Franciscus de Arinno senior post institutionem factā de posthumo nascituro ex eius vxore, & substitutionem eidem factam de fratre suo Galzerando, potuerit disponere, quod prædictus posthumus, aut quicunque alius hæres, vel successor suus non possit vendere, nec alienare, vel trasportare d. loca, aut aliqua illorum, & si faciet, talis venditio, alienatio, aut transportatio sit ipso facto nulla, & inualida, & nihilominus amittat d. hæreditatem, & successionem, quæ perueniat ad propinquiorem cōsanguineum de meo nomine, & meis armis, qui in tali casu reperietur, qui quidem cum eadem conditione teneatur acceptare d. hæreditatem meam, & illū volo, & ordino hæredem meum esse vniuersalem; nam
1 videtur vocati in casu alienationis, & sic contrauentionis quicunque erunt proximiores de familia d. Illustrissi. Don Francisci senioris gradatim, & ordine successiuo, ita quod fideicommissum uidetur factum inter eos. l. cū ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. ad idem tex. in. l. cum pater. §. libertis. l. codicillis. §. institutis. & ibi glo. in verbo filijs. ff. eo. tit. & in. l. fin. C. de verbo. signifi. & potuit etiam priuare contrauenientes hæreditate sua, & in alios transferre pœnæ nomine. l. vnica. C. de his quæ pœn. nom. Sed proponitur, quod Galzerandus frater testatoris, qui cum eisdem conditionibus fuerat substitutus posthumo, vendit quędam ex dic. castris, & bonis Don Petro da Vacca, & per consequens per dictā contrauentionem locus est factus fideicommisso, & proximior potest alienata reuocare, vt patet in iuribus antea alleg. Et super prædictis non videtur cōsistere difficultas; sed difficultatem facit, quia dictus Galzerandus frater testatoris quum successisset ex substitutione, vendidit d. castra, & cui venditioni consenserunt Petrus Ioannes, & Franciscus de Arinno, qui tunc erāt propinquiores Galzerando. Exinde Emanuel filius Galzerādi mouet litem contra filios emptoris tanquam propinquior consanguineus venditoris, & testatoris de eius nomine, & armis. Tādem Emanuel enunciauit in fauorem Don Alphonsi ab Aragonia, qui emerat iura reorum, & ei omnia iura, & actiones cessit. Et nunc insurgit Don Franciscus filius d. Emanuelis contra Don Martinum filium Alphonsi, cui obiicitur eum non fuisse conceptum, natum tempore d. venditionis, & sic tempore, quo extitit conditio d. fideicommissi. Et contra d. Don Franciscum de Arinno iuniorem facit; quia † videtur ex quo conceptus non
2 erat, nec natus tempore alienationis, & sic tempore cedentis fideicommissi, tale fideicommissum, quo ad ipsum habetur ꝓ non scripto. l. vnica. §. & cu triplici. C. de cadu. tolen. Et ita decidit Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. super rub. col. 3. versi. Item Lambertinus de Rampo, per d. §. & cum triplic. & l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Et hanc decis. Io. And. sequitur Roma. consi. 438 In casu consultationis præsentis. 4. dubio. Alex. consil. 22. Visis, ac autem perlectis. col. 2. lib. 3. & consil. 26. Videretur fortasse in fin. eod. lib. Ias. consil. 206. viso testamento primo dubio. lib. 2. & Dec. & plerique alij Moder. consulendo sequuntur. Confirmatur ista opinio; quia si natus, & conceptus post alienationem admitteretur, interim relictum illi factum staret in suspēso, quod esse non debet. l. fin. in fi. ff. commu. præd. Præterea per alienationem factam titulo venditionis transfertur dominium in emptorem, ex quo tunc non est in rerum natura ille, qui dicitur vocatus; quia dominium non potest interim stare in suspenso d. l. fi. nato ergo postmodum alio descendente non potuit dominium emptori semel quæsitum ab illo abdicari, & ad illum reuerti propter impotentiam testatoris, qui non potest hoc facere, arg. l. Stichus seruus. ff. de statulib. & per not. per Bar. in. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. quando opponit de illa. l. & soluit. Sed respondetur, quod in casu occurrenti, in quo omnes de familia vocantur gradatim, & successiue, videntur etiam vocati hi, qui nati sunt, & concepti, postquam cessit dies fideicommissi; nam illa verba, quod bona mea perueniant in propinquiorem consanguineum de meo nomine, & meis armis important familiam, &
3 agnationem ponderando † illud verbum nomen, quod ponitur pro familia. l. pater filium §. fundum. iuncta gl. in verbo nomine, id est familiæ. ff. de leg. 3. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. glos. celebris. in. l. his qui cum plures. in verbo nomine suo, id est familiæ ff. de leg. 3. Moueor primo, per ea, quæ scribit Soci. in l. si cognatis. col. 16. versic. Quarta. & vltima conclusio
4 ff. de reb. dub. vbi vul, quod † vbi testator digreditur ad plures gradus substitutionis, ita quod non est verisimile considerasse tantummodo de conceptis in vita, admittuntur concepti, & nati post mortem; & eodem modo si testator cogitauit de posteris, veniunt omnes descendentes in infinitum, per. l. Iurisconsul. §. parentes. ff. de grad. Et sic præsupponit, quod vbi etiam legatum esset factum descendentibus, quorum appellatione veniunt omnes descentes in infinitum. l. fin. C. de legi. hære. & in authen. de hæred. ab intest. in prin. & de quibus etiam loquitur Bar. in. l. item si prætor. C. de su. & leg. quem Soci. ibi allegat, adhuc venirent nati, & concepti post mortem, & sicut veniunt concepti post mortem in casu, quo legatum factum posteris; vel descendentibus est purum, & simplex; ita quando est conditionale, debent admitti nati post conditionem, quia vtroque casu dicitur nasci post diem legati cedentem, & sic vtroque casu est eadem ratio. Et licet Socin. ibi loquatur, quando legatum fuit factum descendentibus, tamen idem dicendum est, quan-
5 do relictum † fuit factum proximioribus de familia; quia tunc veniunt omnes in infinitum, Dec. post Per. de Ancha. quem ibi allegat consil. 321. In causa quæ Alexandriæ agitatur col. 2. Nos autem sumus adhuc in casu, in quo fieri deberet restitutio fideicommissi, etiam quod non venirent omnes de familia in infinitum, quia adhuc sumus intra quartum gradum numerandum post personam prohibitam alienari, secundum quod Ang. declarat. in. §. nos autem. authen. de restitu. fideicom.

Secundo moueor ex decisione Paul. de Cast. qui dicit in terminis q. nostram in consi. 17. In causa quę vertitur. col. 3. versic. Nunc venio ad aliam secundum antiquam impressio-

impressionem. Nam ex themate d. consilij clare apparet
6 †quod testator prohibuit alinari uineam, & si fuerit alienata, voluit eā deuenire in filios filiorum. Cōtingit, qđ filius testatoris d. vineam alienauit, & dum esset consultus Pau. de Cast. an nepotes ex illo filio, qui non erant nati, neque concepti tempore testamenti, neque tempore mortis testatoris, neque etiam tempore alienationis, sed secuta d. alienatione, possent ab emptore d. vineam reuocare. Et dicebatur ex parte d. emptoris, quod non, per iura, & rationes supra adductas. Respōdet ibi Pau. de Cast. contrarium; quia secundum eum testator sensit in illo casu de nascituris etiam post testamentum, ex quo d. tempore non extabant adhuc aliqui filij filiorum, ne aliter sua dispositio redderetur inutilis, arg. l. fundus. ff. de fun. instruc. Qua ergo ratione venirent nati post testamentū, & ante alienationem, pari ratione debēt venire nati post alienationem; quia ad omnes natos quandocunque post testamentū habuit testator parem affectionem, ex quo d. tempore testamenti vnum magis non cognouit, quam alium, iux not. in. l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. 1. Et per hoc est respōsum, ad d. l. si cognatus. & ad. l. cum ita. §. in fideicommisso, quia d. casu apparet, quod testator non sensit de nascituris quandocunque. Atque etiam per hoc respondet ad not. per Io. And. in d. rub. de testa. qui vult,
7 quòd † quando legatum est conditionale, honoratus debet esse natus, vel saltem conceptus tempore existentis conditionis; quia hoc posset procedere, quando de contraria mente testatoris non appareret. Et hoc idem clarius repetit Pau. de Cast. in consi. seq. in versi. Item allegatur dicens, quod testator non censetur plus sensisse de illis, qui reperirentur nati tempore alienationis, quàm post, quum ad omnes parem habuerit affectionem. Non obstat etiam dum dicebatur, quod si nasciturì post aliena-
8 tionem venirent, quòd† interim relictum staret in suspenso, contra. l. fi. §. fin. iun. glo. ff. commu. prædio. quia ad istud expresse respondet Pau. de Cast. in consil. sup alleg. in versic. Nunc venio ad alia, dicens, quod loquitur in defectu, qui non speratur cessare, vnde si d. defectus subsistat, tempore, quo dies relicti cedit, inutile redditur relictum, sed defectus non existentium filiorum, vel descendentium non speratur cessare; quia fauorabilis est spes nascendorum, sicut quod quis ab hostibus redeat. Et ideo potest relinqui ei, qui nondum natus est, & licet tempore, quo cedit dies relicti adhuc non sit natus, non proptea redditur relictum inutile, vt patet in. l. duobus. in prin. & fin. ff. de leg. 1. & l. placet. ff. de libe. & posthu. Non debet ergo secundum Pau. de Cast. esse melioris conditionis in hoc relicto facto eis sub conditione, videlicet, si res alienetur, quo tempore scilicet conditionis existentis non erant nati, quam essent in legato facto eis purè, in quo, si tempore quo dies cedit, non essent nati, hoc noceret eis, quum dispositio purificata in omnibus, æquiparetur dispositioni puræ. l. sed & si de sua. §. sed si cum. ff. de acquir. hæred. Non obstat postremo, quòd per alienationem fuit translatum dominium in emptorem; quia non potuit stare in suspenso, & quod ab illo non potuit auferri propter impotentiam testatoris. l. Stichus. ff. de statu li. quia ad istud similiter respondet Pau. de Cast. in loco præalleg. dicens, quod licet istud esset verum, quod dominium translatum esset in emptorem propter non existentiam illorum, ad quos peruenire debebat alienatione facta, quia si extitissent, translatum non fuisset, imò statim alienatio fuisset nulla, ex quo fuit expresse prohibita. l. cum pater. §. libertis & ibi not. glo. ff. de leg. 2. non tamen incongruum est dicere, ꝙ natis postea filiis resoluatur translato non dico, ꝙ ex tunc, ꝙ fingitur retro nō facta, aut isti retro nati, sed vt nunc, sicuti videmus in re, quæ sub conditione subiacet restitutioni fideicommissi, quia prohibetur alienatio per legem, authen. res. C. commu. de lega nam si pendente conditione alienatur, valet interim alienatio; quia non fuit expresse prohibita, sed conditione existente resoluitur, vt ex nunc, & transfertur dominium in eum, in quem testator voluit deuenire, vt not. in. l. seruo. §. 1. ff. de leg. 1. & per Bar. in. d. §. libertis. Nec obstat. d. l. stichus, quia ibi contulit testator per alienationem perfectam, & hic ante, & quando peruenisset ad actum alienationis. Vnde si tunc extitisset persona, ad quā voluit peruenire fuisset impedita alienatio ab ipso initio; sed quia non extabat, dicemus dominium fuisse translatum cum sua causa, vt extantibus postea, vel eis natis resoluitur, quia non potuit filius, qui alienauit, derogare voluntati defuncti, quū d. res alienata subiecta erat quum non debeat esse in potestate hæredis, vt quandocūque conditione existente legatum nō debeatur. l. si quid. ff. de libe. lega. & l. cætera. in. fi. ff. de leg. 1. Prædicta refert, & sequitur præstantissimus, & acutissimus Doctor Car. Rui. consi. 22. Proponitur. 1. ꝙ testator. 2. dub. lib. 2. Non obstat, quod testator disposuerit, quod si hæres alienauerit, alienatio sit ipso facto nulla, & nihilominus amittat d. hæreditatem, & successionem, quæ perueniat ad propinquiorem consanguineum de suo nomine, &
9 suis armis, qui † in tali casu reperietur, & super his vltimis verbis, qui in d. casu reperietur, facit pars aduersa magnum fundamentum; quia respondetur, quod ista verba, qui in d. casu reperietur, non solum debent intelligi, si ꝓximior consanguineus non solum tempore alienationis, sed etiam post alienationem factam reperietur; quia ita est secundum dispositionē iuris communis, vt etiam natus, & conceptus post alienationem factam reuocet fideicommissum relictum proximiori, nam testatoris voluntas debet interpretari secundum dispositionem iuris cōis, ut Bart. scribit in. l. hætedes mei. §. cum ita. col. 2. ff. ad Treb. Et dicit Bal. in. l. præcibus. col. 16. versi. procedo vlterius. C. de impub. quod testator præsumitur velle, quod lex disponit, per. l. si duo. ff. de acqui. hæred. sequitur Alex. consil. 176. Visis narratis in themate. col. 2. versic. Nec obstat prædictis si dicerentur. lib. 7. Item tenet Sal. in auth. itē hæreditas. circa. fin. C. de bon. quę. lib. dicens, quod ita debemus interpretari voluntarem testatoris, vt magis cōformetur legi, & idem etiam dicit Pet. de Ancha. consi. incip. In Christi nomine amen. pro clariori decisione, & Alex. alios adducens in. l. hæredes mei. §. cum ita. col. 5. ver. & per hoc dicit singulariter. ff. ad
10 Trebel. Ostensum est autem superius, quod † vbi testator progreditur ad plures gradus substitutionis, non solum admittituntur ad fideicommissum concepti, & nati tempore mortis testatoris, sed etiam post eius mortem, & similiter est dicendum, quòd nati, & concepti non solum admittuntur tempore euenientis conditionis, sed etiam post eius euentum. Et sic secundum hoc ius debet intelligi voluntas testatoris, vt superius est dictum. Secundo respondetur, quod de mente testatoris videtur fuisse, quod dicta bona prohibita alienari semper manerent in familia, & agnatione sua per illa verba, de eius nomine, & armis, & sup est dictum, & mens in testamentis magis attenditur, quam subtilita verborum, vt inquit Impera. in. l. 3. C. de liber. præteri. & inquit Iurisconś. in l. ex facto. la grande. §. rerum autem Italicarum. ff. de hæredi. institu. quòd voluntas defuncti totum facit, non enim est dare rationem differentiæ, cur magis voluerit testator venire natum, & conceptum proximiore tempote alienationis, quam si idem natus, & cōceptus fuerit post alienationem, cum non habuerit respectum ad personas,
11 sed ad agnationem, & familiam suam, nam† per diuitias, honestas, & dignitas familiarum conseruatur, vt inquit Io. And. in addi. Specu. il rub. de succe. ab intest. col. 2. versic. Est sciendum, quòd Iaco. de Aret. paupertate namq; sordescimus. l. quisquis. ibi in paupertate sordescat. C. ad l. Iul. mai. & dicimus deprimi propter paupertatem, vt in c. si qui testium. in verbo paupertatem depressi. de testi. Et facit illud poeticum

Non facile emergunt, quorum virtutibus obstat,
Res angusta domi.

Et ex hoc colligitur responsio, si obiiciatur, quod in ca-
12 su alienationis † vocatur propinquior consanguineus, qui in tali casu reperietur, nam hæc verba videntur restringere dispositionem testatoris ad casum formaliter expressum, vt tradit notab. Pet. de Ancha. consi. 357. Ex serie testamenti. col. 3. versic. hoc probat; quia respondetur, quòd ista verba non magis comprehendunt casum, quando proximior consanguineus natus, & conceptus est tempore alienationis, quam post alienationem, ex quo testator ad plures gradus substitutionis digressus est vt ostendit illud nomen proximiorem, vt consuluit Pet. de Ancha. consil. 27. Non seruato ordine dubiorum. col. 3. versicu. Post quam igitur propter d. repudiationem, vbi vult tunc non procedere reg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signific. Præterea respondetur, quòd
13 huiusmodi † dictiones taxatiuæ in substitutionibus non

restringunt, vbi constat de cōtraria mente testatoris, quia non excludunt alios casus, in quibus testator censetur idem voluisse, vt per multa ostendit Paris. Doctor. Moder. consi. 50. Ex testamento condito col. 7. versic. Nec obstabunt illa verba à testatore prolata. lib. 3. Ad hoc facit bona glo. in. l. si mora. in verbo, duntaxat. ff. sol. matri. vbi licet tex. ibi dicat maritum teneri duntaxat de dolo, tamen tenetur de lata culpa, quæ assimilatur dolo. Ad idem glos. in. l. ob æs. C. de præd. mino. vbi enim constat de voluntate disponentis, dictiones taxatiuæ ponuntur, vt excludant casus extraneos, & dissimiles; non autem similes, in quibus eadem voluntas, & eadem ratio apparet, vt per Alex. consil. 130. In causa strazarolum. col. 2. versic. Nec obstat, si dicatur, quod statutum. lib. 4. & conuenit cum prædictis verbum Augustini, quod non sermo ni res, sed rei sermo subiectus esse debet, vt habetur in. c. intelligentiam. de verbo. signifi.

Secundo difficultatem facit in casu occurrenti, quod si ratione contrauentionis Don Galzerandi, & aliorum consentientium ius alicui agnato competere potuisset ꝑ reuocatione bonorum alienatorum, illud competiit Dō Gaspari de Atinno qui viuebat tempore d. alienationum, & non d. Don Emanueli, & Don Francisco eius filio nunc agenti, qui non erant in rerum natura, nec concepti tempore d. alienationum, seu contrauentionum, qui quidem Don Gaspar ius d. fideicommissi sibi competēs,
14 licet nondum agniti † transmissit ad eius filios, & descendentes vigore consuetudinis Aragoniæ, quæ vult, vt hæreditas acquiratur ignoranti, sicut & legatum, quæ cum obseruetur, perinde est, ac si de iure sit permissa, potuit enim consuetudo hoc inducere, quoniam quod hæreditas non agnita non transmittatur, est inductum de iure ciuili. l. quoniam sororem. C. de iure delib. Bart. & omnes in. l. ventre. ff. de acqui. hæred. & ius ciuile consuetudine populari abrogari potest. l. de quibus. ff. de. ll. §. ex non scripto. & §. naturalia. Institu. de iur. nat. gen. & ciui. c. fin. de consue. Sed respondetur, quod præmissa non procedunt in casu nostro, in quo d. Don Gaspar fuit indignus beneficio d. dispositionis, & quum spreuerit iustum, & honestum præceptum testatoris, qui disposuit, quod in casu contrauentionis bona sua peruenirent ad propinquiorem consanguineum de nomine, & armis suis, qui quidem teneatur hæreditatem suam acceptare cū conditionibus, de quibus supra, quod minime per d. Ga-
15 sparem gestum est, vnde † sequitur, quod quum illud præceptum non obseruauerit, & tamen erat seruandum, & seruare tenebatur tanquam iustum, & honestum. l. facta. §. sub conditione. & §. si in danda, ibi si vero nominis ferendi conditio. & ibi Bar. & Ang. ff. ad Trebel. & l. hoc iure. §. fi. ff. de dona. omne cōmodum translatum sit in illum, quem in tali casu vocauit testator. l. vnica. vbi Bal. col. 3. in. 5. opposi. C. de his, qui pœn. nom. & certum est, quod qui non implet voluntatem testatoris punitur, & priuatur omni commodo, & emolumento, qđ ei fuerat relictum. l. si quis sepulchrum. §. prætor. ait vers. nisi aliquid. ff. de relig. & sump. fune. l. pen. C. de leg. l. is qui. ff. de vulga. & pupi. l. si si patroni. §. qui fideicommissum versic. sed nec illud translatiuè. ff. ad Trebel. vbi di-
16 citur, Cur † enim non videatur indignus, vt qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex voluntate? per quem tex. dicit Alex. consil. 30. quoniam omne datum optimum. col. 2. versi. Octauo aut comes. lib. 1. quod qui repudiat hæreditatem, tunc videtur indignus omni commodo, quod ex hæreditate, aut successione sua consequi posset. Et ex quo d. Gaspar non impleuit voluntatem defuncti non acceptando hæreditatem, & deferendo arma, & nomen testatoris fecit locum substituto. l. 2. C. de institu. & substitu. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Bar. in. l. pater. fam. circa fin. ff. de hæred. insti-
17 tu. nam † vbicunque institutioni adiecta est conditio potestatiua, excluditur institutus ab hæreditate, si in vita eā non implet, vt est glo. reputata singularis, & comuniter approbata, in. l. si quis instituatur hæres in diem. §. 1. in in verbo, præfinit. ff. de hæred. institu. iuncta. l. suus quoque. §. sed & si filio. & ibi not. Bar. & alij. ff. de hæred. instit. & not. Cyn. in. l. 1. col. fin. versic. Restat modo videre aliquas. & in. l. si pater. 3. q. C. de institu. & substi. sub condi. fac. Bar. in. l. si quis suus. col. 1. versi. Quæro infra quantum tempus. circa fin. ff. de iu. delib. Bar. in. l. hæc conditio. ff. de cōdi. & demon. vbi dicit, ꝙ potest impleri vsque ad vltimum vitæ spiritum. Idem tenet Bal. in. l. si plures col. pen. versi. Quæritur vlterius. C. de condi. inser. & sequitur Alex. consi. 46. In causa, & lite vertente circa princ. lib. 7. Et ꝙ dictum est in Gaspare, idem dicendum est in filiis d. Gasparis, quia etiā ipsi fuerunt defuncti ante impletam conditionem, vt patet ex supradictis. Et non
18 iuuat † aduersarios allegata consuetudo regni Aragoniæ, quod hæreditas non agnita trasmittitur; quia dicendum est, ꝙ d. consuetudo, vbi testator disponit, ꝙ teneatur acceptare hæreditatem vt in casu nostro, non vendicat sibi locum; quia quicquid disponit testator vicem habat legis. §. disponat auth. de nup. non enim ostenditur, quod d. consuetudo loquatur in istis terminis, videlicet, quando testator obligasset hæredem ad accipiendum suam hæ-
19 reditatem, nam † consuetudo de vno casu ad alium extendi non potest; quia consuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus secundum Bal. in c. 1. circa fin. qui feu. da. pos. & dicit Bal. i. l. fi. col. 4. vers. Vnum aliud quæritur. C. commu. vtri. iu. ꝙ consuetudo restringitur per actus, ex quibus inducitur; sicut restringuntur præscriptiones, vt proprios facti terminos non excedant. l. 1. §. Iulianus. ff. de itin. actuque priu. & de hoc videtur esse bonus tex. in. c. 1. ibi qui consuetudine non fit comprehensus. de feu. cogn. vbi Bal. inquit in fin. verbis, quod consuetudo dicitur tacita ciuium conuentio, ideo sicut pactum non extenditur ad aliam rem, vel personam. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. ita nec consuetudo, propterea consuetudo est stricti iuris, nec de potesta-
20 te testatoris ambigendum venit; quia † testator, ꝙ erat transmissibile per per allagatā consuetudinem, potest facere non transmissibile, vt inquit Bald. in. l. si pater. col. pen. q. 4. C. de institu. & substi. sub condi. fac. per tex. in. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demōst.
21 Præterea, quia † d. verba, quod teneatur acceptare hæreditatem meam, sunt valde præcisa, & obligatoria, & ideo ab eis recedi nō potest. l. non aliter. in princ. ff. de leg. 3. quia vbi in verbis non est ambiguitas, non admittitur voluntatis quæstio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. eod. titu. Bar. in. l. in ambiguo. ff. de reo. dubi. Ad quod facit, quia licet legatum acquiratur absenti, & ignoranti ipso iure. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. l. à Titio. in fin. ff. de fur. tamen si legatur alicui, si volet, legatarius nō trāsmittit ad hæredem legatum, nisi antea voluntatem suam declarauerit. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. 1. nā vt ibi inquit Iurisconsultus aliud est, si quid tacite continetur, aliud si verbis exprimatur, ad idem tex. in. l. si expressim ff. de condi. & demon. Sic dicam in proposito, quod licet consuetudo tacite faciat hæreditatem haberi, pro agnita, & ad hæredem transmissibilem; tamen quia testator requirit expresse. quod hæres teneatur acceptare d. hæreditatem, requiritur expressa acceptatio. Præterea respondetur, quod quatenus ipsi Gaspari per contrauentionem Don Galzerandi, & aliorum, qui consenserunt, sit acquisitum ius, illud potuit esse verum durante vita ipsius, &
22 tempore, quo † d. Don Franciscus adhuc non erat in rerum natura, nec conceptus, & sic temporaliter; secus autem secuta Gasparis morte, & sic tempore, quo fuit in humanis actor propinquior testatori, cui per fideicommissum succeditur, & non Gaspari. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pup. & extincto iure datoris, extinguitur ius acceptoris. l. lex vectigali. in prin. ff. de pigno. l. si quis domum. §. 1. ff. loca. l. fin. §. sed quia. C. commu. de leg. c. 1. §. rursus. quib. mod. feu. amit. & c. super. de don. int. vi. & vxo. & sic reuocari potest ab his, qui emerunt bo-
23 na subiecta fideicommisso. Ad † quod etiam bene facit, quod scribit Fulgo. quem ibi sequitur Ias. in. l. quotiens. 1. 2. limit. C. de fideicom. vbi inquit, quod licet res prohibita alienari, alienari possit consentientibus omnibus de familia, tamen hoc procedit, quo ad hoc, vt illi de familia, qui consenserunt reuocare non possint, non quo ad natos ex illis; quia isti possunt reuocare, quum intelligantur omnes de familia non solum præsentes, sed nasci turos. l. si cognatos. ff. de reb. dub. l. peto. §. fratre. ff. de
24 leg. 2. Quod autem attendatur † proximitas testatoris prohibentis alienationem relinquētis propinquioribus d. fideicommis. & non d. Gaspari, probatur firma ratione; quia per fideicommissariam substitutionem succeditur testatori, non autem vltimo defuncto, qui erat grauatus restituere. d. l. cohæred. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil. l. sancimus. §. cum autem. C. ad Trebel. l. vnum ex familia.

milia.§. si de falcidia.ff.de leg.2.& not. Bar.in.l.marcellus.§.quidam liberis.ff.ad Treb. Et recte hoc dicitur, quoniam actus attribuitur ordi a ti, non ei qui exequitur.l.pater ex prouincia.in fin.ff.de manu.vindi.l.item eorum.§.si decuriones.ff.quod cuiusq; vni. nom.tradit Roma. consil. 366. Quæritur nunqui i maiore. circa princ.per text.in.c.super literis.de rescript. Et licet Soci. tenuerit contrarium in.d.l.si cognatis. & in.l.hæredes mei.§. cũ ita.ff.ad Trebel.& consi.86. Visis testamento magnifici. D.Saluatoris. col. pen. & fin.lib.3. concludens spectari non qui proximus esset testatori, sed proxime defuncto, tamen opinionem Socin.improbat Ias.consi.215.Ex valentia ciuitate Catheloniæ.1.dub.lib.2.& consil.159. In præsenti consultatione, in prin.lib.4.Caro.Ruy.col.142. Viso per lecto testamento.col.6.lib.3.& Rube. Alex. in repet.§. quidam recte.l.gallus.ff.de libe. & posthu. vbi ad argumenta Soci.in locis prædictis late respondent.

Tertio oritur difficultas, quia testator dixit, quòd d.
25 posthumus, aut quilibet alius hæres, † aut successor meus non possit vendere, alienare, aut transferre d. loca, aut aliqua eorum, & si hoc faciet, &c. Et testator instituit primo loco posthumum, & ei substituit Galzerandum fratrem, Vnde quum d. posthumus, qui primo loco fuerat scriptus non alienauerit, sed dict. Galzerandus frater substitutus, videtur, quod non euenerit casus, in quo testator prohibuerit alienationem, quia d. posthumus, qui non fuit natus, non alienauit, sed d.Galzerandus, & licet hæres heredis dicatur esse primi testatori hæres, tamen hoc nõ procedit, vbi additum est pronomen meus, quia tunc testator non videtur sensisse de hærede heredis, vt scribit Oldra.cõsi.21. Thema tale est, testator habebat fratrem.per text. in.l.si ita.ff.de au. & arg. leg. sequitur Ias. in.l.si quis filium col. pen. ff.de acquir. hæred. Ista obiectio, super qua se fundant aduersarij, est fragilis, nec debuit allegari; quia dum testator dicit, quod d. posthumus, aut quilibet hæres, vel successor meus alienauerit, aperte sensit non solum de posthumo alienante, sed etiã de alio hærede, & iste alius hæres non potest esse alius, quam d.Galzerandus alienans, qui fuit substitutus d.pupillo per substitutionem vulgarem, per quam dicitur esse primus hæres testatoris nulla intermedia persona. Instit.
26 de pup.substi.in princ.& † ponderanda est etiam illa disiunctiua, aut, quæ sensum, & verba disiungit, vt per Bar. in.l. si is qui ducenta.§. vtrum. col. 3.6. oppo. ff.de reb. dub. Et sic ex quo d.Galzerandus primus hæres alienauit, cessat difficultas, quæ fiebat de pronomine meus, quia d.Galzerandus fuit primus hæres, & de eo sensit testator,
27 & est tutissima responsio. Præterea testator dixit quilibet hæres meus, & sic sentit de omni hærede, nam illa dictio quilibet, est dictio vniuersalis distributiua, & in hoc non differt a dictione omnis, nisi quod dictio omnis distribuit collectiue, dictio quilibet distribuit actum in quemlibet separatim, vt tradit Bar. in.l.non distinguimus.§. cum in plures. per illum tex. ff.de arbi.& in.l.hoc articulo.col.2.de hæred.instit. Et vbi apponitur dictio omnis, veniunt etiam ea, quæ alias non venirent. l.Iulianus. in princ. ff.de leg.3.l.a procuratore.C.manda.c.3.de obser. ieiu. Vnde etiam quod hæres hæredis esset impropriè hæres testatoris, ex quo ei succeditur per mediam personã, cuius contrarium tamen tenet Bal.in.l.fin.1.limit.C.de hæred.instit. & latius prosequitur Ias. in.d.l.si quis filium.§.fin.adhuc comprehenderetur hæres hæredis propter dictionem vniuersalem appositam, de cuius natura est nihil excipere, præsertim quum sub impropria significatione vocabuli possit comprehendi. Ad quod facit, quod Bal.scribit in.c.in præsentia.col.7.de proba.vbi vult, quod
28 † licet in feudo, vel emphiteusi ecclesiastica appellatione hæredis non veniant nisi descendentes, iuxta id, quod habetur in.c.2.de aliena. feu. tamen hoc non procedit, quando sit dictum pro se, & omnibus hæredibus; quia tunc per illam dictionem omnibus, apparet mentem cõcedentis fuisse, vt comprehendatur etiam alij, sequitur Alex.consi.195. perspectis instrumentis. col.3. versicu. Vnde dicit.lib.6.Apertissime etiam constat de intentione testatoris, quod voluit comprehendi in hac prohibitione alienationis etiam hæredes hæredum, attento, quod casu quo in casu alienationis peruenirent ad proximiorem, voluit, quod ille proximior, ad quem peruenirent d.bona hæreditaria, teneatur acceptare d. hæreditatem cum eadem conditione, scilicet de non alienando d.bona. Et clarum est, quòd mens testatoris debet attendi etiam contra verborum naturam, modo de ea appareat, quia tunc intelligitur plus dictum, & minus scriptum.l.si alij.ff.de vsufru. leg. l.si mater. C. de insti. & substi.l.Titius.§.Lucius.ff.de libe. & posthu. cum aliis pluribus vulga.adductis per Ias. in.l.3.C.de libe. præte.
29 Et magis in specie facit, quia † vbi testator facit mentionem de bonis meis, non intelliguntur venire nisi bona, quæ ad testatorem spectabant iure dominij, & quæ per eum poterat vendicari.l. quintus.§. argento. ff.de au. & arg.leg.& hoc propter illam dictionem mea, tamen hoc non procedit, vbi testator legasset omnes seruos meos, vel omnia bona mea; quia tunc veniunt non solum, quæ erant in dominio testatoris, sed etiam ea, quæ de facto, & non de iure tenebantur, vt Bal.scribit in rubri.de verbo.signifi.in.5.q. Et dicit Bal.in.l.1.versic.vltimo not.
30 ff.de sta.homi.quod † si in vniuersali dispositione apponitur dictio mea, non restringit illa dictio vniuersale dispositum, hic autem testator locutus est vniuersaliter per illam dictionem quilibet, vnde illud pro nomen hæres meus, non habet restringere illam vniuersalem locutionem. Et his concludo ferendam esse sententiam in fauorem dicti Illustris. Don Francisci agentis, cum quo stat intentio testatoris, qui voluit propter honorem, & dignitatem familiæ suæ bona non posse alienari, sed in eadem familia perpetuo permanere, & hoc potissimum spectare habent, quibus iudicandi munus incumbit. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Possessoris maximum commodum.*
2 *Substitutio fieri potest in contractibus.*
3 *Verba, tunc, & eo casu stant taxatiuè, & restringunt præcise dispositionem ad casum expressum.*
4 *Substitutio concepta per verba tunc, & eo casu, non extenditur ad alium similem casum.*
5 *Relatiuũ iũctũ verbo futuri tẽporis, veluti si dicatur totũ id, quod dabunt, aut relinquent, importat conditionẽ distributiuè, & interpretantur, si & quatenus dabũt, aut relinquẽt huiusmodi verba.*
9 *Dispositio conditionalis, cessat nõ impleta cõditione.*
7 *Cõditionale quid vbi deducitur in iudicio, debet cõditio liquidari, quod impleta sit ẽt quod cõditio sit tacita, quia impedit actionis natiuitatem, sicut expressa.*
8 *Relatiuum quis, vel qui, licet sit relatiuũ substãtiæ, non tamen ad solam substantiam sui antecedentis; sed ad oẽs qualitates conditiones, modos, & tẽpora, ad quæ disponens se refert, habet relationem.*
9 *Descendentiũ appellatione veniunt masculi, & fœminæ nisi materia aliud patiatur, vt in successione feudi, primogenituræ, maioricatus, & dignitatis.*
10 *Filij appellatione licet veniant masculi, & feminæ tñ secus in materia feudali; quia tunc feminæ non comprehenduntur.*
11 *Hæredis appellatio in feudalibus fœminas non cõplectitur, licet sit secus in successione allodialium.*
12 *Feudatarius habens facultatem disponendi de feudo, de illo põt disponere in feminã agnatam secus in cognatam.*
13 *Prohibit' alienare extra familiã, potest alienare in eius filiam quum sit de agnatione, sicut pater ipse prohibitus.*
14 *Dispositio.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.habet etiam locum in contractibus.*
15 *Obseruari non debet non obseruanti contenta in cõtractu, etiam quod sit adiecta clausula, quæ pœna soluta, vel non, pactum firmum remaneat.*

16 *Donatio post mortē donātis collata, fit caduca, et nulla donatario ꝓdecedēte, & vbi fit sub duplici cōditione, altera nō īpleta deficit donatio, ut nu. 19.*
17 *Verba non sortiatur effectum, & non habet locum, posita in aliqua dispositione, important actus nullitatem ipso iure.*
18 *Verba, non aliter, nec alio modo habent vim conditionis, et inducūt formā specifica, nec recipiūt aliū intellectū, uel modificationē separatā a uerbis.*
19 *Dispositū vbi est cōceptū sub duplici cōditione, vna non impleta effectū nō consequitur, et sub nn. 24.*
20 *Hæredem habere dici non potest, qui adhuc viuit.*
21 *Verbum succedat, denotat executionē dispositionis, scilicet, quod cum effectu in bonis successerit.*
22 *Verba, si hæres erit, intelligūtur de eo, qui adiuerit hæreditatem, non de eo, qui fuerit scriptus hæres.*
23 *Hæres quis esse non dicitur, nisi testamentum sit aditione confirmatum.*
24 *Verbum habere, importat dominium, & intelligitur cum effectu.*
25 *Conditio merè voluntaria non extenditur ad similem casum; & quare.*
26 *Substitutus primo loco, si moriatur ante primum grauatum non impleta conditione priori substitutioni apposita, an locum faciat secūdo substitutio, per. l. quamdiu. vlt. ff. de acq. hære. & nu. 28.*
27 *Substitutionis primo gradu perempto propter non verificationem conditionis, an vocetur ad fideicommissum secundo, vel tertio substitutus.*
28 *Interpretatio latior est facienda in vltimis voluntatibus, quam in contractibus; & quare.*
30 *Filiorum appellatio in contractibus non comprehendit filiam; secus in vltimis voluntatibus.*
31 *Emphyteosis concessa pro se, & filijs non transit ad fœminas.*
32 *Contractus non recipiunt interpretationem amplificatiuam, sed arctatiuam; etiā si sine ea promissio stare non posset, & quicquid est omissum in contractibus, censetur omissum.*
33 *Femina semel exclusa à successione feudi, in perpetuum censetur exclusa, in tantum quod nullo existente de descendētia, vel agnatione masculo, et nō admitteretur; quia habetur ꝑ mortua. & nu. 35.*
34 *Exclusus semel ab alio, etiam illo mortuo perseuerat exclusus.*
36 *Donatio causa mortis participat, & de contractu, & de vltima voluntate.*
Baronia, & maioricatus feudis regalibus æquiparatur, vt sub. nu. 35.
37 *Cōtractus innominati regulātur secūdum naturam cōtractuū nominatorū, quibus magis assimilātur.*
38 *Feudum, vbi ex constitutione regni disponitur, qd̓ maior præferatur minori, & masculus fœminæ, semper defertur masculo etiam in dispari gradu existenti, & minori natu exclusa femina.*
39 *Baronia. Fœmina extante masculo etiam in remotiori gradu in baronia non succedit, ad instar feudalium bonorum.*
45 *Contractus principalis vbi annullatur, omnes clausulæ accessoriæ, in eo contentæ pariter corruunt.*
41 *Nepos existens in tertio gradu, an, & quando excludat amitā positā in gradu ꝓpinquiori. et nu. 43.*
42 *Familia nō ꝑ fœminas; sed per masculos cōseruatur.*

CONSILIVM DCLXXVI.



IN causa ex Hispania transmissa viso, & diligenter inspecto themate, & facti contingentia, & dubijs elicitis, nec non visis, & diligenter quoque consideratis allegationibus editis in fauorem Illustr. D. Annæ de Alagon per præstantissimos Iuriscon. D. Antonium Labatam, Martinum Azpilcuetam, Barnabam Serram, & licentiam de Leone, & rursus alijs allegationibus editis per præstantissimum Iuriscon. D. Carolum de la Croce de Morales in fauorem Illustrissimi D. Don Artaldi de Alagon Comitis de Sastago, & Illustrissimi Don Petri de Alagon fratris. Nec non perspectis, & consideratis diligenter votis Illustrium D. Iudicum cum eorū motiuis, quorum duo in fauorem Illustrissimæ D. Annę actricis, tres autem in fauorem d. Illustrium Don Artaldi, & Dō Petri reorum conuentorum notauerunt, & ita iustitia Aragonum de voto maioris partis prædictos Don Artaldum, & Petrum absoluit, requisitus, vt meam sententiam promam quę nam partium iustiorem foueat causam, dico videri rectè iudicatum pro d. Don Artaldo, &
1 Petro fratribus, attento, quod † sumus in regula, quod actore non probante reus absoluitur, etiam si nihil præstiterit, c. 1. in fin. vt ecclesi. bene. l. qui accusare. C. de eden. l. fin. C. de rei vendi. ius enim metimur ex persona actoris, vt inquit Iuriscon. in l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. & istud est magnum commodum possessoris, quod etiam si eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit rem suam esse probare, remanet in suo loco possessorio, propter quam causam, quum obscura sunt vtriusque partis iura, contra petitorem iudicari solet, secundum quod scribit Impera. in §. commodum. Instit. de interdi. quod autem d. D. Anna de Alagon non pro-
2 bauerit intentionem suam ostenditur, nam licet † substitutio possit fieri etiam in contractibus. l. quotiens. C. de dona. sub. mod. l. vt hæredibus. ff. de leg. 2. Bal. consil. 249. Verbis inuestituræ sic dicunt col. 2. lib. 2. tamen ex nulla d. substitutionum venire potest per locum à sufficienti partium enumeratione. Nam aut ipsa Illustrissima D. Anna vult se fundare in primis capitulis, & vinculis celebratis de anno. 1511. die. 27. Nouembris in Illustrem Don Blasium de Alagon Comitem de Sastago, & D. Annam de Spes eius coniugem, cum Illustribus. q. Raymondo de Spes, & Isabella Fabra eius vxore, quod defficiente D. Raymondo sine filijs masculis, & moriente D. Isabella de Spes eius filia primo genita sine filis legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis, qd̓ omne illud, quod d. Raymondus, & Isabella Fabra donauerunt, aut donabunt d. D. Isabellæ filiæ eorum primogenituræ in contemplationem sui matrimonij, & totum illud, quod quouis titulo haberet, seu acquireret à d. Raymondo eius patre, seu d. patre ei relinqueret, aut daret, dumtamen essent bona, seu loca sedentia, & illis succederet vt primogenita, quòd in defectu filiorum, vt dictum est, vinculabant, prout tenore d. capituli vinculant in d. casu d. D. Annę de Spes secundo genitæ, & eius descendentium; & non potest, quum nihil reperiatur donatum d. D. Isabellæ primogenitæ, vel alio modo relictum, sequitur, quod d. dispositio tanquam limitata ad hunc casum, limitatum, debet producere effectum, sic vt vlterius non extendatur. l. in agris. ff. de acquiren. rer. dom. l. si mater. §. eadem. & l. cum quæritur. ff. de re iud. Vlterius dicitur, quod dispositio contrahentium non habet locum nisi id, quod est, non autem ad id, quod non fuit, nec est, quia nō entis nullæ sunt qualitates. c. ad dissoluēdum. de despon. impu. lib. 6. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. Cum igitur in casu nostro aliquid non fuerit donatum, vel relictum, sequitur, quod dispositio ipsa contrahentium, seu d. vinculum locum habere non pos-
3 sit per prædicta. Et tanto fortius hoc † procedit in casu nostro stantibus illis verbis eo casu, quæ restringunt præcisè dispositionem ad casum expressum, vt tradit Petr. de Ancha. consi. 357. Ex serie testamenti colligitur col. 3. versic. Tertio hoc probatur, & idem in simili casu Roma. scribit consi. 131. prima dubitatio versicu. secundo illud idem probatur. & consi. 13. † Noua superuenit, versi. secundo quia testator. Et idem etiam dicit Socin. de istis
4 dictionibus tunc, & eo casu, vt sint taxatiuè, ita † quod substi-

substitutio non extendatur ad alium similem casum, quũ
de natura dictionum taxatiuarum sit excludere alios ca-
sus præter inclusum, consi.259. Visis, & consideratis col.
3. versi. Confirmantur præmissa, lib. 2. Confirmantur
adhuc præmissa, quia dum prædicti Don Raymondus de
5 Spes, & Isabella Fabra vinculant totum id, quod † dede-
runt, aut dabunt Elisabetæ de Spes, & totum id, quod ipsa
ab eis quocunque titulo habuerit, vel d. Don Raymon-
dus ei reliquerit, aut dederit, hæc omnia verba important
conditionem, cum sint iuncta cum relatiuo; quia dicitur
totum id, quod &c. & interpretari debent, si, & quatenus
d. Don Raymondus, & Isabella dabunt, & relinquent;
quia hoc importat relatiuum iunctum, verbo futuri tem-
poris. l. Stichum, qui meus erit, & ibi Bar. & omnes. ff.
de leg. 1. l. nuper. in fin. ff. de lega. 2. Et Bar. in. l. inter sti-
pulantem. §. sacram. col. 3. versic. venio. ff. de verb. oblig.
& in. l. 1. 9. q. ff. de iu. codi. Ad idem text. in. l. si debitor.
§. verisimile. ff. de cõtrahen. emp. quem tex. not. ibi Bar.
ad hoc, quod relatiuum iunctum verbo futuri temporis,
vel quod habeat vim futuri temporis, facit conditionem,
& non collectiuè, sed distributiuè, ac si dictum fuisset
quatenus. Sed d. Raymondus, & Isabella Fabra nihil do-
narunt postea d. Isabellæ filiæ eorum primogenitæ in se-
cundis pactis matrimonialibus, nisi sub conditione, si ipsa
superuiueret parentibus, & post mortem eorum, quæ cõ-
6 ditio non extitit, & † dispositio conditionalis cessat, nõ
impleta conditione. l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. l.
hæc venditio. in prin. ff. de contrahen. emptio. l. necessa-
rio. §. quod si pendente. ff. de pecu. & commu. rei. vendi.
7 nam † quando aliquid cõditionale deducitur in iudicio,
debet conditio liquidari, quod impleta sit, vt not. Bal.
in. l. si quidem. col. fin. per illum tex. in verbo extitisse.
C. de excep. allegat tex. in. l. hoc iure. ff. de verbo. oblig.
Ad idem tex. in. l. ita stipulatus. §. quod si ab initio. ff. de
verbo. oblig. Et posito, quod prædicta conditio de dãdo
esset tacita, sicuti quidam voluerunt, tamen ista conditio
impedit natiuitatem actionis sicut expressa, vt not. in. l.
item quia. in prin. ff. de pac. & in. l. interdum. ff. de verb.
oblig. Nec dicatur, quòd prædicti D. Raymondus, & Isa
bella non potuerunt apponere conditiones; quia hoc fa-
cilè diceretur, nam si poterant non donare, potuerunt et
apponere conditiones donationi, quoniam cum licet, ꝙ
plus est vtique licet etiam, quod est minus. c. cum licet. de
8 reg. iur. in. 6. l. non debet. ff. eo. tit. Et † hoc bene compro
batur ex his, quæ scribit Pau. de Cast. consi. 283. Visis, &
ponderatis d. ordinamentis, col. 7. versic. his iuris. libr. 1.
secundum nouissimam impressionem, vbi dicit, quod li-
cet relatiuum quis, vel qui, sit relatiuum substantiæ, non
tamen facit relationem ad solam substantiam sui antece-
dentis, sed ad omnes conditiones, qualitates, modos, &
tempora, ad quæ disponens se refert, per tex. optimum in
l. à filio. §. testator. ff. de aliena. & cib. leg. Et ideo consul
uit ibi Pau. de Cast. ꝙ quum in pactis diceretur, ꝙ ille de
San. Geminiano potiantur officijs, quibus gaudent, seu
gaudebunt, & potiri poterunt veri, & originarij ciues
Florentini, illa verba, quibus gaudebunt, & potiri pote-
runt, debent intelligi secundum modos, cõditiones, qua-
litates, & tempora, quibus gaudebant originarii Floren-
tini, perinde, ac si dictio quemadmodum, ibi expresse ap-
posita fuisset. Sic in casu isto dicendum venit, quòd illa
verba, quæ donabuntur, accipiantur, quæ, & quemadmo
dum donabuntur. Ad idem bonus tex. in. l. scribit Quin
tus Mutius. §. fin. ff. de au. & argen. leg. quem tex. benè ad
propositum ponderauit præstantissimus D. Carolus de
S. Cruce patronus causæ, vbi si testator legauit omne au-
rum, quod vxoris causa paratum erit, & deinceps librã
auri alienauerit, non debetur vxori indistinctè, quod alie
natum fuerit, si ergo quod alienatũ est, non debetur, mul
to magis in casu nostro potuerunt donantes apponere
conditiones donationi, quas voluerunt, quæ rem suspen
derunt in incertum euentum. Nec dici etiã potest, quod
maritus D. Annæ fuerit deceptus pp appositionem d. con
ditionum, quia nihil purè fuit promissum, sed sub condi-
tione omnia, & sicuti prædictus maritus d. Annæ, si su-
peruixisset d. Isabella primogenita post mortem, & ad eũ
peruenissent prædicta bona, & decississet cum liberis ex
legitimo matrimonio procreatis, nihil prædictus mari-
tus consecutus fuisset; quia ita conuentũ extitit inter par-
tes, quod eo in casu nihil haberet, ita dicendum est, quod
d. maritus voluit se ponere in casum incertum, in quo d.

Raymondus, & Isabella Fabra nihil donarent d. Isabellæ
primogenitæ, vel sub conditione donarent, & perinde
est, ac si iactum retis emisset, & nihil vel parum cœpisset
l. si iactum. ff. de actio. emp. Vlterius dicitur, quod etiã
posito, sed non concesso, quod aliquid esset donatum,
relictum, & datum quon. D. Isabellę de Spes filiæ pri-
mogenitæ Don Raymondi, & Isabellæ eius parentum,
quod tamen d. D. Anna de Alagon aspirare non potest
ad ipsa bona, & sic ad Baronias de Spes, & Alphaiarin,
9 etiam quod sit de descendẽtibus D. Annæ de Spes, † quo
niam, & si appellatione descendentium regulariter ve-
niant masculi, & fœminæ. l. fin. C. de su. & l. cognoscere.
§. fin. ff. de verb. signi. tamen istud procedit, nisi materia
aliud patiatur, prout in casu nostro, in quo sumus in Ba-
ronia, quæ assimilatur feudo, vt infra dicam, & vult hoc
in terminis Paris. doctor modernus consi. 22. Ad veram
resolutionem col. 5. vbi inquit, quod licet appellatione
descendentium veniant masculi, & fœminæ regulariter,
tamen in successione primogenituræ, & dignitatis, & in
successione maioritatus sapientis successionem feudalẽ,
descendentes debent esse masculi, & non fœminæ, cum
præsens successio bonorum sit redacta ad instar succession
nis feudalis, à qua prorsus fœminæ excluduntur, & ad-
mittuntur transuersales masculi. Pro quo facit, quia vi-
10 demus in simili, quod † & si regulariter appellatione filij
veniant fœminæ. l. si ita scriptum. in prin. ff. de leg. 1. &
in. l. si quis ita. ff. de testa. tute. tamen in materia feudali
appellatione filij non venit fœmina, sed masculus. c. 1.
in prin. de feu. fœm. c. 1. §. quinetiam. episcop. vel Abb.
11 Item † licet appellatione hæredum veniant, tam mascu-
li, quam fœminæ. §. 1. authen. de hæred. quæ ab inte. l. hę
redis appellatione. ff. de verbo. sig. tamen in materia feu-
dali intelligitur tantum de masculo. c. 1. §. si clientulus.
de aliena. feu. glo. in. c. 1. §. similiter. de cap. Contra. Sic
ergo dicendum in casu nostro, vbi agitur de successione
Baroniarum, quæ assimilantur feudis, & tanto magis
in istis Baroniis; quia in eis non omnis masculus, sed
tantum primogenitus succedit. c. licet. de vot. Nec habet
obstare, si dicatur, quod si contrahentes voluerunt, quod
decedẽte. D. Isabella de Spes filia primogenita, sine filiis
masculis, d. Anna de Spes secundo genita succederet, in d.
Baronijs, vtique etiam voluerunt, ꝙ filia illius, & sic D.
Anna de Alagon nunc agens admitteretur; quia respon-
12 detur † maximam fore differentiam inter vnum casum,
& alium, posito quod de Baroniis possent disponere,
quia in primo casu agitur de successione agnatarum, &
in successione cognatarum, quo casu, quando non
concurrit nisi qualitas, quia agnata, sed fœmina, nemini
dubium est, quod habens facultatem disponendi de feu-
do, potest de illo disponere in fœminam agnatam, vt per
Ruy. consi. 16. Circa casum, de quo quæritur. col. 2. lib. 1.
per id, quod not. Bal. in. c. 1. §. donare, qua. l. olim feu.
pot. alie. Pro quo facit, quod scribit Alex. consi. 35. Pon
13 deratis his, quæ in themate. col. 2. lib. 3. quod † prohi-
bitus alienare extra familiam, potest alienare in filiam
ipsius prohibiti, quia est de agnatione sicut pater suus. l.
pronuntiatio. ff. de verbo. signifi. & Institu. de legi. agna.
succes. in prin. Præterea si verum esset, quod in casu præ-
senti appellatione descendentium venirent masculi, &
fœminæ, sequeretur absurdum, videlicet, quod stante pa
cto apposito in d. vinculo, quod si venirent d. bona in
D. Annam de Spes, vel eius descendentes, quòd filius se
cundo genitus d. D. Annæ mortua eius matre, habeat, &
succedat in d. bonis deferendo cognomen, & arma de
Spes sine mixtura aliqua, quod in secundo genitus esset
fœmina, & cæteri filij masculi, quod fœmina deberet suc
cedere, & non alij masculi, quod esset absurdum dicere, &
quæ absurditas omnino est euitanda. l. non absurdum. ff.
de ope. lib. nam si consideretur voluntas cõtrahentium,
14 quæ † attendi debet. l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poss. ibi,
& cum sit iustum voluntates contrahentium magis, quã
verborum conceptionem inspicere glo. in. l. si in vendi-
tione. C. commu. prędi. nemini dubium est, quòd volun-
tas paciscentium fuerit prouidere de masculis, & non de
fœminis in successione d. Baroniarum, nam si d. contra-
hentes fuissent de hoc interrogati, vtiq; verisimiliter est,
quod respondissent hanc fuisse eorum intentionem, qđ
equidem attendi debet. l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. quę
habet etiam locum in cõtractibus, secundum Bal. ibi. Vl-
terius inter paciscentes actum est, & conuentum, quod

pacta dotalia tempore matrimonij celebrandi inter D. Annam de Spes, & Dō Blasium de Alagon comitem de Sastago. quod d. pacta ratificantur, vt constat ex illis, verbis, & laudent, & de nouo firment præsentia pacta dotalia, & omnia in eis contenta iuxta illorum seriem, & tenorem, ad quod teneantur, & obligati existant Don Blasius de Alagon auus, & nepos, sub pęna periurij; & alijs pœnis pecuniariis arbitrio D. Regis. Quæ quidem ratificatio non fuit subsequuta, vnde quum non fecerint d.
15 auus, & nepos ratificationem præmissam, sequitur † qđ qui non fecit, quod debuit, non consequitur, quod oportet, glo. in l. si non fuerit. ff. de iureiu. l. si in emptione. §. item si emptor. ff. de actio. emp. sic & frustra petit, qui, ꝙ debet, non impedit. c. frustra de reg. iur. in 6. nam quis non tenetur obseruare conuenta, quādo altera pars prius contrauenit. l. si quis maior. vbi no. omnes. C. de transac. & in c. peruenit. de iureiu. quod ampliatur procedere etiā si sit adiecta clausula, quod etiam pœna commissa, vel soluta pactum remaneat firmum; quia talis clausula non prodest non obseruanti. l. cum pater. §. libertis. vbi Bart. ff. de leg. 2. Vnde ex his sequitur, quod sicut Don Blasius propter d. conuentionem non potuisset se iuuare d. vinculo, ita nec d. D. Anna de Bradaxi filia d. Dō Blasij, & D. Annæ de Spes. Nec obstat, quod adducitur per nōnullos consulentes in fauorem d. D. Annæ, quod satis dicitur esse facta ratificatio d. pactorum per matrimoniū celebratum inter d. Don Blasium, & D. Annam de Spes; quia respondetur insulsam esse hanc considerationem, quoniam quum partes voluerint tempore matrimonii sequi ratificationem d. Don. Blasij, non potest dici, quod ex ipso matrimonio voluerint intelligi ratificationem esse secutam. Et hæc dicta sin quo ad primā substitutionē.

Sin autem vult facere fundamentum in pactis dotalibus Comitis Ricapurtiæ, & D. Isabellæ de Spes gestis, & factis ī ciuitate Lucroni, sub die. 18. Octobris. ann. 1512. vbi inter d. iugales, & Don Raymondum de Spes conuētum fuit, quòd si D. Isabella de Spes decederet sine aliquibus filijs suis matrimonij, & descendentibus ex eis legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis d. casu d. bona videlicet Baronia, Castra, & loca de Spes, & Alpharar in depean venire, & perueniant in alias sorores d. D. Isabellæ de maiori in maiorem, & in descendentes earum legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos de maiori in maiorem, præferendo masculos fœminis in paritate gradus de vno in alium, seruato inter eos ordine primogenituræ, cum hoc, quòd qui succedit in d. bonis debeat deferre, & deferat cognomen, & arma de Spes sine aliqua mixtura; quia aduertendum est, quod donatio facta de d. Baroniis, villis, castris d. D. Isabellæ de Spes,
16 ꝙ eius filijs, & † descendentibus fuit collata post mortem d. Don Raymondi de Spes, & D. Isabellæ Fabra cōiugum, & cuiuslibet eorum, & sine filiis masculis, vel sine descendentibus legitimis, & de legitimo matrimonio procreatis, quo casu cum ipsa D. Isabella mortua fuerit ante decessum eius parentum, donatio ipsa effecta fuit caduca, & per consequens nulla. l. non putauit. §. à primo. ff. de bono. pos. contra tab. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. toll. §. 1. Institut. quib. mo. testa. infir. Vlterius dicitur, quod d. donatio non fuit sortita effectum, nec locum sibi vendicauit; quia effectum fuit inter ipsas partes, quod si d. D. Isabella de Spes decederet sine filijs, vel sui filij minores ætate quatuordecim annorum, quod d. donatio non sortiatur effectum, nec habeat locum, & quod d. Don Raymondus de Spes, & Isabella Fabra coniuges, in vita, & in morte possint ordinare, & disponere de d. bonis in d. casu cum illis vinculis, & conditionibus eis bene visis, prout per vnumquemlibet ipsorum coniugū fuit dispositum, & ordinatum, vt infra dicetur, quo casu stantibus præmissis clarissima resultat conclusio, ꝙ d. D. Anna de Alagon nullo modo potest se iuuare de d. pactis dotalibus celebratis inter ipsas partes; quia donatio ipsa fuit resoluta perinde, ac si nunquam fuisset celebrata, cōtractus enim ex partium conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. c. contractus. de reg. iur. in 6.
17 nam † ponderanda sunt illa verba, quod donatio non sortiatur effectum, quæ verba idem important, ac si dictum fuisset, quòd donatio ipsa nullius sit efficatiæ, & valoris, quæ important nullitatem ipso iure. l. non dubiū. in fin. C. de ll. l. cum hi. §. si in annos. ff. de transact. Et tanto magis id dicendum propter illa verba sequentia,

nec habeat locum, quæ virtute geminationis, multò magis operantur resolutionem ipsius donationis, iuxta
18 l. balista. ff. ad Trebel. Item propter illa † verba, non aliter, nec alio modo, quæ habent vim conditionis, & inducunt formam specificam, & non recipiunt alium intellectum, & modificationem separatam a verbis, vt Alex. scribit consi. 3. Viso instrumento. col. 2. lib. 1. per no. per glo. in l. si quidem, quam ibi Bal. valde no. de excep. & in c. 1. §. denique. col. fin. versi. Sed pone pater, quæ sub prima cau. bene amit. Præterea considerandū est, quod
19 sub † duplici conditione donatio fuit facta d. Isabellæ, videlicet, quatenus superuiueret parentibus, item quod succederet in d. Baronijs vt primogenita, & vtraque conditio debuit impleri; quia vna deficiente non est locus dispositioni. l. si hæred. plures. ff. de condi. instit. §. si plures. Instit. de hęred. instit. l. si qs ita stipulat⁹ fuerit decē. ff. de verb. obl. gl. in cle. in plerisq;. in verbo, & populo. de elect. Petr. de Anch. cōsi. 266. Iste magister. circa fi. Sed in occurenti casu d. Isabella decessit ante parētes, & parētes illi superuixerunt, & non potuit succedere in d. bonis, ꝙ
20 † fuit positum in conditione; quia viuens non habet hæredem. l. quidam. §. 1. ff. de dona. l. fi. C. de pac. l. ex eo. ff. de inuti. stipu. Et licet aduocati D. Annæ dicant, quòd illud verbum succedat intelligatur de successione in spe,
21 tamen est nugatoria responsio; quia † verbum succedat, dēnotat executionem, & per consequens requiritur, qđ successerit cum effectu in bonis, & ita de verbo succedat, ponit Bar. in l. centurio. post med. versi. Quæro circa prædicta dixi, ꝙ si ista substitutio. ff. de vulga. cum alijs concor. adductis per Alex. consi. 1. Perspectis verbis testa.
22 col. 3. versi. Confirmantur ex his. lib. 1. vbi † idem dicit de verbo, si hæres erit, vt intelligatur de eo, qui adiuerit hæreditatem, non autem intelligatur, si talis fuerit scriptus hæres, per authoritates ibi per eum alleg. Idem tradit Dec. in l. hæredem in fin. ff. de reg. iur. & vltra eos idem ponit. Bar. in l. qui plures. ff. de vulga. & pupillari ꝯ tam l. si tu ex parte. ff. de acqui. hæred. Et facit, quod scribit Bal. in l. fi. in princ. C. si pend. apel. mors interue. vbi in-
23 quit, quod † hæres non dicitur quis, antequam testamentum sit aditione confirmatum, vt. l. si seruus communis Meuij. in prin. ff. de stip. seruo. Et hoc confirmatur ex alijs verbis ibi positis. Et quæ d. Isabella habebit, nam
24 † illum verbum habere, important dominium, & intelligitur cum effectu. l. habere. ff. de verbo. signi. & l. stipulatio istā §. habere. ff. de verbo. oblig. Sed circa hoc non opus est insistere; quia illud est indubitatum, quod d. Isabella primogenita decessit ante mortem parentum, vnde sufficit quod ista sola conditio defecerit, vt fideicommisso non sit locus per supradicta. Nec iuuat dicere id, quod affert vnus D. iudicum, qui pro parte contraria votum dedit, dicens se non videre differentiā quare magis, prædictus Raymondus, & Isabella Fabra voluerint in defectū filiorum, si superuiueret parentibus transire bona ad d. D. Annam, quam si in vita eorum decederet, est enim hęc
25 fragilis consideratio; quia † in conditionibus merè voluntarijs non fit extensio ad similem casum, quum disponens non considerauerit de effectu; sed de forma specifica, quæ venit secundum illum modum adimplenda, vt inquit Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 2. versic. Contra hoc oppo. ff. de lib. & posth. per text. in l. qui hæredi. in prin. & l. Meuius. ff. de cond. & demon. cuius doctrina ibi communiter approbatur per Scrib. Non obstat etiam si diceretur, quòd posito, ꝙ Isabella non successisset; quia mortua est viuis parentibus, & sic posito quod donatio facta d. Isabellæ haberetur pro non facta, & scripta à principio quo ad d. Isabellam, tamen bona remanserunt subiecta vinculo, & substitutioni factæ in fauorem d. Do. Annæ, per tex. in l. vnica. §. 1. C. de cadu. tol. & in l. & qui in mortis. ff. de dona. cau. mor. Bart. in l. vlt. ff. de
26 acqui. hæred. qua † communiter dicitur, quod etiam si primus substitutus moriatur ante primum grauatum, & conditio suæ substitutionis defecerit, etiam ea mortuo ante grauatum, vbi superexistentia eiusdem requirebatur, pro validitate suæ vocationis, nihilominus non deficit secunda substitutio compendiosa, vel fideicommissaria, immo veniunt bona restituenda secundo substituto, per eaque copiosè fuerunt allegata per D. Consulentē ex parte d. D. Annæ. Nam prædictis respondetur, quod d. Raymondus, & Isabella Fabra coniuges appoluerunt donationi collatæ in d. Isabellam primogenitā conditionem, si d.

fit. Isabella superuiueret eius parentibus, & ad eam bo-
na peruenirent, quo casu defectus condictionis nedum
reddidit inutilem vocationem d. D. Isabellæ à sui princi-
pio, & pro non facta; verum etiam extinguit vocationē
D. Annæ. Non enim est locus sequenti substitutioni, vbi
conditio priori apposita nō extitit, neque fuit verificata,
& isto casu non habent locum ea, quæ dicuntur in.l.quā-
diu.ff.de acqui.hæred. hoc voluit Ang.in.l.qui habebat.
per vlt.glo. ibi. ff.de vulg. & pupi. vbi etiam not. illum
tex. ad hoc, ꝙ quando tollitur medium propter, quod
attingitur extremum, tollitur dispositio etiam in extre-
mo, & hoc etiam ponit ibi Imo. dicens, quòd destructo
medio, per quem necessario peruenitur ad finem, destrui-
tur, & ipse finis. Item etiam expressè tenet Pau. de Cast.
consi. 152. Præsens dubium videtur formari, & decidi.
col. 1. lib. 1. secūdum nouissimam impressionem; & ante
cum hoc etiam voluit Bal. consi. 162. quidam fuit substi-
tutus. lib. 1. per. d. l babebat, & consi. 279. Factum tale
proponitur, quidam nomine Paulus. co. lib. Hoc etiam
expresse decidit Alex. consi. 1. Perspectis verbis testa. col.
3. lib. 1. quia testator filium posthumum instituerat, & si
contingeret vxorem non esse prægnantem, vel esse,
& partum in lucem non perueniret, vel si perueniret, &
decederet in pupillari ætate, vel quandocunque sine filijs
legitimis, substituerat Raymondum eius filium hæredem
seruantem legem testamenti circa quasdam particulares
dispositiones, & d. Raymondo quandocunque decedenti
sine filijs legitimis, & naturalibus substituit Antonium
Speciforam eius nepotem; deinde accidit, quod d. Ray-
mondus decessit viuo testatore, & sic non potuit esse hæ-
res, deciditur ibi, ꝙ ex quo testator requisiuerat in sub-
stitutione facta filio, quod esset eius hæres, & sibi succe-
27 deret, quod † quia non potuit euenire casus substitutio-
nis primæ; quia d. Raymondus decesserat viuo testatore,
perempto hoc primo gradu substitutionis secundo loco
facta de Antonio Specifora non procederet, ex quo testa-
tor voluit substitutum esse hæredem, & seruare legem te-
stamenti, & tunc dicit non procedere l. quandiu vlt. ff. de
acqui. hæred. quia hoc esset contra mentem testatoris, si
aliter diceremus, quia noluit esse locū substitutioni, nisi
ille esset hæres sibi, seu posthumo, & seruaret legem testa
menti, & conditio non fuit impleta, & hoc idem latè vol
uit Corne. qui in eodem casu consuluit consil. 199. In
præsenti consultatione lib. 2. Inuenio etiam, qđ Roma.
in. d. l. quandiu. col. 7. in. q. Car. ibi, de pupillo, dicit, qđ
28 † si vltimo substiturus debet succedere per fideicommis-
sum, si substitutio fuerit facta sub conditione, ea non ve-
rificata, non est locus substitutioni, quia conditio defecit,
ita intelligēdo tex. in præalleg. l. qui habebat. ff. de vulga.
& pup. potest etiam non improbabiliter dici, quod leges,
quæ inducuntur ad hoc, quod perempto primo gradu
substitutionis est locus secundo, loquuntur in vltimis vo
luntatibus, vnde non potest fieri extensio ad ea, quæ fiūt
29 in contractibus; quia in vltima voluntatibus latior, & ple
nior fit interpretatio, quam in contractibus, qui sunt stri
cti iuris. c. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de reg.
iur. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. Et facit
aperta ratio; quia ille, qui se fundat in verbis contractu,
potest imputari, cur non legem apertius dixerit. l. veteri-
bus. ff. de pact. l. stipulatio ita habere licere. §. in stipula-
tionibus. ff. de verb. oblig. secus in vltimis voluntatibus
quæ pendent à voluntate vnius; quia non potest imputa-
ri hæredi, vel substitutio, quòd nō fecerit, vt testator aper-
30 tius loqueretur. Hinc videmus, quòd † si testator fecerit
substitutionem hoc modo, si hæres moriatur sine filiis
legitimis, & naturalibus, non solum intelligitur de filijs
masculis; sed etiam de fœminis, iux. vulga. decisionem
Io. And. in. c. Raynaldus. de testamen. & tamen secus est
31 in contractibus; quia † appellatione filiorum non ve-
niūnt filiæ, vnde si quis acquisiuerit emphyteosim pro se
& filiis suis, non veniunt filiæ fœminæ ex quo non sunt
expressæ; ita originaliter not. Gui. de Suza. in. d. l. veteri-
bus, per illum tex. ff. de pact. & in. l. quicunque. C. de seru.
fugi. quem refert, & sequitur Archi. in. c. si quis suadente.
17. q. 4. refert, & sequitur Io. de Imo. dicens se ita pluries
consuluisse, in. l. se ita sit scriptum. ff. de lega. 2. & in. l. cū
vir. ff. de condi. & demon. & in. c. potuit. col. fin. de loca.
Si igitur voluissent disponentes, quòd d. bona perueni-
rent ad D. Annam, siue Isabella superuiueret parentibus,
siue non, & siue succederet, siue non, hoc debebat clare
32 exprimi, alias † quicquid est omissum in contractibus,
censetur omissum, ita quod altera partium non potest
interpretari, & dicere se hoc modo intellexisse, & non
illo, vbi nihil dictum fuit, & ex verbis colligi non potest;
vt habetur in. d. l. quicqd astringēdæ, & in. l. si cum dotē.
in princ. ff. solu. mat. & in. l. si extraneus. ff. de condit. ob
cau. & contractus non recipiunt interpretationem am-
pliatiuam; sed arctatiuam, etiam si sine ea promissio stare
non posset, vt per pulchra exempla cōsuluit Bal. cōs. 145.
Casus talis, in quodam instrumento, col. pen. lib. 3. Præ-
terea non videtur esse locus disputationi, vtrum perem-
pto primo gradu substitutionis admittatur secundo sub-
stitutus, ex quo non constat de bonis donatis, vel posi-
to quòd constaret, fuerunt donata sub conditione, quæ
non euenit, & hoc tollit omnem scrupulum, prout rectè
perpensum fuit per D. iudices, qui pro hac parte votaue-
runt. Idem dicendum videtur attento, quod prædicti Dō
Raymondus, & Isabella Fabra voluerunt, quod præmo-
riente d. D. Isabella primogenita sine filijs legitimis, &
naturalibus, relinqueretur eis libera disponendi facultas,
qui etiam disposuerunt. Ex prædictis constat, quod d.
Do. Anna de Alagon non potest ex d. secunda substitu-
tione aliquod facere fūndamentum.
Restat nunc vt videamus, si velit se fūdare ex vltimo
vinculo, an possit venire, & dicendum pariter, quod nō
possit, quum vinculatæ fuerint ipsæ Baronæ in fauorem
filiorum masculorum d. D. Annæ, & descendentium ex
matrimonio inter d. Annam, & Don Blasium celebrato
cum prælatione masculorum, vt legitur expresse in ipso
vinculo, quo casu, quum ex d. D. Anna extiterit tempo-
re mortis ipsius Don Franciscus eius filius, qui in d. Ba-
ronijs successit exclusa D. aduersante, merito sequitur, ꝙ
33 ipsa amplius admitti non possit; quia est † communis
doctorum recepta sententia, quòd fœmina semel exclusa
à feudo in perpetuum est exclusa, nec mortuo masculo,
qui eam exclusit, amplius admittitur; in tantum, quod
nullo modo existente de descendentia, vel agnatione ma
sculo, etiam non admitteretur, vt est tex. in. c. 1. §. quin-
etiam. episco. vel Abb. & Andr. de Iser. Bal. Iaco. Alua.
& Præpo. hoc determinant. Facit optime, quod scribit
Bal. in. c. 1. de fil. nat. ex mat. ad mor. contra. vbi per illū
34 tex. dicit, ꝙ † semel exclusus ab alio, etiā eo mortuo per-
seuerat exclusus. Idem tenet Fulgo. consi. 12. Ad id, de
quo quæritur circa prin. Cuma. consil. 99. Quædam pos-
sessio solita. 2. dub. Et facit pro prædictis bona ratio, quā
Adducit Pau. de Cast. in. l. fi. ff. de acqui. hæred. dicens, ꝙ
35 quando ex statutaria dispositione fœmina excluditur per
masculum, si deinceps masculus moriatur, fœmina nun-
quam admittitur; quia ex quo semel fuit exclusa, habetur
pro mortua. l. 1. §. fi. ff. de bon. poss. cont. tab. l. si necem.
§. si deportatus. ff. de bon. lib. & in. l. 1. §. si quis. ff. de
coniung. cum emanc. lib. Et in specie hoc cōsuluit Alex.
consi. 29. Quoniam abunde. col. pen. lib. 1. vbi concluc-
dit, quòd stante constitutione regni, quod maior in feu-
do præferatur minori, & masculus fœminæ, isto casu ne-
pos ex fratre excludit amitam, quæ per fratrem iam fue-
rat exclusa per hanc regulam, quod fœmina semel exclu-
sa perpetuò intelligitur exclusa, & si hoc est in feudo, idē
videri debet in maioricatu, qui accedit ad naturam feudi,
imo æquiparatur feudis regalibus, attento, quod primo-
genitus in eo succedit, & ei non potest præiudicari per
contrariam alicuius dispositionem, vt Soci. ostendit cōsi.
47. Facti narratione, & dubiis, col. 3. versi. 3. ratio. lib. 3.
36 adducit simile de donatione causa mortis, quæ in eo, in
quo participat de natura contractus, iudicari debet secun-
dum naturam contractus, & in eo, in quo participat na-
turam vltimarum voluntatum, regulatur secundum iura
vltimarum voluntatum, vt cōcludunt Bal. Ang. Imo. &
omnes Mod. in. l. 2. ff. de leg. 1. Et vltra eum melius facit;
37 quia † contractus innominati regulantur secundum na-
turam contractuum nominatorum, quibus magis assimi-
lantur. l. 4. §. si quis seruum. ff. depo. l. eum, qui. §. 1. ff. cō-
mo. l. naturales. §. fi. ff. de præscrip. verb. Præterea etiam
38 si expresse esset dictū, quod fœminæ admitterentur † cum
masculis, tamen intelliguntur vocatæ successiue in defe-
ctum masculorum, d. c. 1. §. quinetiam. episco. vel Abb.
c. 1. §. filia. de succe. feu. & c. 1. de eo, qui sibi, vel hæred.
su. masc. Quanto ergo fortius non debet admitti in casu
isto d. D. Anna de Alagon extantib. d. Don Artaldo, &
Don Petro agnatis, quum sit vocati descendentes ex
d. D. Anna

d. D. Anna de Spes tam masculi, quam fœminæ, cum prælatione masculorum. Secundo respondetur, quod licet
in d. c. dicatur, quod ex prædictis descendentibus D. Annæ
maior præferatur minori, & masculus fœminæ; tamen
hoc venit intelligendum, quod, donec extat aliquis masculus, præferatur fœminæ, etiam maiori natu, vbi habita fuit ratio agnationis, vt dicit Alex. consi. 29. Quoniam
abunde, & eleganter, col. pen. lib. 1. vbi consuluit, quod
stante constitutione regni, quod in quibusdam bonis maior præferatur minori, & masculus fœminæ, quod masculus
semper præfertur fœminæ, etiam quod sit in dispari gradu, quia hoc modo videmus esse decisum in feudalibus
c. 1. §. filia. de succ. feu. c. 1. episco. vel Abba. cũ alijs authoritatibus per eum adductis; ideo concludit, quod filij fratrum excludunt amitam, qui est casus nunc occurrens, &
39 † ante eum idem voluit Ioan. Fab. licet non alleget,
in §. cæterum, circa fin. insti. de leg. agna. succe. vbi in specie loquens de Baronia dicit, quod fœmina non succedit
in Baronia extantibus masculis, et in remotiori gradu,
ad exemplum feudalium bonorũ. c. 1. de succes. feu. c. 1.
de feud. fœmi. Et si dicatur, quod in capitulis secundo loco initis de anno. 1512. fuit conuentum inter prædictos
Don Raymondum, & Isabellam Fabram, & Isabellam
de Spes eorum filiam primogenitam, & Comitem Ripacurtiæ partes diuersas, quod deficiente d. D. Isabella sine
filijs, & descendentibus succedant aliæ sorores illius, &
earũ descendentes, præferendo masculos fœminis in paritate gradus: Respondetur, quod d. conuentiones fuerunt,
& sunt inualidæ, & annullatæ deficientibus conditioni-
40 bus appositis; & † vbi principalis cõtractus annullatur,
oẽs clausulæ accessoriæ in eo contentæ pariter corruũt, vt
est bona gl. in. l. si patronus. §. patronum, in verbo fauiana. ff. si quid in frau. patr. tradit Bal. in. l. ex testamento.
C. de fideicom. & probatur per tex. in. l. fin. ff. de consti.
pecu. quem pro singul. not. Bal. in. l. si absentis, in fin. C.
si cert. pet. cum multis alijs simil. adductis per Ias. in. l. nõ
dubium. col. pen. C. de. ll. vbi ponit de confessione, constituto, renunciatione, & pęnis, quę principali contractu
annullato non tenent. Et tanto magis id venit dicendũ,
quia d. paciscentes in istis vltimis capitulis conueniunt,
quod in non correctis stent firma pacta in capitulis initis
de anno. 1511. & per consequens videtur excludere conuentiones initas de anno 1512. quia vnius inclusio, alterius est exclusio. l. cum prætor. in prin. ff. de iud. Nec prædictis obstat, quod ex aduerso obijcitur; videlicet conuentos obtinere nõ posse dictas Baronias; quia ipsi non debent esse melioris conditionis, quàm Dõ Artaldus corũ
pater, qui expresse exclusus fuit à dictis Baronijs, vt est videre ex primo vinculo, nã magis dilecti nõ debẽt esse cõditionis deterioris, quàm minus dilecti. l. publius. §. 1. ff.
41 de condi. & demon. Item nec debent † dicti nepotes, qui
sunt in tertio gradu, excludere amitam, quæ est in propinquiori gradu. l. 1. §. 2. & 3. ff. de gradi. quia respondetur, quod d. D. Annæ non competit aliquod ius ita dicendi, cum sua non intersit. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. Accedit, quod dici solet, quod frustra
admittitur id, quod ad missum non releuat. l. ad probationem. 1. C. de probat. & ideo recte dici potest per conuentos, quo ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. cõpetit. ff. si serui. vendi. Vlterius stantibus supradictis pro
veris, à quibus non est recedendum, adhuc dicitur pro
maiori declaratione, licet opus non esset, quod, & si Dõ
Artaldus filius primogenitus Don Blasij de Alagon, &
D. Annæ de Spes per paciscentes fuerit exclusus à d. Baronia de Spes, & Alphaiarin, id tamen non processit ex
mala intentione, sed iusta ex causa; quia cogitantes ipsi
contrahentes, quod non erat honestum, iustum, nec rationabile, imo indecorum, & indecens, quod d. Don
Artaldus, qui tanquam primogenitus debebat, vt decens
erat, succedere in Comitatu de Sastago, qui est dignitas
principalis in bonis de Alagon, ac manutenere cognomen illius familiæ, & ferre arma domus illius sine aliqua
mixtura; & conueniens non erat, quod ratione d. Baronæ de Spes, & Alphaiarin deberet deferre cognomen de
Spes, & arma agnationis suæ deferre; disposuerunt pro
conseruatione nominis, & armorum vtriusque familiæ
sine aliqua mixtura, quod d. Don Artaldus succederet in
Comitatu de Sastago, vt decorem domus de Alagon
conseruaret, & Don Franciscus secundogenitus, qui commode, & sine confusione poterat suscipere cognomen, &
arma de Spes, & deferre, succederet in d. Baronijs, & castris, & bonis; & licet ex causa præmissa id disposuerunt,
tamen nunquam fuit intentionis ipsorum, & mentis, quod
si d. Don Franciscus secundogenitus decederet sine filijs
masculis, quod d. D. Anna de Bardaxi deberet excludere
Don Artaldum, & Petrum primo, & secundogenitos
filios d. Don Artaldi primogeniti d. D. Annæ de Spes, &
fratris d. D. Annæ agentis à successione d. Baroniarum,
& castrorum iuxta formam primi vinculi, quod non discordat ab isto, nec ab eo videtur correctum, nec mutatũ,
42 scientes † per optime cognomen, & familiam de Spes,
ac eius arma posse, & cõseruari debere magis per masculos,
quam per fœminas; nam per fœminas familiæ non conseruantur, sed extinguntur, cum filij nati ex eis familiam
patris sequantur. §. fi. Instit. de pat. pot. l. 1. §. sed si seruus.
ibi, publice enim interesse. ff. de vẽ. inspi. l. lege. C. de legi.
hæred. nam in fœminis finiunt familiæ suæ. l. pronunciatio. in fin. vbi Bar. ff. de verbo. signifi. Item considerarunt paciscentes conseruationẽ familiæ de Spes, & ipsius
decorem recipere per masculos augumentum, dignitatem, & honorẽ. §. cæterum. §. media. Instit. de legi. agna.
succe. nam si fœminæ vocarentur, sequeretur, quod cognomen de Spes modo esset in familia de Alagon, modo in aliena familia. Ideo coniecturata mens ipsorũ fuit,
quod semper, & in perpetuum deberent dicta Baronia, &
castra, ac cognomen, & arma de Spes permanere in masculos de Alagon ad effectum perpetuæ conseruationis
ipsius domus, & ista interpretatio mentis, & verisimiltudinis est omnino capienda, quia si paciscentes viuerent,
& de hoc interrogati fuissent, vtique ita respondissent;
ergo pro expresso haberi debet. d. l. tale pactum. §. fin. vbi
43 communiter scribentes. ff. de pact. Nec obstat, quod † remotior non excludet proximiorem; quia respondetur,
inconueniens non esse, quod ex causa proximior à remotiori excludatur; ideo videmus, quod stante statuto,
quod existentibus masculis filia non succedat, nepos ex
filio, quamuis remotior amita, eam excludit, Bar. in. l. liberorum. col. 5. versic. His p̃missis reducamus. ff. de verb.
signifi. Bal. Sali. & Pau. de Cast. in. l. maximum vitium. C.
de libe. præte. & Bal. Sali. & Mod. in. l. venia. C. de in ius
vo. cum suis concord. Et hoc non alia ratione, nisi, vt bona conseruentur in agnatione masculina, vt per Doct. in
d. l. venia. His omnibus sic, vt supra, consideratis, & attenta causa finali ipsorum contrahentium, quæ in contractibus attendi debet. l. 1. C. de condi. ob. caus. concludendum videtur, quod d. D. Anna nullo modo possit validũ
facere fundamentum in d. vinculo, ex causis, & rationibus superius allegatis. Hoc præsens consilium fuit communiter editum inter me, & Illustrem, ac præstantissimum Iurisc. D. Rolandum à Valle præsidem in Marchia
Montisferrati dignissimum. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vbi de fundo est facta alicui, cum pacto,*
quod post certũ tẽpus fundus sit ecclesiæ, an istud
pactũ per donatorẽ possit remitti; et nu. 3. et nu. 5.
2 *Reuocari potest ius tertio quæsitum facto meo, vbi*
fui author illius iuris; Modo non fuerit secuta tra-
ditio, vt nu. 4.
6 *Notarij stipulatio facta pro absente in contractu,*
an tribuat ius absenti per contrahentes reuocabi-
le, & sub nu. 7.
7 *Notarij stipulatio in instrumento posita in fauore*
tertij absentis, regulatur secundum naturam di-
spositionis, super qua ponitur.
8 *Donatio causa mortis facta alicui, etiam quod in-*
teruenisset stipulatio, est per pœnitẽtiã reuocabilis.
9 *Iuramentum in contractu positum easdem recipit*
conditiones, quas principalis obligatio, & eius
potentia, vltra promissionis vim non extenditur.
10 *Iuramentum interpositum in vltimis elogijs, quæ*
de sui natura sunt reuocabilia, non impedit reuo-
cationem

tationem etiam quod interposita sit expressa promissio de non reuocando.

11 *Obseruari non debet non adimplenti ex sui parte.*

12 *Pacta in eodem instrumento posita, videntur inter partes correctiua.*

13 *Dispositio. l. si ego. §. ff. de iu. do. an procedit in casu de quo agitur.*

CONSILIVM DCLXXVII.

Super eodem casu.



POst redditum consilium fuit dictum, quod pro parte D. Annæ de Alagon sit magnũ fundamentum in his, quę scribit Bart. & Docto. in. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. Nobis autem videtur, ꝙ quæ ibi scribit Bart. faciant contra d. D. Annam, & tendant dant in fauorem D. Artaldi, & fratris, nam Bar. ibi quęrit, quidam donauit alicui † fundum, vt post certum tẽ-
1 pus esset cuiusdam ecclesię, donator vult istud pactum remittere, an possit, & primo arguit, quod non; quia actio vtilis iam est quæsita ecclesiæ, per tex. in. l. quotiẽs. C. de dona. quæ sub mo. Contrarium tamen determinat, quod solus donator, vel saltem consensu donatarij concurrente possit reuocare, per tex. in. l. 3. ff. de ser. expor. Idem tenet Bar. in. d. l. 3. & Bal. in. l. cum à socero. circa fin. C. de iu. dot. & in. l. 1. C. si mancip. fuc. alie. & sequuntur opinionem Bar. Cuma. Imo. Alex. Aret. Ias. & Soci. in. d. §. Flauius. Imo. in. c potuit. vltima car. de loca. vbi dicit istam esse communem opinionem. Sed in proposito d. vltima pacta de anno. 1515. composita de consensu vtriusque partis fuerunt, & licet perfecta donatio nõ possit reuocari. l. perfecta. C. de dona. quæ sub mo. & illud, quod est perfectum, ex interuallo non recipit magis, nec minus, Bal. in. l. quotiens col. 2. C. de sui. & legiti.
2 tamen † istud non procedit, vbi ex facto meo alicui tertio est ius quæsitum; quia ego solus, qui fui author, possum illud reuocare, vt patet in. d. l. 3. & ibi Bal. not. ff. de ser. expor. Et facit bene in proposito quod scribit Bal. consi. 583. Quod D. Agatella libr. 2. nam in casu suo quidam donauerat inter viuos alicui; ita quod eo decedente sine liberis bona donata post mortem suam deueniretin aliũ. concludit Bal. quod donatio poterat de communi consensu reuocari etiam in præiudicium illius tertij; quia pacta nouissima inter eosdem sunt seruanda. l. pacta nouissima. C. de pac. & per not. per Bar. in. d. §. Flauius. Præterea dicit, quod quo ad illum tertium videtur mortis causa donatio, vel mortis causa capio. l. nec fratris. C. de don. cau. mor. ergo habet locum pœnitentia. l. non omnis. ff. si cert. pet. & hac ratione vtitur etiam Ruyn. licet Bal. non alleget consi. 7. Quæritur, & in dubium reuocatur. col. 2. versic. Tertio quod Dominus. lib. 1. Vlterius opinio
3 Bar. procedit, vbi † plene ius quæsitum fuerit donatario per traditionem, vt vult Io. And. in addi. Spec. in tit. de instrumen. edit. §. nunc vero aliqua. versic. cum quis legat alicui. in addit incip. Titio decem per superiora, vbi ponit: q. quando donare rem aliquam, post tempus tradendum Seio, & dicit, quod ipse Titius interim est dominus rei, & quando restituit Seio dominium transfert, nec reuocare interim possem rem à Titio, sed si non dono, sed depono apud Titium rem tradendam Seio, non
4 transfero a me dominium propter hoc, quod ante † traditionem reuocare potero, ne postmodum transferri posset, per iura ibi alleg. per eum. Ecce quod Io. And. vult, quod vbi per traditionem ius est quæsitum Titio, & dominium in eum translatum, nõ possit donator reuocare, secus si nondum tradidero, vel disposuero; quia ante traditionem donator potest reuocare, & istud in. q. Bar. in. d. §. Flauius. vult ibi Cuma. & Alex. vbi voluit, quod
5 † quando ius iam erat quæsitum, vt quia transactum erat tempus, quo res donata debebat esse ecclesiæ, vel iam erat mortuus primus donatarius, post cuius mortem fundus debebat esse ecclesiæ, isto casu, quum dominiũ iam transiuerit in ecclesiam. l. si partẽ. §. fin. ff. quemad. serui. amit. l. fi. C. de sacro. san. eccle. donator nõ posset amplius reuocare, ex quo iam est quęsitũ ius perfectè, & dominiũ ipsi ecclesiæ, secus si pendente tẽpore, quo debebat res restitui ecclesiæ, vel pendente cõditione mortis reuocasset; quia hoc posset, ex quo ecclesiæ nondum ius erat quæsitum. Et sequitur ẽt ibi Ias. in prima limit. & vult hoc etiã Sali. in. d. l. quotiens. in fin. C. de dona. quæ sub mo. quẽ adducit Dec. consi. 58. Viso diligenter instrumento. col. 1. Sed in casu occurenti Don Raymondus, & Isabella Fabra nihil donarunt nisi sub conditione, quæ non modo pendet, sed etiam defecit, quum d. Isabella primogenita decesserit ante mortem parentum, vnde non potest dici ius aliquod quæsitum d. D. Annę de Spes, neque dominium translatum nulla præcedente traditione ex conditionis defectu. Solum superesse videtur difficultas; quia
6 d. opinio Bar. non † videtur procedere, quando notarius, vel aliquis alius stipulatus esset pro illo tertio absente, quia ex quo per stipulationem fuit illi ius quæsitũ, non videtur posse per contrahentes reuocari, vt tradit Bal. in. d. l. cum à socero, & est bonus tex. in. l. cum maritus §. fin. ff. de pac. dota. quem adhoc ponderat Areti. in. d. §. Flauius. & consi. 274. diligenter mature. 3. dub. Soc. consi. 137. Multum eleganter, & subtiliter col. 2. lib. 1. licet de Aret. mentionem non faciat, nam ista non faciunt ad rem nostram, quia posito, quod d. stipulatio interuenisset, quod tamen negatur, veruntamen hoc est intelligendum, quando donatio esset perfecta. Sed in casu nostro, si volumus attẽdere primam substitutionem, seu vinculum, nihil reperietur ibi donatum, sed contrahentes, se retulerunt ad ea, quæ donabuntur, vnde cum nihil fuerit donatum, nõ potest fieri fundamentum in stipulatione; quia non entis nullę sunt qualitates. l. Celsus. ff. de usucap. vt late dictum fuit in prioribus scriptis. In secunda autem substitutione, quæ fuit secuta de anno. 1512. fuit facta donatio quorundam bonorum sub quibusdam conditionbus, quæ nunquam fuerunt purificatæ, & sic perinde est, ac si nunquam aliquid fuisset donatum, vt in superioribus latissime ostendimus, ergo allegata in contrarium nihil obstant, quum de aliqua donatione non appareat, quod debeat, vel possit reuocari; quia priuatio præsupponit habitum. l. decem. cum vulg. ff. de verbo. oblig. Et propterea in prioribus scriptis non putauimus respõdendum, ad allegata per Bart. & Docto. in. d. §. Flauius, quum ea, quæ ibi scribuntur per Docto. loquantur in donatione, quæ habet sua essentialia, & formalia, in quo casu nos penitus nòn sumus. Vlterius perscrutando dici potest, quòd etiam si interuenisset stipulatio, tamen ea
7 nihil obesset, quia † stipulatio recipit, eandem resolubilitatem, & reuocabilitatem, quam prima pacta dotalia recipere potuerunt, quia regulatur iuxta naturam dispositionis, super qua ponitur, ex consensu partium. l. 1. §. si quis sub conditione. ff. vt leg. seu fideic. nom. caue. l. si stipulatus. in prin. ff. de vsu. Et cum d. contrahentes expresse reseruarint sibi facultatem in d. secundis pactis disponendi in casu mortis, qui euenit d. Isabellæ primogenitæ sine filiis ante eius parentes, d. stipulatio debet tantummodo operari in casu superuiuentiæ d. Isabellæ. Vnde recte dixit Ias. in. d. §. Flauius. col. 9. versic. Pro ista limita-
8 tione, quod † si esset facta donatio causa mortis alicui, licet interposita fuisset stipulatio, tamen esse reuocabilis ex pœnitentia, per tex. in. l. Seia. ff. de dot. prælega. Et eodem modo dicendum est, si iuramentum fuisset interpo-
9 situm super præfatis pactis dotalibus; quia † iuramentũ recipit easdem conditiones, quas habet principalis obligatio, vt Bar. dicit in. l. fin. per illum tex. C. de nõ nume. pec. vbi etiã ad hoc allegat tex. in. l. si libertus. ff. de ope. liber. & idem tradit Ang. consil. 315. Statuto cauetur, vbi etiam subdit quod in plus non extenditur iuramenti potentia, quam extenditur promissionis virtus, per not. per Spec. in tit. de arbitriis. §. 1. versic. Arbitrator vero. Et
10 magis proxime videmus, quod † iuramentum interpositum super vltimis voluntatibus, quæ de sui natura sunt reuocabiles, non efficit, quin reuocari possint, etiam si expressè fuerit promissum de non reuocando, vt Bar. tenet in. l. si quis in prin. testamenti. col. fin. ff. de leg. 3. & Ange. in authen. hoc inter liberos. C. de testamen. & plures relati per Alex. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. 1. ff. de verbo. oblig. & vltra eum Bal. consil. 238. Pater condidit libr. 2. & consil. 148. In casu proposito in in princ. 1. lib. & Pau. de Cast. consi. 122. Quod d. do-
11 mina, lib. 1. Ex alio etiam † capite videlicet implementi non secuti, potuit d. Isabella suo nomine, & vt hæres mariti reuocare d. pacta dotalia, & ea immutare, & corrigere.

figere; quia vbi ex altera parte non impletur, est pœnitentiæ locus, quum contractum non teneatur alter, cui non fuit impletum, obseruare, vt latissime, dictum est in superioribus, & vltra ibi dicta est bonus tex. in.l.cum te. C.de pac.int.empt. & vendi. vbi probatur, quod si non seruatur substantiale pactum, rescinditur quicquid est actū, substantiale est, quod causam contractui dedit, & si aliter diceremus, sequeretur absurdum, quòd contractus claudicaret, contra id, quod habetur, in.l.si id quod.§. fin.ff.de rescin. vendi. & quod habetur. in.l.ementis.ff.de contrah.emp.& pro prædictis etiam facit.l.1.cum.ll.seq. C. de dona. quæ sub mo. Sed in proposito ex parte istorum de Alagon non fuerunt impleta conuenta, quia fuit conuentum, quod quum d. Blasius perueniret ad pubertatē, deberet matrimonium contrahere per verba de præsenti cum d. D. Anna de Spes, & confirmare, & ratificare conuenta, & dicta ratificatio non fuit secuta, vt late deductū fuit in prioribus scriptis, quæ hic pro repetitis habeātur. Item conuentum fuit id, quod est maximæ importantiæ, quod eo tempore d. Don Blasius de Alagon senior adduceret comitatum de Sastago, hoc est sub eodem vinculo, & substitutione sopponeret, quod minime dicitur secutū fuisse, quæ pacta si non interuenissent, & promissum, quod seruarentur, verisimiliter contractus non fuisset initus. Et
12 cum vtraque pacta † interuenerint in eodem instrumento, videntur esse correspectiua, iuxta vulgatam decisio. Bal.in.l.petens.col.pen.C.de pact. Et ponit latè, & eleganter Socin.consi.273. In præsenti cōsultatione. col.3. versi. Confirmatur hoc.lib.2. Et pulchre Corn.cōsi.283. Paris d. Ioannis in princ.lib. 4. & idem tradit consi.319. Circa primum consultationis articulum. col. 7. versic. Hoc autem præsupposito.lib.3. Et cum prædictis transit etiam Dec. consi.285. In Instrumento, de quo agitur col.3.versic. Tertio aduertendum est, vbi etiam ad hoc adducit Bar.in.l.contractus.C.de fid.instrumen. Dicitur
13 etiam, quod † contractus donationis non potuit dotis fauore reuocari, & ad hoc adducitur tex. in.l.si ego.§.1. ff.de iur.dot. Sed hæc consideratio est fragilis; quia nullo modo dici potest d. bona fuisse data in dotem, quum quicquid voluerint constitui in dotem, expresserint in certa quantitate in prædictis pactis. Vlterius quum esset in facultate d. paciscentium dare, seu donare, vel non donare aliqua bona d. Isabellæ primogenitæ, dicendum est, quod non verificata conditione, sub qua donatum fuit, præten sa donatio effecta sit caduca, & inefficax; & per consequens ab eisdem donatoribus reuocari potuerit, accedente maxime expressa facultate in se ipsos reseruata ab libitum disponendi de rebus donatis, in casu non euenientis conditionis, & voluntate ipsiusmet D. Annæ donatariæ Præterea. d.l.si ego.§.1. locum sibi non vendicat, quando reuocatio dotis fieret cum consensu, & voluntate ipsorummet coniugum, quorum respectu, tantum priuilegium dotis habetur in consideratione; secus respectu descendentium, quia ipsi non gaudent dotis priuilegio, quum cesset causa illius, quæ ex iuris dispositione non in descendentibus, sed in ipsis coniugibus militat. Nec etiā habet locum ratio illius legis, quando donantes ab ipsa donationis origine reseruarunt in se ipsos conditione nō secuta facultatem disponendi, vt in prioribus scriptis ostēsum est, & ipsi etiā donantes facto declararunt; quia eorum quilibet de bonis prædictis disposuit. Demum hæc omnia facta sunt ex abundanti, vt supra dictum est, & iuuat repetere; quia hic non constat de aliqua donatione nisi sub conditione, cuius casus non euenit; immo contrarius casus extitit, & verè huic disputationi non erat locus; quum ex prioribus scriptis istud satis superque colligi posset. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Descendētium appellatione, veniunt oēs in infinitū.*

2 *Filij appellatione, an veniat nepos.*

3 *Contrahentium mens prædominatur, & attendenda in contractibus, vbi de ipsa appareat.*

4 *Referens est nullum, vbi de relatu non apparet.*

5 *Donatio sub cōditiōe facta, ea nō uerificata corruit.*

6 *Substitutio concepta per illa verba tunc, & eo casu, quum stent taxatiuè, non extenditur vltra casum expressum.*

7 *Substitutio uulgaris expressa licet trahitur ad alios similes casus, tamen si est concepta per verba tūc, & eo casu secus.*

8 *Verba non aliter, nec alio modo habent vim conditionis, & inducunt formam specificam.*

9 *Verba futuri temporis iuncta relatiuo, important conditionem.*

10 *Relatiuum iunctum verbo futuri temporis, vel habens vim futuri temporis, facit conditionem distributiuè, non collectiuè.*

11 *Conditio etiam tacita, impedit natiuitatem actionis, sicut expreßa.*

12 *Dispositio concepta sub duabus conditionibus, vna tantum verificata non tenet.*

13 *Hæres, quum viuus heredem non habeat, non dicitur quis nisi testamentum sit morte confirmatum, & adierit hæreditatem, & nu.15.*

14 *Verbum succedat, denotat executionem dispositionis; & intelligitur cum effectu.*

16 *Verbum habere, importat dominium effectuale.*

17 *Cōditiones mere voluntariæ, nō extenduntur ēt ad similē casū, sed debent impleri in forma specifica.*

18 *Substituto secundo, vel tertio non est locus, vbi conditio apposita primo non extitit, & non fuit verificata, & nu.20.*

19 *Dispositio in extremo etiam tollitur, sublato medio per quod ad extremum peruenitur.*

21 *Interpretatio latior, & plenior fit in vltimis volūtatibus, quā in contractibus, qui sunt stricti iuris.*

22 *Contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam, sed restrictiuam, etiam si sine ea promissio stare non poßet.*

23 *Pronomina ille, ipse, te ipsum, & omnia alia nedū relationem, sed personalitatem quandam important, vt ad alios referri non poßint, & nu.25.*

24 *Prohibitio facta ipsi hæredi de non alienando, non comprehendit filios hæredis.*

26 *Contractus sunt stricti iuris, & suos terminos non excedunt.*

27 *Fideicommißa sunt odiosa, ideo restringenda.*

28 *Forma contractus ad vnguem est seruanda, & vbi aliquid pro forma requiritur, non potest per æquipollens impleri.*

29 *Substitutio facta in vnum casum licet extendatur ad alios, secus tamen est si extensio sit facienda de persona ad personam.*

30 *Substitutionis casus omissus habetur pro omißo, etiam quod eadem æquitas versetur in omißo, quę in expreßo versatur.*

31 *Substitutiones factæ in contractibus sunt strictius intelligendæ, quam in vlitmis voluntatibus; sicut pacta non extenduntur ad alias personas.*

32 *Contrahentium mens, quod sit inspicienda, quomodo intelligatur.*

33 *Scriptura habet suos limites, & id, quod non dicit scriptura, nec nos dicere debemus.*

34 *Testatoris voluntas dispositiua attenditur, nō simplex; quia nō sufficit testatorē velle, nisi disponat.*

35 *Clausula generalis, quæ subijcitur, non trahitur ad ea, de quibus cōtrahētes specificē fecerūt mētionē.*

36 Poßes-

36 *Possessionis commodum quid operetur.*
37 *Insignibus, & armis alienis non est vtendum.*
38 *Dispositio pœnalis de casu ad casum non extēditur.*
39 *Pœnæ non extenduntur ad similem casum, etiam, quod alias fieret extensio.*
40 *Pœna, quum non sit de natura contractus, posita in vno capitulo, non intelligitur repetita in alio.*

CONSILIVM DCLXXIII.



IN causa agitanda inter Illustrem Don Artaldum, & Dō Petrum fratres de Alagon, & in qua dubitari contingit, an Baronia de Spes peruenire debeat ad Illustrem Don Petrum secundogenitum alterius Artaldi genitoris communis, videtur prima facie dicendum partes dicti Petri esse iustiores, attentis pactis dotalibus, de quibus in facti narratione continetur. Et primo sumit fundamentum d. Petrus ex primis pactis dotalibus initis inter Don Raymondum, & Isabellam Fabiam coniuges, & Don Blasium de Alagon, & D. Annam de Spes contrahētes matrimoniū per verba de futuro de anno. 1511. vbi apparet, quod d. capitulantes, & paciscentes voluerunt duos maioricatus constituere, alterum de castris, villis, & locis d. comitatus de Sastago, in quibus deberet succedere filius primo genitus Don Blasij de Alagon, & D. Annæ de Spes cōiugum. Alium vero de castris, villis, & locis dictæ Baroniæ de Spes, in quo deberet succedere filius secundo genitus d. D. Annæ de Spes, & Don Blasij, qui deberet deferre nomen, & arma de Spes sine mixtura aliqua. Vnde prætendit d. Don Petrus, quod quum Don Artaldus eius frater successerit in comitatu Sastago, debeat ipse succedere in alio maioricatu, ex ipsa præsertim clausula priorum capitulorum, ibi. Et deueniendo d. bona in d. D. Annam de Spes; vel eius descendentes, vt dictum est, est concordatum inter d. partes, quod filius secundogenitus d. D. Annæ mortua eius matre succedat in d. bonis deferendo cognomen, & arma de Spes sine mixtura aliqua, & ex clausula statim sequenti, ibi, & non existentibus duobus filiis, & descendentibus, &c. quod d. casu si filij, d. vnici filij erunt duo, vel plures, quòd secundogenitus debeat succedere in d. domo deferendo semper cognomen, & arma de Spes sine mixtura aliqua, & idem seruetur in descendentibus, vt cognomen, & arma de Spes conseruentur. Certum est autem, quòd d. Dō
4 Petrus † est de descendentibus d. D. Annæ, & secundogenitus, & appellatione descendentium veniunt omnes in infinitum. §. 1. in auct. de hæred. ab intest. & liberorum. ff. de verbo. signifi. ergo debet obtinere contra Don Artaldum iuniorem primogenitum. Secundo, quia d. contrahentes clarius id obseruari voluerunt in secundis pactis dotalibus anni. 1515. ibi, & si d. D. Anna de Spes habebit duos, aut plures filios masculos præsentis matrimonij filius secundo genitus debeat succedere, & succedat in d. Baronia castris, villis, & locis, &c. Cum hoc tamen, quòd d. filius secundogenitus, qui succedat in d. bonis, deferat cognomen, & arma de Spes sine mixtura ali-
5 qua, & † appellatione filij venit nepos. l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posthu. vbi Bar. in. l. filij. & l. iusta. ff. du verbo. signifi. & per Bart. in. l. liberorum. col. 3. ff. de verbo. signifi.

Tertio, quia in d. primis, & secundis pactis dotalibus voluerunt d. paciscentes idem seruari in filijs secundogenitis descendentibus ex filiis d. matrimonij, quòd secundogenitus deberet succedere in Baronia de Spes, vt constat ex primis pactis, ibi, & idem debeat seruari in descentibus, & ex secundis pactis anni. 1515. ibi, & vadant d. bona de vno in alium masculos legitimos, & ex præsenti matrimonio procreatos, & in descendentes illius, seu illorum masculos legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos, de maiori in maiorem, cum d. conditionibus, & qualitatibus, & priuationibus in non deferendo cognomen, & arma, vt dictum est. Vnde ex d. verbis prætendit d. Don Petrus, quòd sicut filius secundo genitus d. matrimonij deberet succedere in Baronia de Spes excluso primogenito successore d. comitatus; ita formiter d. Don Petrus nepos secundogenitus de d. matrimonio prætēdit, attento tenore d. pactorum, mente, & voluntate d. contrahentium debere succedere, in d. Baronia de Spes excluso Don Artaldo eius fratre primogenito successore in d. comitatu de Sastago. Quarto, quia attento tenore d. pactorum videtur resultare, quod successor d. comitatus de Sastago non debeat succedere in Baronia; sed debeant esse diuersi successores in d. Baroniis, vt per eos separatim nomen, & arma de Alagon, & de Spes conseruarentur sine mixtura aliqua, quæ nō possent conseruari in eodem successore obstantibus conditionibus d. maioricatuum. Quinto, etiam prætendit, quòd successor in comitatu de Sastago tunc demum posset succedere in d. Baronia, quando vnus duntaxat filius masculus remaneret, vt constat ex primis pactis, ibi, & non existentibus duobus filiis, & descendentibus, & remanente duntaxat vnico, in quo deueniant d. duæ domus de Alagon, & de Spes, & ex pactis secundis anni. 1515. ibi, videlicet, quòd si d. D. Anna de Spes morietur ante, vel postquam successerit in d. bonis superstitibus filijs masculis præsentis matrimonij, si remanserit vnus solus, ille debeat succedere in d. Baroniis, villis, castris, & locis. Cum ergo ex Don Artaldo de Alagon, & D. Maria de Luna remanserit d. Don Artaldus primogenitus, qui successit in d. comitatu, & Don Petrus secundogenitus nepotes ex d. Don Blasio de Alagon, & D. Annam de Spes, prætendit d. Don Petrus de Baroniam de Spes ad eum pertinere excluso eius fratre successore d. comitatus, & in
3 contractibus † primo inspicimus, quòd actum est. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & mens in cōtractibus prædominatur, & attenditur, modo de ipsa appareat l. fin. C. quæ res pignor. oblig. pos. l. in conuentionibus. ff. de verbo. signifi. & l. promitendo. ff. de iu. do. & glo. in. l. si in venditione. in verbo veritus. ff. com. præd. Sexto, quia ex d. pactis dotalibus resultat, quòd primogenitus successor comitat⁹, est exēptus à delatione nominis, & armorum, non tamen quando superfuerunt plures fratres, quo casu prætenditur secundo genitum debere succedere in d. Baronia, quum primogenitus successor d. comitatus non possit deferre cognomen, & arma de Spes, sed de Alagon. Septimo, quia etiam si ex Don Blasio de Alagon, & D. Anna de Spes contrahentibus non remansisset nisi Don Artaldus pater d. Don Artaldi Comitis de Sastago moderni, & Don Petri, & ipse successisset in omnibus Baroniis de Sastago, & de Spes, quia tamen Don Artaldo seniori remanserunt d. duo filij Don Artaldus, & Don Petrus, remanente d. Don Artaldo primogenito successore d. comitatus, deberet d. Don Petrus succedere in d. Baronia de Spes, vt constat ex d. primis pactis vt supra recitatis. Ita pariter, & à fortiori in casu occurrenti, vbi ex d. Don Blasio, & D. Anna remanserunt plures filij masculi, & in d. baronia successit secundogenitus Don Raymondo de Spes, alias vocatus Don Franciscus, per cuius obitum præsens contentio est suborta inter d. fratres, & eorum amitam D. Annam de Alagon; & sic, sicut Don Raymondus, alias Don Franciscus secundogenitus successit excluso fratre primogenito Don Artaldo de Algon, ita debeat succedere d. Don Petrus excluso d. Don Artaldo eius fratre primogenito procedendo de similibus ad similia; quia eadem est ratio, ergo idem ius esse debet. l. illud. ff. ad. l. aquil. & ista sunt, vt relatū fuit, quibus armari conatur causam suam prædictus Don Petrus aduersus Don Artaldum primogenitum.

Quibus tamē non obstantibus cōtraria sententia videtur verior, & de iure substentabilior, nam aut vult d. Don Petrus fondare se ex duobus primis capitulis dotalibus, quorum prima fuerunt celebrata de anno 1511. altera de anno. 1512. Aut ex vltimis pactis dotalibus, quæ fuerunt celebrata de anno. 1515. & ex nullo d. pactorum fundare se potest, quod sic ostenditur. Nam veniendo ad duo prima pacta dotalia celebrata de ann. 1511. & 1512. ea sunt nulla, & inefficatia, & sumus in regula, quòd nō præstat impedimentum, quod inualidum est, & de iure non sortitur effectum. c. non præstat de reg. iur. in. 6. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. pos. cont. rab. cum multis similibus. Quòd autem d. prima, & secunda pacta dotalia fuerint inualida, & nullum sortita fuerint effectum, demōstratur, nam ibi Don Raymondus, & Isabella Fabra coniuges conuenerunt, & disposuerunt, quod totum illud, quod donauerunt, aut donabunt Isabellæ eorum filiæ primogenitæ in contem-

contemplationem sui matrimonij, & totum id, quod ipsa quouis titulo habebit, acquiret à Don Raymondo patre, vel d. Raymondus pater eidem relinquet, aut dabit, modo fuerint bona, & loca sedentia, & in eis succedit vt primogenita, vinculabunt, prout tenore d. capitulorum vinculant, casu, quo d. Isabella eorum filia primogenita decedat sine filiis legitimis, & ex eo matrimonio legitimo procreatis, in d. D. Annam, & eius descendentes, quo casu quum nihil stabile reperietur donatū ante præsentem contractum, nullum potest in illis verbis fieri fūdamentum ex defectu qualitatis non apparentis; quia nō entis nullæ sunt qualitates. c. ad dissoluendum. de despō.
4 impu. in. 6. † & referens est nullum, vbi de relato non apparet. l. in testamento. ff. de cond. & dem. auc. si quis in aliquo. C. de eden. & paria sunt non esse, & nō apparere. l. duo sunt Titij. ff. de test. tu. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Dū autem dicitur de donandis per d. Don Raymondum, & Isabellam Fabram d. Isabellæ primogenitæ, quòd tunc d. D. Anna, seu eius descendentes eis succedant, hæc donatio, de qua non apparet nisi ex secundis capitulis, fuit facta sub multis conditionibus, quæ non extiterunt, videlicet si d. Isabella superuiueret eius parentibus donantibus, & succederet vt primogenita, & postquam successerit, de-
5 cederet sine filiis legitimis, & naturalibus, quæ † conditiones defecerunt; quia decessit viuis parentibus donantibus, non succesit in Baronia, & aliis rebus donatis, vnde ex defectu conditionis. d. donatio corruit, & perinde est, ac si à principio facta non fuisset. l. pecuniam. l. perinde. ff. si cert. peta. l. necessario. ff. de pericu. rei vendi. Et eo magis id dicendum venit propter illa verba sequētia,
6 & eo † casu, quæ faciunt, quòd substitutio ad alium casum extendi non potest, præterquam ad expressum, vt inquit Pet. de Ancha. consi. 356. Et serie testamēti. col. 2. versi. Tertio hoc probat, tradit Roma. consil. 131. Prima dubitatio. in princ. & repetit consil. 138. Noua superuenit. circa prin. Idem etiam tradit Soci. consi. 259. Visis, & consideratis. col. 3. versi. cōfirmantur præmissa. lib. 4. vbi dicit, quòd huiusmodi dictiones stant taxatiuè, ita qđ substitutio non extendatur ad alium similem casum, quū de natura dictionum taxatiuarum sit excludere alios casus præter inclusum. Et dicit Dec. in. l. quamuis. col. 2.
7 C. de impu. quòd † licet vulgaris expssa trahatur ad alios casus similes, tamen hoc non procedit, vbi sunt apposita illa verba, tunc, & eo casu; quia stant limitatiuè, & taxatiuè, & latius hoc idem prosequitur consi. 315. Superioribus diebus col. 1. versi. Confirmatur hoc, quia clarum.
8 Item propter † illa verba non aliter, nec alio modo, quæ habent vim conditionis, & inducunt formam specificā, nec recipiunt alium intellectum, & modificationem separatam à verbis, vt Alex. scribit consi. 3. Viso instrumento. col. 2. lib. 1. per not. per glo. in. l. si quidem, quā Bal. ibi valde not. C. de excep. & c. 1 §. denique. col. fin. versi. Sed pone pater, quæ fu. prima cau. bene. amit. Confirmatur prædicta conclusio; quia dum prædicti Don Raymondus de Spes, & Isabella Fabra vinculant totum id, quod dederunt, aut dabunt prędictæ D. Elisabetæ de Spes, & totum id, quod ipsa ab eis quocunque titulo habuerit, vel
9 d. Raymondus ei reliquerit, † aut dederit, hæc enim omnia verba important conditionem, quum sint iuncta relatiuo, quia dicitur totum id, quod, &c. & interpretari debent, si, & quatenus d. Don Raymondus, & Isabella dabunt, & relinquent, quia hoc importat relatiuum iunctum verbo futuri tēporis. l. Stichum qui meus, erit. & ibi Bar. & omnes. ff. de leg. 1. l. nuper. in fi. ff. de leg. 3. & Bar. in. l. inter stipulantem. §. sacram. col. 3. versic. Venio. ff. de verbo. oblig. & in. l. 1. 9. q. ff. de iu. codic. Ad idem tex. in. l. si debitor. §. verisimile. ff. de cōtrahē. empt.
10 quem tex. ibi not. Bar. ad hoc, quòd † relatiuum iunctū verbo futuri temporis, vel quod habeat vim futuri temporis, facit conditionem non collectiuè, sed distributiuè, ac si dictum fuisset quatenus, sed d. Raymondus, & Isabella Fabra nihil donarunt postea d. Isabellæ filiæ eorum primogenitæ in secundis pactis matrimonialibus nisi sub conditione, si ipsa superuiueret parentibus, & post mortem eorum, quæ conditio non extitit, & posito, quod d.
11 conditio † de dando esset tacita, sicut voluerunt quidā, tamen ista tacita conditio impedit natiuitatem actionis, sicut expressa, vt not. in. l. Item quia. in princ. ff. de pac. & in. l. interdum. ff. de verbo. oblig. Præterea considerādum est, quòd sub duplici conditione donatio fuit facta d. Isabellæ, videlicet, si superuiueret parentibus. Item succe-
12 deret in d. Baroniis vt primogenita, & † vtraque conditio debuit impleri; quia vna deficiente non est locus dispositioni. l. hæredi plures. ff. de condi. instit. §. si plures. Insti. de hæred. instit. l. si quis ita stipulatus fuerit. x. ff. de verbo. oblig. glo. in clem. in plerique. in verbo, & populo de elec. Pet. de Ancha. consi. 366. Iste magister. circa fin. Sed in occurrenti casu, d. Isabella decessit ante parentes, & parentes illi superuixerunt, & non potuit succedere in d. bonis, quod fuit positum sub conditione, quia viuens
13 † non habet hæredem. l. quidam. §. 1. ff. de dona. l. fin. C. de pac. l. ex eo. ff. de inuti. stipu. Et si dicatur, quòd illud verbum succedat, intelligitur de successione in spe. Respō-
14 detur, quòd ista est nugatoria responsio; quia verbū † succedat, denotat executionem, & per consequens requiritur, quod successerit cum effectu in bonis, & ita de verbo succedat, ponit Bar. in. l. centurio. post med. versi. Quæro circa prædicta dixi, quòd si ista substitutio. ff. de vulga. cū alijs concord. adductis per Alex. consi. 1. Perspectis ver-
15 bis testamenti. col. 3. verbo † si hæres erit, vt intelligatur de eo, qui adierit hæreditatem, non autem intelligatur, si talis fuerit scriptus hæres, per authoritates ibi per eum alleg. Idem tradit Dec. in. l. hæredem. in fin. ff. de reg. iu. & vltra eos idem ponit Bar. in. l. qui plures. 1. ff. de vulg. & pupil. iuncta. l. si tu ex parte. ff. de acq. hæred. Et facit, quod scribit Bal. in. l. fi. in prin. C. si pēd. appel. mors interue. vbi inquit, quod hæres non dicitur quis, ante quam testamentum sit morte confirmatum, vt. l. si seruus communis Meuij. in prin. ff. de stipu. seruo. Et hoc confirmatur, ex alijs verbis ibi positis, & quæ d. Isabella habebit,
16 nam † illud verbum habere importat dominium, & intelligitur cum effectu. l. habere. ff. de verbo. signifi. l. stipulatio ista. §. habere. ff. de verbo. oblig. & Bart. in. l. Centurio. col. pen. versi. Tertio dubitatur. ff. de vulga. & pupil. Sed circa hoc non opus est insistere; quia illud est indubitatum, quòd d. Isabella primogenita decessit ante mortē parentum, vnde sufficit, quòd ista sola conditio defecerit, vt fideicommisso non sit locus per supradicta. Nec iuuat si diceretur, quòd non videtur posse constitui differentia, quare magis prædicti Raymondus, & Isabella Fabra voluerint in defectum filiorum, si superuiueret parentibus transire bona ad d. D. Annam, & eius descendētes, quam si in vita eorum decederet, est enim hæc fragilis con-
17 sideratio; quia † in conditionibus merè voluntariis non fit extensio ad similem casum, quum disponens non considerauerit de effectu, sed de forma specifica, quæ venit secundum illum modum adimplenda, vt inquit Bart. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 2. versic. Contra hoc oppo. ff. de lib. & posthum. per text. in. l. qui hæredi. in prin. & l. Meuius. ff. de cond. & demon. cuius doctrina ibi communiter approbatur per Scrib. Non obstat etiam, si diceretur, quòd posito quod Isabella non successisset; quia mortua est viuis parentibus, & sic posito, quòd donatio facta d. Isabellæ haberetur pro non facta, & scripta a principio quo ad d. Isabellam, tamen remanserunt subiecta vinculo, & substitutioni factæ in fauorem d. D. Annæ, & eius descendentium, per tex. in. l. vnica. §. 1. C. de cad. tol. & in. l. & qui mortis. ff. de dona. cau. mor. Bar. in. l. quandiu.
18 vlt. ff. de acqui. hære. quia † communiter dicitur, ꝙ etiam si primus substitutus moriatur ante primum grauatum, & conditio suæ substitutionis defecerit, etiam eo mortuo ante grauatum vbi superexistentia eiusdem requirebatur ꝓ validitate suæ vocationis, nihilhominus non deficit secunda substitutio compendiosa, vel fideicommissaria, imò veniunt bona restituenda secundo substituto, vt ꝓbatur etiam in. l. si Titius. & in. l. cohæredi. in princ. ff. de vulg. & pup. & in. d. l. quandiu. ℣sic. his autem. Nā prædictis respondetur, quod d. Raymondus, & Isabella Fabra coniuges apposuerunt donationi collatæ in d. Isabellam primogenitā cōditionē, si d. Isabella sup̄uiueret eius parētibus, & ad eam bona p̄uenirēt, quo casu defectus cōditionis nedum reddidit vocationem inutilem d. D. Isabellæ à sui pincipio, ꝓ non facta, verum extinguit vocationem D. Annæ. Non. n. est locus sequenti substituto, vbi conditio primo apposita non extit, neque fuit verificata, & illo casu non habent locum ea, quæ dicuntur in d. l. quandiu. ff. de acqui. hæred. hoc voluit Ang. in. l. qui habebat. ꝑ glo. ibi. ff. de vulg. & pup. vbi etiam not. illum
19 text. ad hoc,. quod † quando tollitur medium propter quod attingitur ad extremum, tollitur dispositio etiam in ex-

in extremo; & hoc etiam ponit ibi Imo. dicens, ꝙ destructo medio, per quod necessario peruenitur ad finem, destruitur & ipse finis. Idem etiam expresse tenet Pau. de Cast. consi. 152. Præsens dubium videtur formari, & decidi. col. 1. lib. 1. secundum nouissimam impressionem, & ante eum hoc etiam voluit Bal. consil. 162. Quidam fuit substitutus lib. 1. per. d. l. qui habebat, & consil. 279. Factum tale proponitur, quidam nomine Paulus eo. lib.
20 hoc etiam expresse † decidit Alex. consil. 1. Perspectis verbis testamenti. col. 3. lib. 1. quia ibi testator filiũ posthumum instituerat; & si contingeret vxorem non esse prægnantem, vel esse, & partum in lucem peruenire, vel si perueniret, & decederet in pupillari ætate, vel quando cunque sine filiis legitimis substituerat Raymondum eius filium hæredem, seruantem legem testamenti circa quasdam particulares dispositiones, & d. Raymondo quandocunque decedenti sine filiis legitimis, & naturalibus substituit Antonium Speciforam eius nepotem, Deinde accidit, quod d. Raymondus decessit viuo testatore, & sic non potuit esse hæres, deciditur ibi, quod ex quo testator in substitutione facta filio requisiuerat, quod esset eius hæres, & ibi succederet; quòd quia non potuit euenire casus substitutionis primæ, quia Raymondus decesserat viuo testatore, perempto hoc primo gradu substitutionis, substitutio secundo loco facta de Antonio Speciforà non procederet, ex quo testator voluit substitutum esse hæredem, & seruare legem testamenti, & tunc dicit non procedere. l. quandiu. vlt. ff. de acqui. hæred. quia hoc esset contra mentem testatoris, si aliter diceremus, qui noluit esse locum substitutioni, nisi ille esset hæres sibi, seu posthumo, & seruaret legem testamenti, & conditio non fuit impleta, & cum Alex. transiuit Ruy. consi. 135. Viso themate, ac dubiis. col. 2. versic. Et ita etiam in terminis. Et hoc idem latè voluit Corn. qui in eodem casu consuluit consil. 199. In præsenti consultatione. lib. 2. Idẽ etiam, consuluit Alex. consi. 59. Attentis verbis testamenti. col. 3. versic. Quarto probatur. lib. 3. Inuenio etiam, quòd Roma. in d. l. quandiu col. 7. in q. Bar. ibi, de populo. dicit, quòd si vltimo substitutus debet succedere per fideicommissum, si substitutio facta fuerit sub coditione, ea non verificata non est locus vltimæ substitutioni; quia conditio defecit, ita intelligendo tex. in præalleg. l. qui habebat. ff. de vulg. & pupil. Potest etiam non improbabiliter dici, ꝙ leges, quæ inducuntur ad hoc, ꝙ perempto primo gradu, est locus secundo, loquuntur in vltimis voluntatibus, vnde non põt fieri extensio ad ea, quæ fiunt
21 in contractibus, quia † in vltimis voluntatibus latior, & plenior fit interpretatio, quam in cõtractibus, qui sunt stricti iuris. c. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de reg. iur. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. Et tacita aperta rõ, quia illi q se fundat in verbis, pot imputari, cur non legem apertius dixerit. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. secus in vltimis voluntatibus, quæ dependent à voluntate volus; quia non põt imputari hæredi, vel substituto, ꝙ non fecerit, vt testator apertius loqueretur. Si igitur voluissent disponentes, ꝙ d. bona peruenirent ad d. D. Annam, eius descendentes, siue Isabella superuiueret parentibus, siue non, & siue succederet, siue nõ, hoc debebat clarè exprimi; alias quicquid est omissum in contractibus, censetur omissum, ita ꝙ altera partium non potest interpretari, & dicere se hoc modo intellexisse, & non illo, vbi nihil dictum fuit, & ex verbis colligi non potest, vt habetur in d. l. quicquid astringengendæ, & in l. si cum dotem. in prin. ff. sol. matr. & in l. si extraneus. ff. de con-
22 di. ob. cau. & † contractus non recipiunt interpretionem ampliatiuam, etiam si sine ea promissio stare non posset, vt per pulchra exempla cõsuluit Bal. consi. 145. Casus talis est, in quodam instrumento. col. pen. lib. 3. Prætereà non videtur esse locus disputationi, vtrum perempto primo gradu substitutionis admittatur secundo substitutus, ex quo non constat de bonis donatis, vel posito ꝙ cõstaret, fuerunt sub conditione, quæ non euenit, & hoc tollit oẽm scrupulum. Idem dicendum videtur, attento ꝙ prædicti Don Raymondus, & Isabella Fabra voluerunt, ꝙ præmoriente d. Isabella primogenita sine filiis legitimis, & naturalibus, eis relinqueretur libera disponendi facultas, qui etiam superstites disposuerunt. Et cum d. Don Petrus impugnauerit contra d. amitam agentem materiam contentam in d. duobus primis capitulis, suum sortita effectum fuisse ex defectu conditionem, nõ debet posse nunc contrariũ asseuerare; quia ex eo, ꝙ quis impugnat, se iuuare non põt. c. ex eo, de reg. iu. in 6. ponit Bar. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indi. Potest etiam dici, ꝙ d. Don Petrus non est comprehensus in d. capitulis dotalibus, posito sed non concesso, ꝙ valida fuissent, ex his, quæ in themate narrantur, attamẽ non expedit, quia superius fundamẽtum est firmissimũ ad eius exclusionẽ, prout etiam benè ostenditur respondendo ad contraria.

Ostenso igitur, quod d. Don Petrus non potest sumere fundamentũ ex d. duobus primis pactis dotalibus. Superest, vt videan.⁹, an possit se iuuare ex d. vltimis pactis celebratis per D. Isabellam Fabram, cũ D. Anna de Spes eius filia, Don Blasio comite de Sastago de anno. 1515. & clarissimè constat, quòd non comprehenditur, nam ibi dicitur formaliter, quòd si prædicta D. Anna de Spes habebit duos, vel plures filios masculos præsentis matrimonij, filius secundogenitus debeat succedere; & succedat in d. Baronia, castris, villis, & locis desuper recitatis, cũ hoc ꝙ filius secundogenitus, qui succedet in prædictis bonis teneatur deferre, & deferat cognomen, & arma de Spes sine mixtura aliqua, modo non sit religiosus, &c. & si recusauerit, vel non detulerit cognomen, & arma de Spes, prout dictum est, quod ipso facto sit priuatus, & non habebat d. bona, & in eis succedat, & succedere teneatur alter filius masculus præsentis matrimonij procreatus à d. D. Anna de Spes, si fuerit repertus sequẽs in gradu, qui erit obediens, & ita vadant prædicta bona de vno in alium, masculos legitimos, & ex præsenti matrimonio procreatos, & in descendentes illius, seu illorum masculos, & de legitimo matrimonio procreatos, de maiori in maiorem cum dictis conditionibus, qualitatibus, & priuationibus in non deferendo cognomen, & arma, vt dictum est. Pondero, quòd habente d. D. Anna duos, vel plures filios, vocantur filij masculi præsentis matrimonij. Expeditum est autem, ꝙ nepos non venit appellatione filiorum masculorum præsentis matrimonij ex d. Anna, & idem etiam denotatur, dum ibi dicitur, ꝙ alter filius masculus præsentis matrimonij procreatus à d. D. Anna. Vnde d. Don Petrus nepos d. D. Annæ ex his verbis excluditur. Nec venire potest ex sequentibus verbis, & ita vadant prædicta bona de vno in alium masculos legititimos, & de legitimo matrimonio procreatos, & in descendentes illius, seu illorum masculos legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos, de maiori in maiorem, &c. Nã superius facta mentio, ꝙ si habere d. Anna plures filios masculos, secundogenitus deberet succedere in d. Baronia, & locis, cum hoc, ꝙ d. secundogenitus deberet deferre nomen, & arma de Spes, & si recusauerit admittatur sequens filius masculus procreatus à d. Anna ex d. matrimonio. Vnde illa verba, quibus vocantur descendentes illius, & illorum masculi de maiori in maiorẽ, vocantur descendentes illius, & illorum, scilicet, quia vt secundogeniti successerint in dicta Baronia, sicut in præsenti casu occurrit, in quo successit in d. Baronia Don Franciscus secundogenitus, ipse autẽ Franciscus nullos reliquit descendentes, qui videantur vocati, & d. Don Petrus, qui vellet venire nũc ad d. bona, non est de descendentibus, sed collateralis est d. Francisci, illa enim
23 † verba illius, & illorum non solum relationẽ important, sed etiam personalitatem, quandam, ita vt non possint ad alios referri, sicuti quælibet alia pronomina. l. generaliter. in fi. ff. de offi. præsi. l. vnica. §. ne autem. ibi, eum in certum locum abire, & domum suis manibus construere C. de cadu. tol. l. fideicommissa. §. fin. ibi, per ipsum in fieri. ff. de leg. 3. addit Feli. in c. fin. col. 1. de offic. delega. & ꝙ dictio ipse sit personalissima, ponit Bal. consi. 404 No
24 bilis vir. lib. 5. vbi vult, ꝙ † prohibitio facta ipsi hæredi de non alienando tanquam personalis non comprehendit filios hæredis. Ad quod etiam facit, quod Ful. scribit in l. apud Iulianum §. si quis alicui. ff. de leg. 1. vbi
25 † vult, ꝙ si princeps scribit alicui, ꝙ te exerceas, rescriptũ est personale, nec per alium subrogatum potest exerceri, & sequitur ibi Imo. & Pet. de An. ha. in c. priuilegium. circa fin. de reg. iu. in 6. & Ias. in l. a iudice col. 6. 6. limit. C. de iudi. vbi etiam alias authoritates adducit. Et tanto
26 magis id dicendum, quia † tomes in contractibus, qui sunt stricti iuris, & terminos suos non egrediuntur. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. l. veteribus. ff. de pac. & l. in vendendo. ff. de contrahen. emptio. Et licet in eo, quod

quòd D. Isabella Fabra donat baroniam, & loca filiis masculis d. D. Annæ natis ex præsenti matrimonio, & legitime procreatis deberet fieri lata interpretatio, si verba paterentur, sicuti fieri solet in donationibus. c. cum dilecti. de dona. tamen † ex quo substituit deinde d. filijs ma-
27 sculis secundogenitis descendentes ipsorum, hoc continet onus, & grauamen, & ideo fideicōmissa odiosa sunt, & restringenda. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. iuncto. c. odia. de reg. iu. in. 6. & l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. Confirmantur præmissa, quia in d. vltimis capitulis continetur, quòd concordatum fuit inter d. Isabellam Fabram, & D. Annam de Spes eius filiam, q̃ d. Baronia & bona debeant peruenire in d. D. Annam si erit in rerum natura, & si non erit in rerum natura in eius descendentes, sub forma, & modo sequentibus, videndum est, qd ex quo d. substitutio de descendentibus fuit facta sub certa forma, non potest ab ea recedi, & trahi ad alios descendentes, præter quam ad descendentes descendentium ex filiis masculis secundogenitis, qui te-
28 nebantur deferre nomen, & arma de Spes, quia † forma contractus ad vnguem est seruanda, nam forma dat esse rei, & formæ nihil addi, vel detrahi potest, vt Bal. dicit in. l. quotiens. col. 2. versi. ex hoc elicitur. C. de fu. & legit. & vbi aliquid requiritur pro forma, videtur cogitatum non de effectu, sed de modo, ideo non licet extra suos limites addere alia, vt nec etiam possit per æquipollens impleri. c. cum dilecti. de rescrip. l. diligenter. ff. manda. & Bart. not. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 2. versic. Contra hoc oppo. ff. de liber. & posthu. Accedat huic ter-
29 tium, quia † licet substitutio facta in vnum casum non extendatur ad alios casus, vt in terminis. l. fin. vbi Bart. C. de institu. substitu. & in. l. fin. C. de hæred. instit. tamen istud non procedit, quando extensio fieri deberet de persona ad personam, vt in casu præsenti, dato quod in eadem persona militaret eadem rō, & præsumpta mens testatoris. Item etiam dato quod testator verisimiliter idem statuisset in ista alia psona, si de ea fuisset interrogatus, & istud probatur per tex. not. in. l. si quis. §. pen. ff. de testa. tute. vbi si testator dedit tutorem filiis suis, non dicitur dedisse tutorem illi filio, quem ignorabat se habere, & tamen ex præsumpta charitate, & mente patris, si pater de tali filio fuisset interrogatus, verisimiliter idem disposuisset, & ita per illum tex. decidit Aret. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. vers. secundo ad de. ff. de libe. & posthu. vbi etiam ad hoc allegat glo. in. l. Titius. in prin. ff. eod. titu. Et istā decisiōem Aret. sequuntur duo ex modernis doctoribus Ias. consi. 228. In isto themate. 1. dub. lib. 2. Dec. cōsi. 201. Subtilis est casus. col. 5. vbi hoc confirmat ex dictis Oldr. consi. 21. Thema tale est, testator. Et vltra eos bene facit, quod dicit Io. An. in addi. Spec. in tit. de testa. §. in primis
30 in addi. magna, in. 4. q. vbi concludēs † in casu suo substitutionem non trahi de casu scripto ad alium casum omissum, dicit non obstare illud, quod in vltimis voluntatibus mens, & voluntas testatoris prædominatur. l. 3. C. de lib. præt. l. in conditionibus primum locum. ff. de cō ditio. & demonstra. quia per hoc non fit quin casus omissus habetur pro omisso, licet eadem æquitas versetur in omisso, quę in expresso versatur, & hoc fortius, quando in dilatando casum versatur odium. Et ita respondet Per. de Ancha. consi. 356. Ex setiæ testamento. col. fin. dicens, quod licet testator interrogatus in casu omisso idem respondisset, tamen postquam in hoc casu expresse non prouidit, legalis interpretatio ad hunc casum omissum extendi non debet. Ex his igitur patet, q̃ dispositio facta inter Isabellam Fabram, & D. Annam de Spes de descendentibus filiorum secundogenitorum, non debet extendi ad descendentes ex primogenito, tanquam ad alias, & diuersas personas, & quia talis dispositio facta in vno casu non debet extēdi ad casum omissum, si enim hoc procedit in vltimis voluntatibus, multo fortius de-
31 bet procedere in substitutionibus, quæ † fiunt ex contractu, quarū natura est vt magis stricte intelligantur. c. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de reg. iur. nam etiam in contractibus pacta non extēduntur ad alias personas. l. si vnus. §. ante omia. ff. de pac. & casus omissus habetur pro omisso. l. si cum dotem. in princ. ff. solu. matri. l. si extraneus. ff. de cond. ob. cau. Ex prædictis infertur clare solutio ad argumenta, quæ fiunt in oppositum pro parte d. Don Petri, nam omnia illa argumenta tendūt, q̃ ex pactis dotalibus colligitur mens d. contrahentium fuisse, quod secundogenitus ex descendentibus D. Annæ de Spes haberet Baroniam cum delatione nominis, & armorum, & hoc est falsum, quia non potest fieri fundamentum, ad ostendendum talem fuisse dispositionem d. contrahentium ex d. pactis dotalibus, nam ex primis, & secundis pactis hoc non potest colligi, quia fuerunt facta sub conditionibus, quæ non extiterunt, & ideo ex defectu conditionum contractus illi redditi fuerunt nulli cessante voluntate contrahentium, propter quod fit, qd ex contractu conditionali, vbi non est verificata conditio, non possit agi. l. cedere diem. in princ. ff. de verbo. signifi. cum aliis vulg. & in primis ponderandum est, quod d. Don Raymondus, & Isabella Fabra in defectum conditionum reseruarunt sibi facultatem disponendi liberam, quod etiam fecerunt, nam d. Don Raymondus instituit heredem Isabellam Fabram vxorem in d. Baronia, & Isabella Fabra fecit alia pacta dotalia cum d. Anna de Spes eius filia, propterea non veniunt attendenda prima pacta, quæ nulla sunt, & fuerunt, sed vltima, quum etiam hoc statutum sit, quod vltima pacta derogent prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac. Et ideo dicit Iuriscon. in. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. qd nouissima scriptura spectande venit. Si autem d. Don Petrus vult se fundare in d. vltimis pactis factis per d. solam Isabellam Fabram, dilucide ostensum est in superioribus, d. Don Petrum non esse vocatum, quia verba eum non
32 comprehendūt, sed excludunt, nam † illud, quod dicitur, quod mens in contractibus potius inspicienda est, quam verba. l. fin. C. quæ res pign. oblig. cum concor. procedit, quando de mente clare constat, & verba propriè, vel impropriè conueniant menti, alias standū est verbis. l. in ambiguo. & ibi Bar. ff. de reb. dub. dum respondet ad. l. non aliter. ff. de leg. 3. & tradit Alexan. consil. 95. Consideratis his, quæ in themate. circa fin. lib. 3. & actū videtur, quod ex verbis colligitur, & quis videtur habere voluntatem, prout verba sonant. l. labeo. §. idem Tubero. ff. de suppel. leg. & in. l. nepos proculo. ff. de verb. signi. Et egregie dicit Bald. in. c. Rodulphus. col. 3. de re-
33 scrip. q̃ † illud, quod non dicit scriptura, nec nos dicere debemus, quum scriptura suos limites habeat, per tex. in l. fideiussores magistratum. §. Aurelius. ff. de fideius. Et dici potest d. Don Petro, tu es exclusus, quia scriptura de te non loquitur, nihil. n. aliud inquiri debet, nisi qd in instrumento scriptum est, vt not. Bal. in. l. fi. per illum tex. C. de fal. cau. adiec. leg. & non vtitur beneficio scripturæ, qui in ea non est nominatus. l. si binæ. ff. de iniu. nup. testa. & ibi Bal. & Ang. ad hoc not. & idem tradit Bal. in. l. ad probationem. 1. per illum text. C. de proba. Propterea non sufficit quem velle, nisi etiam disponat, quia propositum in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. C. de condit. ob cau. Vnde dicūt Bal. & Imo.
34 in. l. quidam cum filium. ff. de hære. insti. q̃ † non ex voluntate testatoris agitur, sed solum ex ea, quæ transit ad dispositionem. Vnde non sufficit testatorem velle, nisi disponat, & interpretanda voluntate testoris non debemus diuinare, quia in testamentis nihil est ita proprium, sicut claritas, auth. de testa. imperfec. circa fin. per quem tex. ita arguit Bal. consi. 235. Quod d. clausula lib. 5. Nec aliquid facit, q̃ sit eadem ratio in descendentibus ex primogenito, quæ in descendentibus ex secundogenitis, quum idem militet fauor conseruandæ agnationis, nam in superioribus opportunè est ostensum, q̃ in huiusmodi substitutione, quæ continet onus, & grauamen, de casu expresso non potest fieri extensio ad casum non expressum, & casus omissus habetur pro omisso. Nec obstat prædictis, quod in vltimis capitulis matrimonialibus fuerit conuentum, & concordatum, quòd in non mutatis, correctis, & emendatis, seu additis firma remanerent prima capitula de anno. 1511. confecta, quia respondetur, quòd stantibus etiam firmis primis capitulis non potest venire d. Don Petrus tanquam ibi non comprehensus, quia non fuit ibi actum, quòd veniendo bona ad secundogenitum, si ille decederet sine filiis masculis, ea deuenirent ad secundogenitos primogeniti, qui ante fuerat exclusus, & sic cum iste casus ibi fuerit omissus, non potest interpretatione suppleri iuxta superius demonstrata. Præterea illa verba, quod maneant firma contenta in primo capitulo debent referri ad alia multa pacta, quæ ve præsupponitur, ibi continebantur, de quibus in istis vltimis capitulis non fuit dictum, non autem ad maiorica-

tum

...ni, de quo specialiter fuit facta prouisio, & intentio partium verbis expressa, nam † clausula generalis quae subiicitur non refertur ad ea, de quibus contrahentes specificam fecerunt prouisionem. l. vxorem. §. fœlicissimo. in fin. ff. de leg. 3. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulga. & pupil. l. doli clausula. ff. de verbo. obligat. cum aliis suis concord. Habere autem intentionem fundatam prædictus Don Artaldus videtur, quia huiusmodi Baroniæ deferuntur de consuetudine ad primogenitos, vt testatur Io. Fab. in. §. cęterum. circa fin. de legit. agna. succe. quod est etiam satis conforme iuri communi. c. imperialem. §. ducatus. de prohib. alien. per Fede. c. licet. de voto, vbi gl. dicit, quòd nec etiam secundogenito debetur legitima. Habet etiam fundatam intentionem. d. Don Artaldus primogenitus ex quodam capite d. vltimorum pactorum dotalium, vbi cautum est, quòd si secundogenitus, ad quem peruenerint d. bona, decesserit sine filiis masculis, existentibus, seu deficientibus filiabus, tunc bona eius deueniant in fratres, seu consanguineos propinquiores masculos illius successoris, qui mortuus fuerit sine masculis de maiori in maiorem. Et sic casus contingit, quia Don Franciscus secundogenitus d. D. Annæ de Spes, qui successit in d. bonis, decessit nullis relictis filijs masculis, nec fœminis, & per consequens bona peruenire debent in d. Don Artaldum, qui est proximior defuncto, & maior natu, & sic ibi ex mente contrahentium clarè est casus decisus. Ista tamen, quæ de bono iure Don Artaldi dicuntur, dicta sint ex abundanti, quoniam quum ipse possideat d. Baroniam, & futurus sit reus, sumus in regula, quòd actore non probante reus absoluitur, etiam si ipse nihil pstiterit. c. 1. in fin. vt si eccle. benef. l. qui accusare. C. de

36 eden. l. fin. C. de rei vendi. ius enim meti murt ex persona actoris, vt inquit Iurisconsul. in. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. & istud est magnum commodum possessoris, quòd etiam si eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit rem suam esse probare, remanet in suo loco possessio, propter quam causam, quum obscura sunt vtriusque partis iura, contra petitorem iudicari solet, secundũ quod scribit Imp. in. §. commodum. Institu. de interd. Ex prædictis etiam colligitur decisio alterius dubij, in quo quæritur, vtrum d. Don Artaldus primogenitus teneatur deferre nomen, & arma de Spes, & concludendum est, non teneri, ex quo nulla pacta dotalia eum comprehendunt, nec obligant, poterit tamen deferre, si sibi vide-

37 bitur, propter successionem in d. Baronia, alias † non liceret vti alienis armis, & insignibus, vt Bart. scribit in tra. cta. de insigni. & armis. col. 1. per tex. in. l. 1. C. de his, qui poten. nom. & per not. in. §. penul. in auth. de man. prin. Ex alio etiam videtur, quòd non teneatur deferre nomẽ, & arma de Spes, scilicet ex verbis positis in vltimis capitulis dotalibus; quia secundogenitus grauatur tantummodo deferre, non etiam primogenitus, & pœna priuationis hęreditatis secundogenito, quando recusat deferre nomen, & arma, non debet intelligi repetita in primoge-

38 nito, quia † dispositio pœnalis de casu ad casum non extenditur, vt est text. in. l. pater seuerinam. in prin. quam ibi Bar. not. ff. de condi. & demon. & dicit Bal. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 3. versic. & ex hoc infero. ff.

39 de libe. & posthu. quòd † pœnæ non extenduntur ad similem casum, licet alias fieret extensio, ita intelligendo tex. in. c. susceptum. de rescrip. in 6. Et dicit etiam Bal. in l. cum proponas. circa fin. C. de hæred. instit. quòd casus pœnales nõ recipiunt interpretationem extensiuam, seu similitudinariam. l. multa. & l. in testamento. ff. de cõd. & demon. Comprobatur, ex eo, quòd Bal. scribit in. l. fin. 22. q. C. de hæred. instit. vbi inquit, quòd si testator mandat hæredi, quod faciat monumentum sub pœna priuationis hæreditatis, & decedit hæres, & transmittit ius accrescẽdi, hæres hæredis non tenebitur eadem pœna, per. d. l.

40 multa, & dicit esse notan. Et † in proposito, quòd pœna in vno capitulo posita nõ intelligatur repetita in alio, vult glo. in cle. 2. in verbo, sanctioni. de vit. & hone. cler. & glo. fin. in clem. fin. de pœn. Bar. in. l. in testamento. ff. de condi. & demon. & Bal. in. l. cum pater. §. pater certã. post Dyn. ff. de leg. 2. dicens, pœnam non esse de natura contractus; ideo in vno contractu appositam, non censeri in secundo repetitam, & idem tradit Roma. consi. 155. Præmiũm laudum. secundo dub. Et hoc in casu nostro intrepidè videtur tenendum, quia non potest dici, quòd casus sit similis, quum sit dare rationem differentiæ inter primogenitum, & secundogenitum de Alagon, quia primogenitus, qui succedit in comitatu debet deferre nomen, & arma domus suæ, quæ ratio non ita militat in secundogenito, qui non est successor comitatus, & fatuũ esset ad diuersos casus pœnam extendere, propter odium pęnæ. l. si præses. & l. si interpretatione. ff. de pœn. c. in pœnis, de reg. iur. in. 6. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum vbi est receptum pro se, & hæredibus, vi pacti, & inuestituræ, non acquiritur descendentibus, nisi hæredibus, etiam si dictum fuerit pro se, & hæredibus suis masculis, & nu. 3. seruata graduum prærogatiua, vt nu. 10.*

2 *Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum, & in ea apponi possunt pacta insolita, & exorbitantia à communi natura feudorum, & nu. 24.*

4 *Feudum habens originem a fœminis, & datum ad certum seruitium, est transitorium ad fœminas, et dicitur maternum, vt nu. 21.*

5 *Argumentum ab emphyteosi ad feudum, quando, & quomodo procedat.*

6 *Hæredis appellatione in materia transitoria ad quoscunque, continetur etiam extraneus hæres, nisi dictum esset de masculo; secus in materia feudali.*

7 *Feudum quando defertur descendentibus, vt descendentibus; & non vt hæredibus, veniunt descẽdẽtes gradatim, et subordinatè, habito respectu ad illũ, qui vltimo loco feudũ habuit, & nu. 9. & 11.*

8 *Taxatiuarum dictionum natura, est omnia alia excludere, præter expressa.*

12 *Feudum. In successione feudi attenditur proximitas vltimi vasalli defuncti, non autem primi acquirentis, siue sit receptum pro se, & descendentibus, siue pro se, & hæredibus.*

13 *Nepos ex fratre consanguineo, in acquisitione feudi possessi vltimo loco per patruum suum defunctum, non concurrit cum fratre ipsius defuncti vtrinque coniuncto, nec etiam in acquirenda hæreditate. & nu. 19. & 23.*

14 *Hæreditas primi acquirentis vbi est agnita, sicuti non hæreditas defuncti dicitur, sed patrimonium agnoscentis; ita dicendum est in feudo, & nu. 16.*

15 *Feuda tot esse dicuntur, quot successores*

17 *Feudum venit in petitione, & diuisione hæreditatis tanquam ei annexum, & pro eo competit remedium. l. fi. C. de edic. diu. Had.*

18 *Feudum hæreditarium, an sicut in filiũ, transeat in agnatũ; etiam quod agnatus non sit hæres, vel non possit esse hæres.*

20 *Nepos in dispositione hominis non subintrat locum patris, sed excluditur à fratre tanquam proximiori; secus in dispositione legali, ut nu. 26. et 28.*

22 *Feudum. In feudi successione quando, & quomodo admittatur fœmina cum masculis, tam ui pacti, quam ex natura feudi*

25 *Fideicommissaria hæreditas, vbi filio per alium filium est restituenda, eidem restituendum est feudũ simul cum hæreditate.*

27 *Feudorum natura, vbi super ea non est prouisum per iura feudalia, regulatur secundum ius commune.*

CONSILIVM DCLXXIX.



N casu mihi proposito, in quo clarissimi doctores adinuicem dissentientes alius pro patruo, alius pro nepote aduersa consilia reddiderunt. Visis subtilissimis dubiis exhibitis per præstantissimum D. Iudicem in hac causa specialiter deputatum, & quibusdam resolutionibus datis ad ea. Cunctanter, & dubitans accessi ad hanc consultationem, haud ignarus officij mei, qui cum sim vtriq; parti arctissima necessitudine deuictus, cauendum mihi summopere fuit, ne qui author conciliandę inter eos pacis, & amicitiæ esse deberem, alteri patrocinando seminarium quodammodo litis præbere viderer. Videbam quoque, eo quòd diuersa sentirem à pręfatis D. consulentibus trahentibus ad partem suam, quę minime negocio suo accommodata esse viderentur, timendum mihi esse, ne quod aiunt, crabrones irritarem, qui omissa inter eos concertatione, conuersi, aculeis me vnum tanquam communem hostem impeterent. Accedebat ad hæc assidua militum molestia, quæ me ita suspensum, & anxium reddidit, vt animum hac cura, & solicitudine distractum nihil aliud cogitare permittat, nec etiam copia librorum suppetit, vt pote qui sua numerositate impediti, dominum tumultus bellorum fugientem sequi mini mè potuerunt. Istis difficultatibus circumuentus, quid mihi agendum esset non facile expediebã; quotidiana tamen magnifici D. Gulielmi auunculi mei instantia deuictus, cuius authoritas apud me semper plurimum valuit, non potui tandem non eidem præbere assensum, vt in hac ardua, & difficili. q. in qua tot excellentes doctores laborauerunt, quid mihi de iure esse videretur, sibi scripto ederem. Christi igitur, gloriosissimæque eius matris, ac beati Io. Baptistæ nominibus inuocatis, accedendo ad rem omissis argumentis ad vtranque partem, & alia superflua allegationum pompa, iuribus tantum, & rationibus innitendo, aliqua præmittenda esse puto, quibus bene discussis, veritas præsentis consultationis vltro se se offeret, & manifestabit. In primis namque aduertendũ

1 puto, quòd † feudum Centorii, de quo agitur, ex quo receptum est pro se, & hęredibus; non est feudum simplex, neque rectum; & ideò non succeditur in eo secundum specialem successionem feudorum; sed ex vi pacti, & inuestituræ, & ideò non potest acquiri nisi hæredibus, ex quo hoc expresse in pacto, & inuestitura deductum est, ita dicit Iaco. Alua. post Iaco. de Belui. per eum relatum in. c. 1. col. 4. versi. Quæro ab extra. de eo, qui sib. & hære. su. mascu. vbi dicit idem sentire Andr. de Isern. in tit. an agna. vel fil. Idem refert, & sequitur Præpo. in d. tit. de eo qui sib. & hæred. su. col. 4. versic. Post Alua.

2 quæro. Faciat, quia † tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum. c. 1. & ibi not. Bal. de du. frat. à capita. inuest. & in ea possunt apponi pacta insolita, & exorbitantia à communi natura feudorum. c. 1. §. præterea, & §. Item si vasallus. quid sit inuesti. & propter hoc, qd solum descendentibus hæredibus acquiritur, appellatur hæreditarium, Nec censendum est eius naturam esse alte-

3 ratam propter † verbum masculis, adiectum verbo hæredibus, quia quum simus in materia feudali de sui natura transitoria tantum ad descendentes masculos, vt habetur in tit. de succes. feu. & de grad. succed. in feu. & in c. 1. §. hoc quoque sciendum, qui feu. da. pos. non potest dici, quòd verbum masculis fuerit appositum ad restringendum verbum hæredibus, ad ipsos descendentes masculos; quia si fieret talis interpretatio, quum hoc veniat ex natura actus, superflua essent d. verba hęredibus masculis, & starent sine virtute aliquid operandi, cõtra. l. si quãdo. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priui. in. 6. sed potius dicendum est, quòd verbum masculis fuerit appositum ad excludendas fœminas, quæ alias ex natura feudi, quod

4 habuit originem à fœminis, & est conditionatum; hoc est datum ad certum seruitium admitterentur, secundum quòd not. Bal. & Docto. in. c. 1. §. quin etiam. episco. vel Abba. & latius infra ostendetur, & hoc modo intelligendo, vtrunque verbum operabitur, quia verbum hęredibus adiiciet qualitatem hæreditariam descendentibus, quàm sine eo non habuissent, & verbum masculis excludet fœminas, quę admissæ fuissent ex natura feudi fęminei concessi ad certum seruitium, talis enim debet fieri interpretatio, vt ne dum clausula, sed ne quidem minimũ quodque verbum stet sine virtute aliquid operandi, secundum Bal. qui hoc dicit in rub. C. de contrahen. emptio. in. 9. q. per id, quod habetur in. l. hac lege. ff. eo. tit. Nec aliquid facit in proposito alleg. deciso Rayn. de Forli. relata per

5 Bal. in. l. Gaius. ff. sol. matri. quia † quum loquatur in emphyteosi, & sic in materia ad extraneos hæredes transitoria. §. adeo Institu. de loca. l. viam. C. loca. not. Docto. in. §. emphyteosim. de non alien. verbũ masculis nõ erit superfluum, sed operabitur, restringendo verbum hęredibus, quod de sui natura comprehendit extraneos, ac descendentes masculos, quæ restrictio erat superflua in materia transitoria ad ipsos descendentes masculos tantum. Et ideo datur regula in feudis, quòd vbicunque est diuersa ratio, non procedit argumentum de emphyteosi ad feudum, glo. in. c. 1. in verbo refutare. de vasal. qui con. constit. Lotha. & Bal. in. c. 1. an agna. vel fil. & in. c. 1. de contro. int. vasal. & alium. Et quòd dictum Raynerij intelligatur in materia transitoria ad quoscunque hæredes, declarat ipse Bal. in. l. Gallus. §. etiam si à parente. col. 2. versicu. Circa istum. §. etiam quæritur, in verbo, in hoc vltimo verbo subdistingue. ff. de libe. & posthum. vbi expresse faciendo mentionem de dicto Ray. vult, illud habere locum tantum in illo vltimo membro, quod ipse facit de materia transitoria ad hæredes extraneos. Idem declarat Alex. in. d. §. etiam si à parente. col. 2. versic. Secundo in quantum Bar. sic concludit, vbi expresse dicit, Bal.

6 limitare conclusionem Bart. qui † vult, quòd in materia transitoria ad quoscunque, appellatione hæredis comprehendatur extraneus, nisi dictum esset de masculo, & ita dicit disputando tenuisse Rayn. de Forli. Idem declarat Soci. in. d. §. etiam si à parente. col. 3. versic. secundo limita. vbi similiter adducit illud dictum Rayne. pro limitatione suæ tertiæ conclusionis loquentis de dicta materia transitoria ad hæredes extraneos. Et per hoc patet esse sublatum potissimum fundamentum, per quod defendebant, feudum Centorij non esse hæreditarium, super quo non multum insisto, ex quo nedum aduersantes hoc concedunt, sed etiam pro viribus defendere conantur, tanquam arx, & principale fundamentum intentionis suæ. Et D. motiuans etiam in hoc inclinare videtur. Et ideò hoc præsupposito pro constanti, quod sit hæreditarium, & quòd non acquiratur nisi per eos, qui sunt hæredes, vt supra probatum est, secundum And. de Iser. Iac. Alua. & Præpo. in locis præalleg. Aduertendum etiã

7 puto, quòd † quando feudum defertur descendentibus, vt descendentibus, & non vt hęredibus, quod est quando receptum est pro descendentibus, seu liberis nulla facta mentione hæredum, secundum Bal. in tit. an agna. vel fil. col. 3. versi. Ex quo collige tres casus, & ibi And. de Iser. in prin. & communiter per alios tenetur, non omnibus descendentibus simul acquiri feudum; Sed gradatim, & subordinatè ex ordine charitatis, & affectiõis, quæ pręsumitur ex proximitate consanguinitatis, per id, quod habetur in. l. vt iusiurandi. §. si liberti. cum glo. ff. de oper. lib. & in materia feudali habetur in tit. de succes. feu. & de gra. succes. in feu. & de nat. succe. feu. Et iste ordo proximitatis non consideratur habito respectu ad stipitem, seu caput agnationis; sed habito respectu ad illum, qui vltimo loco feudum habuit, vt de hoc est tex. in. c. 1. de nat. succe. feu. in quantum vult, φ feudũ perueniat ad eos so-

8 los, qui sunt de linea illius, qui vltimo loco feudum habuit, & sic quum † loquatur per dictionem taxatiuam solos, omnes alios, qui sunt in aliis lineis excludit, quum de natura dictionis taxtiuæ sit expressa includere, & omnia alia excludere. l. rationes. & auth. quod obtinet. cum glos. C. de proba. l. his solis. C. de reuo. dona. l. sed si tantum. & l. nisi hoc actum. ff. de pac. & tamen clarum est, qd possunt esse multis in aliis lineis, qui erunt proximiores in gradu primo acquirenti, qui deberent admitti ratione proximitatis, si attenderetur affectio, & charitas

9 primi acquirentis. Quinimo in feudo antiquo, φ † acceptum est ab ascendentibus vltra quartum gradum, semper filius excluderetur à feudo proximè possesso per patrem suum à patruo suo, & à quolibet ascendente ipsius patrui, ex quo ipse patruus, & omnes eius ascẽdetes reperiuntur esse proximiores stipiti, seu capiti communis agnationis, vt patet ex computatione graduum, quod dicere esset valde absurdum, & incõueniens, & alienum ab ordine naturali succedendi, & etiam tradito de iure communi ab intestato, de quo habetur in. §. si vero vltra quatuor.

scrip. in verbo, & natura primo curata. auth. de trien. & sem. & in §. primum itaque illud cogitandum. auth. de hære. & falci. & in l. scripto. ff. vnde lib. & in l. si matre. C. de su. & legi. qui ordo etiā in feudis seruari debet, quo ad prærogatiuam graduum, licet nō quo ad qualitatem succedentium, prout est tex. cum glo. vbi etiam not. Bal. in c. 1. de grad. succe. in feu. Et quod dictum est in qualitate proximitatis, vt attendatur quo ad illum, qui vltimo loco feudum habuit, & non quo ad primum acquirentē, idem per omnia dicendum est in qualitate hæreditaria,
10 quando † necessaria est descendentibus ad acquisitionem feudi, quando receptum est pro se, & hæredibus; quia tunc aliter illud habere non possunt, nisi sint hæredes, prout communiter tenetur, & supra ostensum est; quia nō est dare rationem diuersitatis inter vnum casum, & alium; & si aliter diceremus, sequeretur idem absurdum, quod supra dictum est, ex quo etiam feudum tali modo receptum defertur descendentibus hæredibus gradatim, & subordinatè seruata graduum prærogatiua, vt not. per Doct. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. & in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. nam eodem modo in feudo antiquo filius licet hæres primi acquirētis mediāte persona suorum maiorum, per reg. l. fin. C. de hæred. instit. qa hæres hæredis primi testatoris est hæres, nihilominus excluderetur à suo patruo, & eius ascendentibus, qui simili modo essent hæredes primi acquirentis mediātibus suis antecessoribus; qa reperirentur & ipsi hæredes primi acquirentis; sicut & ipse filius, & proximiores eidē, quam sit ipse filius; & ideo vt euitemus hoc absurdum,
11 debemus dicere † etiam quo ad istam qualitatem hæreditariam debere haberi respectus ad vasallum, qui vltimo loco feudum habuit, non ad primum qui feudum acquisiuit. Debet enim in vnaquaque dispositione fieri talis interpretatio, vt non sequatur absurdum. l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbo. oblig. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tut. Et tanto maximè, quia hoc, quod habeatur respectus ad vltimum vasallum, & non ad primum, censetur esse ordinatum à lege, etiam ex præsumpta voluntate primi acquirentis, qui censetur eandē affectionem, quam habuit æqualiter ad plures eiusdem gradus descendentes, eandem continuatiue habuisse ad posteros vnuscuiusque in portione ipsis contingēte, & ideò sicuti in suis portionibus vnumquenque magis prædilexit, ita à morte ipsius, posteritatem quoque suam magis, quam posterioritatem aliorum prædilexisse censetur, & ex hoc affectionem quoque suorum descendentium, affectioni etiam suæ prætulisse, arg. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. Et ideò
12 † recipiendo feudum pro descendentibus hæredibus, debet acquiri descendentibus, qui sunt hæredes vltimi vasalli, & non descendentibus, qui sunt hæredes primi recipientis, & hoc ex concursu voluntatis præsumptæ, & concursu affectionis tam primi acquirentis, quam ipsius vltimi; non enim potest dari bona ratio diuersitatis, quare velit primus recipiens haberi respectum ad affectionē sui descendentis, magis, quam ad suam; & ideò velit vocari ad successionem descendentes magis proximiores illi, quam sibi, & non velit ratione eiusdem affectionis vocari ad successionem magis illum descendentem, qui est hæres sui descendentis, quam illum descendentem, qui est sibi hæres, quum vnuscuiusque intersit habere hæredem. l. & quia defunctorum. ff. de pigno. actio. Ruminetur benè quæso ista ratio, quia est multum viua, & faciēs ad propositum. Et licet ista opinio sit optima ratione fundata, & munita authoritate tex. in ꝓpria materia feudali loquentis; ne tamen indigere videatur approbatione iuris ciuilis interpretum, contentus ero authoritate celeberrimi, & subtilissimi Iuriscon. D. Barth. Soci. qui eam in indiuiduo tenet, in l. si cognatis. col. pen. vel vlt. versic. Sexta, & vltima conclusio, in verbo, pro ista opinione videtur esse tex. ff. de reb. dub. & in consil. 259. Materia præsentis consultationis. col. 13. circa fin. versicu. Sexto confirmatur, & col. 17. versicu. Aliquando]& secundo vocantur. in verbo, confirmatur, & latissime, & pulchre consil. 86. Visis testamento. col. 5. versic. Aliquando. & col. 7. versic. Et pro ista conclusione. 3. lib. Idem expresse tenet Pau. de Cast. consil. 191. Visis, & diligenter examinatis col. 2. versic. Et licet quidam dicā, Idem tenet Curt. Iun. consi. 138. Habita diligenti, & matura consideratione. col. pen. versic. Aggredior igitur. nu. 24. vbi asserit hanc esse communem opinionem, & in prædictis locis latissimè examinant hanc. q. præalleg. Docto. an attendi debeat proximitas primi testatoris, an vero vltimi defuncti. Et licet Soci. in l. si. cognatis. col. 17. versic. Tertium, & vltimum, dicat, quòd non inuenit hanc q. bene decisam in specie, & in d. consi. 249. col. 11. versic. Circa secundam difficultatem. dicat, hanc q. difficilem, & licet in ea pluries consuluerit, tamen quod tūc sibi difficilior videbatur, & in eodem consi. col. 17. versi. & hæc de secunda q. dicat, quod longior sit, quia passus visus est subtilis, & quotidianus, tamen istud procedit respectu materiæ fideicommissi, & aliarum, de quibus principaliter disputat in d. locis, non autem respectu materiæ feudalis, quia istam decisionem, quòd attendi debeat proximitas vltimi defuncti in feudis, tanquam firmam, & indubitatam, & pro qua est casus legis, & quam adducit pro corroboratione decisionis in materia fideicommissi, & aliis, de quibus principaliter loquitur.

Istis sic præmissis, veniendo ad casum propositæ con-
13 sultationis indubitanter concludendum † puto, nepotē ex fratre consanguineo non concurrere in acquisitione feudi possessi vltimo loco per patruum suum defunctū, cum fratre ipsius vtriusque coniuncto, ex quo etiam cū eo non concurrit in acquirenda eius hæreditate. §. reliquum. in auct. de hæred. ab intesta. auct. cessāte. C. de legi. hæred. auth. itaque. c. cōmu. de succe. & non prodest ipsi nepoti, quòd sit hæres mediante persona antecessorum suorum in aliqua parte primi acquirentis; quia eius persona non attenditur, sed vltimi defuncti, vt supra late deductum est, & ex alio etiam ostendi potest; quia postquā
14 † hæreditas d. primi acquirentis, cui erat annexum feudum, fuit agnita per partes à fratribus, ad quos vltimo loco peruenerat mediante persona maiorum suorum, ipse partes agnitæ amplius non dñr esse partes hæreditatis maiorū suorū, nec d. primi acquirentis, sed vnaquæq; pars dicitur esse hæreditas separata illius fratris, qui eam agnouit, arg. not. per glos. & Docto. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. & in l. sed & si plures. §. filio. ff. de vulga. & pupil. pari modo partes d. feudi reperti in d. hæreditate & eidem annexi, non dñr partes feudi, sed feuda insigna de per se, vt dicit Andr. de Iser. in c. 1. §. & olim. col. 1. de suc-
15 ce. feu. & † dicit Bal. in d. c. 1. de succe. §. hoc quoq. col. 5. versi. Quarta conclusio, quòd tot sunt feuda, quot successores. Reperientur igitur esse tres hæreditates separatæ, quia tres sunt fratres, qui eas agnouerunt, & vna
16 quæque hæreditas † habebit feudum suum annexum, ita quòd qui agnouerit vnam ex eis non potest dici acquirere sibi, nisi feudum annexum ipsi hęreditati, quam agnouit, non autem potest acquirere feudum annexum alteri hæreditati, quam nō agnouit, quia ex separatis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Imo dicitur acquisitū
17 feudum per eum, qui illam alteram agnouit, quum † ei ita adhæret, & annexum sit, vt venire dicatur in petitione hæreditatis, & pro eo competat etiam remedium. l. fi. C. de edic. diu. vt per Bal. in c. 1. col. 3. de succes. feu. versi. Quæro ergo, & in c. 1. de contro. inter masc. & femi. col. 1. versi. Quæro si possessio. & in c. 1. col. 3. versi. sed nūquid feudum. an agna. vel fil. Idem tenet And. de Iser. in d. c. 1. §. & olim. col. 2. versi. si feudum datum est tibi, & hæredibus. de succes. feu. & in c. 1. an agna. vel fil. col. 1. versi. hæc sunt magistralia verba, & Iaco. Alua. in d. c. 1. col. 2. versi. non potest dici. de succes. feu. Idem tenet Io. An. in addi. Spec. in tit. de testa. §. pen. in vltima addit. quē refert, & sequitur Alex. & Iaso. in d. l. fin. C. de edic. diu. Venit etiam in diuisione hæreditatis, vt in c. 1. de nat. succes. in feu. & in c. 1. §. omnes. si de feud. fuer. contr. inte. dom. & agna. & ibidem vtrobique not. Bal. & Iaco. Alua. & idem Bal. in l. familiæ. col. 2. versi. Ex qua glo. C. fami.
18 hercis. Nec obstat, si diceretur, quòd † illud, quod dicitur, quòd agnati non acquirunt feudum hæreditarium, nisi sint hæredes, intelligitur, si possunt esse hæredes, & nolunt, secus autem est, quando non possunt, prout etiā dicimus in filio, qui licet non possit habere feudum, qū non vult esse hæres. c. 1. an. agna. vel. fil. c. filius. de Cap. qui cu. vendi. tamen hoc non habet locum, quando non potest esse hæres, secundum Bal. in l. 3. C. de fideicom. & in d. c. 1. an agna. vel fil. col. 3. versi. Iaco. de Belui. sic distinguit, vbi ponit plures casus, in quibus filius licet non habeat hæreditatem patris, tamen habebit feudum, quos referunt, & sequuntur addendo plures alios Iaco. Alua.

& Præpo.in.d.c.1.an agn.vel fil. Quia ad hoc respondetur, ꝙ non est bonum argumentum de agnato ad filiū; nam filius est suus hæres.§.sui autem hæredes. Institu. de hæred.quæ ab intest. & viuente patre intelligitur esse dominus.§.sed sui quidem hæredes. Instit. de hæred. qual. & differen. & post mortem patris dicitur dominium continuari in ipsum.l.in suis.ff.de liber. & posthu. & dicitur quodāmodo ad propria venire. l.1.§.largius.ff. de succe. edic. & ideo non dicitur acquirere feudum, sed acquisitum capere, glo.in.c.1.§.sciendum, in verbo, aut successione, de feud.cognit. quam ad hoc ibi not. Bal. qui etiam dicit, esse menti tenendum pulchrum, & sapidum modū loquendi; & ideo licet quando non vult esse hæres, feudum amittat, quia ipse est in culpa, & propter hanc culpam feudum debet amittere, quia ita disponitur à lege feudali, vt habetur, in.d.c.1.an agna. vel fil. & in.d.c.filius, de Cap. q cu. vend. tamen quando non pōt esse hæres, non potest dici, ꝙ sit in aliqua culpa; & ideo feudum iam sibi quæsitum non debet amittere; regulare enim est in feudis, vt sine culpa nō amittantur; vt habetur in.c.1. de feu.sine cul.non amitt. Hoc enim non potest dici in præsenti casu in agnato, cui hæreditas non defertur, nec aliqua qualitas hæreditaria ei inest, vt possit dici feudum, quod non defertur nisi hæredibus, sibi esse acquisitum, & per consequens, sine culpa ei non debere auferri. Ex
19 alio ēt dicendū est, † nepotem non concurrere cum patruo ad acquisitionem d.feudi, quia vt supra dictum fuit in prin. præsentis cōsultationis allegādo Iaco. de Belui. Iaco. Alua. & Præpo.in.c.1.de eo qui sibi & hæred.su. & And.de Iser.in.c.1.an agn.vel fil.ad hoc feudum, ex quo susceptum est pro se, & hæredibus; non potest veniri ex speciali successione feudorum, sed ex vi pacti, & inuestituræ, per quam prouisum est solum descendentibus, qui
20 sunt hæredes, & † sic sumus in dispositione hominis, & in casu, in quo nepos non subintrat locum patris, sed excluditur à fratre tanquam proximiori, per not. distinct. Bal.in.l.cum ita.§.in fideicōmisso, ff. de leg. 2. quæ latè comprobatur authoritatibus adductis per præstantissimos D.consulentes pro hac parte, & vltra authoritates per eos adductas, sequuntur Bal. Floria. Cuma. Iaco. de Put. alleg. per Dec. in locis inferius allegandis Cuma. consi.106. Mulier instituit.col.2.Cor.consi.131.videtur prima facie. col.2.versi. Item dato.lib.3.& Dec. latè consil.1. Memini me alias per totum, vbi testatur hanc esse cōem opin. & in pluribus alijs consiliis præsertim consi. 408. In præsenti consultatione.col.fin. vbi dicit ita fuisse iudicatum in Rota Romanæ Curiæ dum legeret Florentiæ. Et eandem opinionem tenet idē Dec. in.l.si auię, primo not.C.de succe.edic. & in.l.1.col.17.14. not.C.de secun. nupt. & in feudis eandem opin.sequitur Alex. cōsil.204. Consideratis verbis d.inuestituræ.cōl.2.2.lib. & in emphyteosi idem Alex. scribit consil. 129. Perspectis his, quæ in themate.lib.5. Et secundum eandem opin. consuluit Ias. vt habetur in consi.Rub.Alex.consi.37.qd incipit circa dubium mihi propositum, consuluit etiam notabiliter multis rationibus, & fundamentis Io. Cro. de Monteferrato, vt habetur inter eadem cōsi.Rub.Alex. consi.39.quod incipit. Circa quæstionem mihi propositam, qui duo solemnes doctores sequuntur eandem sententiam, quam ibi secutus fuit idem Rub.Alex.vt ibi videri potest. Et eandem sententiam tenuit idem Rub. Alex. consi.85. Circa dubiū mihi propositum &c. Inuenio idē etiam tenuisse Bal.consi.408.Casus talis est, quidam Titius.lib.3. Quod autem ad istud feudum non possit veniri ex speciali successione feudali, sed tantum ex vi pacti, & inuestituræ, ex alio comprobari potest; quia istud
21 † feudum, quum habuerit originem à fœminis, dicitur feudum maternum, seu fœmineum, in quo feudo de sua natura fœmina non est inhabilis ad succedendum, glo.in c.1.§.filia.in verbo, succedant de succe. feu. quam sequuntur Bal.Iaco. Alua. Præpo.in.c.1.de bene.fœm. & reprobata ibidem glo.asserunt hanc esse communem opinionem, quam etiam tenuit Rom.consi.1.Visis in facto. in prin.consi.33.Viso inuestituræ tenore.& consil.367. Circa primum consultationis articulum. 5. dub. Item
22 dictū † feudum datum est ad certum seruitium, & determinatum, quod decenter potest expediri per fœminam, per se, vel alium nomine suo, quia datum est pro seruitio quatuor balesteriorum, qui seruiant pro vno mense quolibet anno. Sed quando fœmina reperitur habilis ad succedendum in feudo, & feudum datum est pro certo seruitio, quod potest expediri decenter per se, vel alium nomine suo, in tali feudo fœmina admittitur simul cum masculis, vt per Bal.post Iaco. de Belui. per eum relatū, quem etiam sequuntur Iaco. Alua. & Præpo. in.c.1.§. quinetiam.in princ. Episco.vel Abba. & licet doctores ibi loquantur, quando fœmina habilitatur ex pacto, per quod vocantur masculi, & fœminæ, tamen idem dicendū est, quando habilitatur ex natura feudi fœminei, quia nō est dare rationem diuersitatis inter vnum casum, & aliū, non enim fit vis in pacto, sed in habilitate, quæ procedit ex pacto; & ideo ex quacunque causa procedat habilitas, idem dicendum est, & est facta mentio de pacto per doctores magis gratia exempli, quam quod voluerint restringere suam determinationem ad illud, & excludere alias modos, per quos fœmina habilitatur, quum eadē ratio militet in omnibus; & ideo fœminæ sorores defuncti deberent venire ad feudum, si succederetur in eo ex speciali successione feudorum, sed non veniunt, quia excluduntur per pactum, per quod vocantur masculi tantum nulla facta mentione de fœminis, ergo d. masculi non dicuntur venire ad feudum ex successione feudali, sed ex d. pacto, quod eos vocat, & sic ex dispositione hominis, propter quam nepos non potest concurrere cum patruo per distinctionem Bal. superius allegatam.

Reliquum est, vt ad contraria respondeamus, quæ si bene considerentur præmissa, in veritate non obstant. In specie tamen respondendo, dico, quod non obstant. tex.in.c.1.de succes.feu. & in.c.1.§. his vero.de grad.suc
23 ces.in feu.quia vt concedatur, quod † filius subitret in locum patris, tamen ex quo pater ipsius nepotis, si viueret, non posset esse hæres ipsius defuncti, quia excluderetur à fratre vtrinque coniuncto, authen. cessante.C.de legi. hæred. auth.itaq.,C.commu.de succes. Patet etiam quod non posset esse de successoribus, quibus prouisum est per inuestiturā, in qua hæredes nominati sunt, & ideo nec nepos in eius locum subintrando, potest plus iuris consequi, quā pater suus consecuturus esset, si viueret, ex quo hoc ius sibi vendicāt ex persona ipsius. Non est ergo bona consequētia dicere, filius subintrat in locum patris, ergo succedit, nam quod succedat in locum patris, ēt disponitur de iure cōi, & tñ de iure nepos ex fratre consanguineo non succedit cū patruo vtrinq; coniuncto.d.auc. cessante, & §.cū filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. def. Nec obstat, si dicatur, ꝙ licet ab hæreditate excludatur, ꝙ tamen non excludatur à feudo; quia in feudis non attenditur duplex vinculum, quum vnū scilicet maternū sit impertinens, sm̄ Bal.in.d.§.his vero.de grad.succe. qa dico, ꝙ hoc pōt procedere in feudo recto, & simplici, ꝙ acquiritur ex specifica successione feudali, non autem ꝓcedit in feudo hæreditario, quod non ex successione, sed ex pacto acquiritur tm̄ descendentibus, qui sunt hæredes, quia qñ est expressum ad quos peruenire debeat feudum, illud seruari debet etiam contra naturam successionis de iure cōi, & de consuetudine feudorum. c.1.§.præterea, quid sit inuesti.sed est expressū, quod debeat ꝑuenire ad hæredes, ergo qui non sunt hæredes, non venient, licet alias ex successionē, & simplici natura feudorum venirent, quia in stipulationibus, & pactis non intelligitur persona nisi expressa. l.quicquid astringendæ. & l.si ita
24 stipulatus.§.Grisogonus ff. de verb.oblig. semper † enim recurrendum est ad tenorem inuestituræ, quia derogat omni iuri feudorum.c.1.in fin.de duo.fra.a cap. inuest. & dicit Bal.in.c.1.§.deniq;.col.2.quæ fue.prima cau.benefi.amit. ꝙ forma inuestituræ est præcisa; & ab eius tenore nō est recedendum, & in.l.vnica.§.sed & si quis.2. C.de lati.liberti.tol.dicit, ꝙ per inuestituram feudum declaratur, & in.l.quotiens.col.2.C.de su.& legi.dicit, qd qualitas verborum inspici debet, quia forma contractus sunt verba, & forma est, quæ dat esse rei. Nec est inconueniens, quod etiam datis pluribus habilibus ad succedendum in feudo, ille præferatur, qui hæreditatem habitur-
25 est, quia † hoc videmus in fortioribus terminis in filio, cui restituenda est hæreditas ex fideicommisso per alterū filium, vt eidem præferatur in feudo, quod sibi venit restituendum cum hæreditate, per not. per Io. An.in addit. in titu. de loc.§. nunc reliqua.in addi. incip. Quæstio nō esse dubia.iuncta addit. posita super versi.158.& per Bal. in.l.cum virum.col.fin.versi. concludo. C.de fideicom. & per Paul. de Cast. & alios in.l.si patroni.ff.ad Trebel. & maximè

& maximè per Alex. ibid. col, 5. versic. Modo pono si pater habet duos filios. & in.6.col.versic. Sed tenendo, vbi hoc decidit in terminis formando.q.in filio grauato de restituendo hæreditatem alteri filio, vbi etiam dicit suprascriptam decisionem habere locum in feudo recepto pro se, & liberis hæredibus, & sic in feudo hæreditario prout in casu nostro. Si ergo hoc toleratur in filio, qui est suus hæres, & ab intestato sibi defertur hæreditas, & ēt est hæres ex testamento, & nemo eum præcedit in gradu, & nihilominus excludatur ab altero filio propter hæreditatem, quæ ad eum peruenit, quanto magis æquo animo id ferre debet agnatus, si cum sit remotior in gradu, nec sibi deferratur hæreditas ab intestato, nec habeat aliquam aliam qualitatem hæreditariam ab ipso feudo, qđ tantū descendētibus hæredibus debetur, excludatur ab eo, qui est in gradu proximior, ac hæreditatem habiturus est ab intestato. Alio & secundo modo respōderi potest ad
26 tex. præalleg. quòd habeant locum, † quando tractatur de succedendo in feudo secundum naturam feudalem, nō autem quando tractatur de acquirendo feudo ex vi pacti, vel inuestituræ contra naturam ipsius feudi, quia in primo casu sumus in dispositione legali, in secundo sumus in dispositione hominis. Nec est dicendum, prout dicere videtur D. consulens pro nepote, quod non habeat locum ista distinctio in duobus casibus; videlicet, quando agitur de admittendo aliquos ad bona aui, vel patrui; quinimo totum contrariū dicendum est, quia cum in alijs casibus generaliter non habeat locum dispositio, quòd filius subintret in locum patris, prout de hoc videtur esse tex.in.§.1.&.§. si quia igitur defunctus vers. huiusmodi vero priuilegium.in auth.de hæred. ab intest. vbi dicit Ang. illum tex. ad hoc summè notandum, & tenet Bar. in auth. post fratres. C. de leg. hæred. patet, quòd non potest ad eos adaptari d. distinctio, & ideo dicendū est eam habere locum in illis duobus casibus tantum, in quibus solis habet locum d. dispositio. auth. & omnino negandum eam habere locum in feudis, & qui hoc audet dicere, docere debet hoc esse expresse determinatū in feu-
27 dis, alias † stabitur iuri communi, sm̄ q̄ regulari debet natura feudorum. c. cum dilectus. extra de consu. c. 1. de cogni. feu. not. glo. & Docto. in. c. 1. de grad. succes. in feu. Nec obstat illud, quod videtur sentire D. motiuās, quòd hoc censetur expressè esse decisum ex eo, quod decisum est iura ciuilia de successionibus ab intestato in d. duobus casibus, quando succeditur auo, vel patruo, attendi debere; & in his, quæ transeunt ad filios iure successionis, seu filiationis semper filius subintrat locum patris, secundum And. de Iser. & Alex. in locis per eum alleg. quia ad
28 hoc respondetur, quòd † præfati Docto. loquuntur in successione legali feudi, non autem vbi feudum defertur ex dispositione hominis, vt patet ex eorum verbis, & etiam quia tex. in d. c. 1. §. his vero. de grad. succe. in feudo loquitur de d. successione legali, vt patet in prin. c. ideo de ea etiam censendus est loqui And. de Iser. quum dicta Doctorum debeant intelligi secundum terminos legis interpretatæ, secundum Bart. qui hoc not. in. l. non solum. §. liberationis. ff. de libe. leg. & ideo non aduersantur præfatæ distinctioni; quia in isto casu, quando scilicet tractatur de successione, nō negamus habere locum dispositionem illorum iurium, quia hic sumus in dispositione legis. Sed benè negamus habere locum in acquisitione procedente ex pacto contra naturam feudi, quia isto casu sumus in dispositione hominis, & sicut ista distinctio habet locum de iure communi; ita etiam dicimus habere locum de iure consuetudinario feudorum, quia non reperitur contrarium expressè determinatum. Nec hoc dicitur per Alex. nec And. de Iser. qui non faciunt aliquā differentiam inter ius ciuile, & ius feudale; imò vtrunque ius æquiparant, vt quod in successione dicitur de iure Romano, idem sit etiam de iure consuetudinario feudorū, vtroque pariter disponente filium subintrare locum patris in successione aui, vel patrui, & ideo nulla est ratio, quare etiam secundum eos distinctio, quæ fit de iure cōi, non debeat habere locum etiā in feudis. Ista pauca oportuit dixisse ad exiguam hæsitationem præstantissimi D. motiuantis tollendam. Nec inficior potuisse adduci multa cōsi. Alex. Pau. de Cast. & aliorum Doct. quæ alias memini me vidisse, comprobantia tam in emphyteosi, quam in feudo nepotem non succedere simul cum patruo, quando non potest esse hæres emphyteotæ, seu vasalli defuncti, & multa similia potuisse inculcari de more Iuriscon. nostri temporis, quæ consulto à me prætermissa sunt, quia mihi semper placuit magis iuribus, & rationibus pugnare, quam authoritatibus more veterum Doctorum, quorum vestigia semper adoro, & etiam quia in præsentiarum nedum voluminum consiliorum, sed nec lecturarum de materia loquentium copia suppetabat, ita quòd aliquibus paucis libris hinc & inde mendicatis, mihi necesse fuit vti. Egregia tamen doctrina præstantissimi, & in huiusmodi feudorum causis exercitatissimi Iuriscon. D. Commissarii, vt in quibus ipse defecerim cumulatissimè supplere possit. Hoc consilium cum aliis tribus sequentibus sumpsi ex scriptis præstantissimi Iurisconsulti Domini Io. Baptistæ Nattæ fratris mei colendissimi.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, in successione feudi suscepti pro se, & hæredibus, non admittitur quis, nisi & in vniuersa hæreditate succedat.*

2 *Feudi hæreditarij, & ex pacto, & prouidentia tres sunt species, per totum.*

3 *Feudum acquisitum à patre non facta mentione successorum, dicitur hæreditarium, & feudum nouum; & in eo agnati non succedunt.*

4 *Feudi antiqui concessi pro se, & hæredibus successio transit ad quoscunque agnatos (modo sint hæredes) descendentes à primo stipite agnationis communis, & vocatur feudū ex pacto, et p̄uidentia.*

5 *Feudum receptum pro se, & hæredibus num differat à feudo ex pacto, & prouidentia.*

6 *Feudum concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, transit ex pacto, & prouidentia recipientis etiam ad hæredes extraneos.*

CONSILIVM DCLXXX.

Super eodem facto.



IN causa Centorij post redditum à me consilium in fauorem patrui contra nepotē, quia in eo defenditur feudum Centorij esse hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, non improbabiliter modo dubitari cōtingit, quo pacto regulari debeat, an ex natura feudi ex pacto, & prouidentia, quam dubitationem video ortū habere ex radice cuiusdam opinionis aliquorum Doctorum existimantiū feudū pro se, & hæredibus susceptū nō esse ex pacto, & p̄uidentia. Vt ergo p̄missa dubitatio pullulare desinat, subiiciā inferiora. Igitur p̄ totali eius excisione, & cōfirmatione alias p̄ me dictorū, naturā ipsius feudi hæreditarij, & eius species diligenter inuestigandas
1 esse puto. Et † naturā quidē hmōi feudi, à qua ēt recentiores sibi nomen imposuerūt, talē esse existimo, vt in eo q̄s succedere non possit, nisi & in vniuersa hæreditate succedat, vt cōcluditur cōiter p̄ Docto. in. c. an agna. vel fil.
2 Et feudorū † hmōi naturæ tres species esse reperio inter se differentes. Et primā quidē speciē esse feudum paternum,
3 accipiendo strictè pro feudo acquisito à patre, q̄ † est indeterminate receptū nulla specifica mētione facta de successoribus; nam quia ēt est feudū nouū agnati in eo non succedunt. c. 1. §. cum vero. Conradus, qui feu. dar. pos. c. 2. §. nunc si duo fratres. de feu. March. & in. c. 1. in fi. de succ. feu. Filij vero, quibus solis defertur, illud habere nō possunt, nisi sint hæredes, vt in. d. c. 1. an. agna. vel fil. & in. c. filius de Cap. qui. cur. vend. & de isto feudo facit mētionem gl. in. c. 1. §. hoc quoq;. in verbo, inuestire. de succe. feu. & ibidē And. de Iser. exponit paternū. i. hæreditariū, & quia nulli successores, & p̄ consequens nec filij in inuestitura nominati sunt, nō pōt dici, quod acquiratur filiis ex pacto, vel inuestitura, sed solū ex propria, & speciali successione feudorū. Alia, & secunda species feudi
4 hæreditarij est, q̄n feudum est antiquum, † & in inuestitura successores nominati non sunt, & hæredes solum no-

minati sunt, quia dicitur in ea pro se, & hæredibus, & in ista specie feudi non solum filij succedunt, sed etiam omnes alij agnati descendentes à primo stipite, seu capite cõmunis agnationis, quia in feudo antiquo agnati etiam succedunt, vt habetur in titulis de success. feu. de grad. succ. in feu. & de na. succe. in feu. Nihilominus nec agnati, nec filij possunt illud habere, nisi sint hæredes, vt p. And. de Iser. in c. 1. §. & olim. col. 2. versi. si feudum datum est tibi, de succe. feu. & in c. 1. in prin. an agna. vel fil. & in c. 1. & ibi per Docto. de eo qui sib. & hæred. & isti nõ possunt dici, quod veniant ad feudum ex propria natura feudi, quia de eius natura non est, ꝙ agnati debeant esse hæredes; vt habetur in d. c. 1. an ag. vel fil. & in c. filius de Cap. qui cu. vend. Ergo fatendum est hoc prouenire, quia ita dispositum est in inuestitura, & ideò ex pacto, & prouidentia dicendum est illud eos habere. Et hoc est, quod dicunt Iac. de Aure. & Iac. de Belu. relati per Bal. in c. 1. de eo qui sib. & hæred. in §. 1. vbi refert ista verba formalia Iaco. de Aure. Qui stipulatur feudum sibi, & hæredibus suis, hæc verba istud operantur, ꝙ hæredes debeant habere feudum iure expressæ conuentionis, & sic non dicuntur habere iure successionis, & ibidem paulo infra idẽ Bal. refert verba Iac. de Belui. dicentis. Quod si vasallus accepit feudum pro se, & hæredibus suis descendentibus, veniunt ex pacto pp hæreditatem defuncti, & nõ veniũt nisi sint hæredes per se, vel mediam personam; ideoque agnati non succedunt in feudo isto, nisi per hæreditariã viam, & ideo est, quia ita dicunt verba contractus, vnde differentia, quæ fit inter filios, & agnatos infra in c. 1. an agna. vel fil. habet locũ, qñ concessum est feudum simpliciter, secus si sub hæreditario noĩe, quia in eo non succeditur citra ius, & nomen hæredis. Ecce ergo qualiter isti Excell. Docto. antiqui clare volunt feudum receptũ pro se, & hæredibus, ꝙ recentiores vocant hæreditariũ, non esse ex successione, sed ex pacto, & prouidentia. Nec obstat, si dicatur, ꝙ ibidem Bal. videtur reprobare d. Iac. de Belui. quia ad hoc rñdetur, ꝙ maxima est authoritas Iaco. de Belui. quem Iaco. Alua. in prohemio feudo. attestatur inter commentatores feudorum tenere principatum, & ipse Bal. ẽt in prohe. feudo. col. 3. versi. Hanc partem. refert octo vicibus legisse librum feudo. & ideo ei tanquã magis experto credendum est. Alio, & secundo modo rñdeo, quòd ipse Bal. reprobat Iaco. de Belu. solũ in eo, qđ dicit, ꝙ descendẽtes nõ veniunt ad istud feudũ, nisi sint hæredes, quia ipse dicit, quod hoc non est verũ; quia in feudis heres non accipitur pro successore hereditatis, sed pro successore sanguinis, non aũt reprobat in eo, ꝙ dicit, ꝙ descendentes veniunt ad feudum ex pacto, quia hoc ex verbis suis colligi non potest.

Quinimo tantum abest, vt in hoc reprobet ipsum Iaco. vt potius opinionem suam confirmare videatur; quia quando accipitur feudum pro se, & hæredibus intelligitur sm̃ ipsum Bal. de successoribus sanguinis, ergo intelligitur de descendentibus, seu liberis, cum ipsi dicantur esse successores sanguinis; ita quòd nulla inter eos adsit differentia, sed quando feudum accipitur pro se, & descendentibus, seu liberis; cõmunis conclusio omnium Docto. est, ꝙ tale feudum dicatur esse ex pacto. Ergo idẽ erit, quando receptum est pro hæredibus, exponendo secundum Bal. pro successoribus sanguinis, quod idem est, quòd pro descendentibus, seu liberis. Ecce ergo qualiter ipse Bal. idem sentire videtur, ꝙ Iaco. de Belui. quantum ad hoc, ꝙ feudum receptum pro se, & hæredibus sit ex pacto; & ideo non potest dici, ꝙ in hoc ipsum reprobet, sed potius, ꝙ opinionem suam confirmet, quam etiam sequuntur Iaco. Alua. & Præpo. in d. c. 1. de eo, qui sib. & hæred. circa 4. col. in fin. Et licet verbum hæredibus nõ capiatur pro successoribus sanguinis, sed pro successoribus hæreditatis, qui tamen sint de habilibus ad succedendum in feudo, adhuc dicendum est feudum receptum p se, & hæredibus ita esse ex pacto, & prouidentia, sicut feudum receptum pro se, & liberis, quum vtrobique inducatur per pactum, vt discedatur à propria, & specifica natura feudi. In primo casu, quia agnati, qui non debent esse hæredes propter illud pactum coguntur esse hæredes. In secundo casu, filij, qui deberent esse hæredes, admittuntur propter pactum, ẽt si non sint hæredes, & sic vtroq; casu alteratur natura simplicis, & recti feudi propter pactum, per quod qualitas hæreditaria necessaria, filiis remittitur, & eadem qualitas agnatis non necessaria iniungitur; vnde nulla suadet ratio, quare non debeamus dicere idem in vtroq; feudo ꝙ sit ex pacto, & prouidentia, & non ex successione. Et licet feudum ex successione, sit quid diuersum à feudo ex pacto, & prouidentia; quia vnum acquiritur succedendo ex propria, & simplici natura feudi; aliud acquiritur ex pacto contra propriam naturam ipsius feudi; & acquirere secundum naturam, & contra naturam feudi sunt diuersa, & opposita; tamen

5 feudum hæreditarium receptum pro se, & hæredibus, nõ est quid diuersum à feudo ex pacto, & prouidentia; quia d. feudum hæreditarium non acquiritur, ex propria natura successionis feudi hæredibus; sed succedendo in hæreditate acquiritur feudum ipsis hæredibus ex pacto, per quod ita disponitur, vt hæredes illud habere debeant. Et ex istis detegitur error Modernorum existimantium feudum receptum pro se, & hæredibus non esse ex pacto, & prouidentia, quia putauerunt illud esse ex successione, & ab eo non differre, decepti, vt credo, similitudine, quam habent inter se successio, & hæreditas, quia sunt synonima; & ideò respicientes ad hæreditatem, quam necesse est habere, qui volunt acquirere feudum, existimauerunt necessitatem succedendi, quæ est in hæreditate pertinere ad feudum; & ideo feudum ipsum esse ex successione, non intelligentes, qđ successio ipsa est in hæreditate, & non in feudo; & ideo quod hæreditatem habent ex successione, feudum verò ex pacto, per quod disponitur, quòd hæredes illud habere debeant, veluti si quis donaret prædiũ, vel aliam rem hæredibus alicuius, nam licet qui volunt habere illud prædiũ, necesse habeant esse hæredes illius, & dicantur habere eius hæreditatem ex successione, non tamen dicentur habere prædium ex successione; sed dicentur illud habere titulo donationis ex contractu inter viuos, & istæ rationes videntur mihi vrgentes, & efficaces. Tertia, & vltima species feudi hæreditarij est, quando in inuestitura nominati sunt hæredes cũ adiectione quibuscunque; quia dictum est, † pro se, & hæredibus quibuscũ-

6 que. Et in ista specie feudi non solũ succedunt filij, & agnati, sed etiam quicunque extranei, vt per Bal. in l. 1. q. 33. & 48. ff. de rer. diui. & in c. imperialem. col. 5. de prohib. feu. alie. per Fede. & per Alex. & Docto. in l. Gallus. §. etiam si à parente. ff. de li be. & posthu. & isti dicuntur venire ex pacto, & prouidentia, & non ex propria natura successionis, secũdum quam extranei non admittuntur, c. 1. §. & si clientulus. de aliena. feu. c. 1. de succe. feu. not. glo. & Docto. in d. §. ẽt si à parente. & in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. Et super ista specie feudi hæreditarii, quia nõ pertinet ad casum nostrum amplius non insisto. Istis sic vt supra deductis, declaratis, & intellectis, si quæratur, quo pacto regulari debeat feudum Centorij, an ex natura feudi hæreditarij, an feudi ex pacto, & prouidentia. Respondebo, quod regulabitur secundum naturam feudi hæreditarij, quod acquiritur hæredibus ex pacto, & prouidentia contrahentium, qui voluerunt illis tantum prouidere; & ideo nepos ex fratre consanguineo, siue tanquam non hæres ex natura feudi hæreditarij, siue tanquã remotior in gradu, ex eo, ꝙ feudum acquiritur hæredibus ex pacto, & sic ex dispositione hominis, excluderetur à fratre ipsi defuncto vtrinque coniuncto, qui est & hæres, & proximior. Et vna quęq; istarum causarũ, quũ sit sufficiens per se ad excludendum nepotem, tanto magis, quando ambæ concurrunt in vnum, prout concurrũt in casu nostro. Nec istud feudum dicetur regulari ex duabus naturis feudorum inter se diuersis, & contrarijs; sed ex natura vnius tantum; videlicet, feudi hæreditarij, qđ est de genere feudi ex pacto, & prouidentia; & ab eo separari non potest, sicut nec species a suo genere. Et ex præmissis remanet resoluta proposita dubitatio.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum receptum pro se, & liberis, & pro se, & hæredibus sub qua, diuisione feudi accomodetur, & an habeat propriã naturã feudi, vel im ppriã.*

2 *Feudum pro se, & hæredibus; an sit ex pacto, & prouidentia contrahentium receptum, an ex successione, & nu. 6.*

3 *Dictio*

3 *Dictio ex, & dictio propter, an denotent causam proximam, vel remotam.*

4 *Condemnatus de homicidio, si per statutum non potest cancellari de banno, tale statutum non trahitur ad condemnatum de mandato homicidij.*

5 *Actus omnis debet denominari à causa proxima, & immediata, non autem à mediata, & remota.*

CONSILIVM DCLXXXI.

Super eadem materia.



CONsideranti mihi, quæ possit esse ratio, quare cum Doctores in multis locis mentionem faciant de feudo recepto pro se, & hæredibus, quod hæreditarium vocant; & de feudo recepto pro se, & liberis, qđ vocant ex pacto, & prouidentia. Feudistæ tñ in locis ordinariis, vbi diligentissimè prosequũtur diuisiones, feudorum, nullam mentionem faciunt de huiusmodi feudis. Et nihil aliud mihi occurrere potuit, nisi ꝙ putauerunt superfluo id fieri, ꝙ comprehenderentur sub aliis diuisionibus per eos ibidem positis, non enim de insufficientia videntur esse redarguendi. Et consideranti mihi sub qua diuisione possint cadere d. duæ species feudi, occurrit mihi quarta diuisio in ordine, sm̃ Bal. per quam dicitur, ꝙ aliud est feudum, ꝙ habet propriam naturam, aliud impropriam, & ibi dicunt Iaco. Alua. & Præpo. qđ feudũ rectum, & simplex dicitur habere propriam naturam, & feudum simplex, ideò dicitur, quia receptum est nulla facta mentione de filiis, nec hæredibus, sm̃ Bal. qui ita declarat in.c.1.col.3. versic. Ex quo collige tres casus. an agna. vel fil. & ideo, quia in eo succeditur ex propria, & specifica natura successionis feudalis, de qua habetur in.c.1. de grad. succe. in feud. non improbabiliter etiam hmõi feudum posset appellari ex successione. Feudum vero, ꝙ habet impropriam naturam, dicitur secundum Bal. in prohe. feudo. in.d. diuis. quando natura ipsius feudi impropriatur per pactum, & tunc quia vigore pacti, & ex tenore inuestituræ, quæ derogat omni successioni iuris communis, & feudorum, acquiritur istud feudum, non immerito quis illud appellauerit ex pacto, & prouidentia. Quum igitur feudum, ꝙ habet propriam naturam possit dici feudum ex successione, feudum vero, ꝙ hẽt naturam impropriam, possit dici feudum ex pacto, & prouidentia. Videndum est de feudis receptis pro se, & hæredibus, & pro se, & liberis. an habeant naturã propriã, vel impropriam, vt scire valeamus, an censenda sint feuda ex successione, an vero ex pacto, & prouidentia. Et quia de feudo recepto pro se, & liberis nulla est dubitatio; qa omnes Docto. communiter concordant in hoc, quod

2 sit ex pacto, & prouidentia. Dubium† tantummodo restat de feudo recepto pro se, & hæredibus, in quo videtur esse discordia inter antiquos, & Modernos, quia antiqui, vt est Iaco. de Aurel. & Iaco. de Belui. indubitanter volunt illud esse feudum ex pacto, & prouidentia, & ab eo non differre. Moderni vero ponentes dicta feuda tanquam species diuersas, & oppositas inter se contrarium asserere conantur. Videndũ est ergo, quis iustius induat arma; & pro opinione Modernorum videtur facere, quia quum hmõi feudum receptum pro se, & hæredibus non acquiratur nisi per eos, qui succedere possunt in hæreditate, ergo videtur, ꝙ successio hæreditatis sit cã acquirendi ipsum feudum, & per consequens debeat dici ex successione, & nõ ex pacto. In contrariũ facit; quia videtur, ꝙ ita debeat dici feudum ex pacto, & prouidentia, qñ receptum est pro se, & hæredibus, sicut qñ receptum est pro se, & liberis, quia vtroq; casu feudum impropriatur per pactũ, nec magis põt dici impropriari in vno casu, quam in alio. Nã quum sit de natura feudi, vt filij debeant esse hæredes, agnati aũt non cogantur, vt habetur in.c.1. an agna. vel fil. & in.c. filius de Cap. qui. cu. vendi. si contrarium disponatur in vtroq; casu ꝑ pactũ, patet quod et in vtroq; casu dicitur fieri contra naturã propriã ipsius feudi, istum aũt fit sm̃ Docto. quando feudum recipitur pro se, & hæredibus, & pro se, & liberis, quia contra naturã feudi in primo casu agnati cogũtur esse hæredes, in secũdo casu filij contra eiusdem naturam non cogũtur. Ergo vtrobiq; dicendum est d. feuda esse ex pacto, & prouidẽtia, quia cogi esse hæres, & non cogi, non est illud, quod facit impropriate feudum, sed cogi, & non cogi contra naturã feudi, & ita est contra naturam, qñ agnatus, qui non debet esse hæres, cogitur esse hæres; sicut qñ filius, qui debet esse hæres, nõ cogitur esse hæres. Ad illud aũt, quod dicitur, ꝙ quia successio hæreditatis est cã acquirẽdi feudum, ideo debet dici ex successione. Rñdetur, quòd successio non est cã principalis, & immediata acquirendi feudum, quia si dispositum non fuisset per pactũ, vt hæredibꝰ acquireretur, successio hæreditatis nihil operaretur, ex quo per iura feudalia disponitur, vt agnati, etiam qđ non succedant in hæreditate, habeant feudum. Quũ ergo operationẽ suam successio habeat ex pacto; effectus ipsius operationis attribuendus est pacto, & non successioni, & sicut homicidium factum cum ense non attribuitur ensi, sed homini, qui fuit cã operationis ipsius ensis; ita acqsitio feudi facta mediante successione hæreditatis, non debet attribui ipsi successioni, sed pacto, qđ fuit cã operationis ipsius successionis, attenditur enim quod immediatè, & principaliter, & non ꝙ mediatè, & in consequẽtiam agitur. l. fi. ff. de impe. in reb. dot. fac. l. 2. §. idem labeo. ff. ne quid in lo. pub. Et istud est, quod voluit dicere Iaco. de Belui. dum dicit, ꝙ descendentes hæredes veniũt ad huiusmodi feudum receptum pro se, & hæredibus ex pacto ꝑꝑ hæreditatem, & sic vult, ꝙ pactum sit causa ꝓxima, & immediata; hæreditas autem sit causa mediata,

3 & remota, hoc† enim significare voluit per illas dictiones, ex, & ꝑꝑ, nam per dictionem, ex, significatur causa proxima, & immediata, per dictionem, ꝑꝑ, significatur causa mediata, & remota, vt habetur in. l. 1. §. ex incendio. & ibi per Bar. ff. de incen. rui. naufr. & in. l. non dubium, vbi Bart. & Bal. C. de. ll. & ꝑ Bal. in. l. 1. C. si ser. exte. & in. l. qui ꝓprio. §. procurator. versi. nota ꝙ dictio ob, & dictio ꝑꝑ. ff. de procu. Hoc etiã est, ꝙ volui dicere in secundis meis allegationibus, in quantum dixi, ꝙ feudum acquiritur ex pacto cõtra naturam successionis, quæ non requirit, vt agnati debeant esse hæredes, & licet hoc eueniat ꝑꝑ successionem hæreditatis, tñ ipsa successio nõ est in feudo, sed in hæreditate, igitur non ex ea, sed ꝓpter eam feudum acquiritur; & ideo feudum ab ea denominari non debet tanquam à cã proxima, quæ attendi debet,

4 vt supra dictum est. Et ideo notabiliter dicit † Bal. in. d. l. non dubium. 5. no. ꝙ condemnatus de mandato homicidij, non dicitur condemnatus de homicidio, vñ si per statutum condemnatus de homicidio non debet cancellari de banno, hoc non habebit locum in condemnato de mãdato, & hoc est, quia mandatum est cã proxima, & immediata condemnationis, homicidium vero est cã mediata,

5 & remota; ecce qualiter exprcsè Bal. declarat † actum debere dominari à cã proxima, & immediata, & non à causa mediata, remota. Et ideo malè opinati sunt Moderni ponentes huiusmodi feudum receptum pro se, & hæredibus tanquam specie diuersum à feudo ex pacto, & ꝓuidentia, quum contineatur sub eo tanquam species sub gñe, & vt alias dixi, credo hoc illis euenisse ex quadam falsa imaginatione; quia existimauerunt tale feudum esse ex successione, eo, quod ꝑꝑ successionem acquireretur, nõ aduertentes, quod magna differentia est, an feudum acquiratur, ex successione, quod est qñ feudum est rectum, & simpliciter receptum nulla facta mentione de successionibus, quia tunc successores non possunt dici aliter venire ad d. feudum, quam ex propria, & simplici successione feudorũ, ex quo per pactum eis de successione aliter non est prouisum. An vero acquiratur ꝑꝑ successionem, quod est, qñ receptum est pro se, & hæredibus, quo casu agnati contra propriã naturam feudi debent necesse esse hæredes propter pactũ, ꝙ hæredes vocat ad successionẽ, quia in primo casu, successio est cã proxima, & immediata, & ideo feudum debet denominari ab ea. In secundo casu, successio est causa mediata, & remota, & ideo feudum non debet denominari ab ea, sed à pacto, quod est causa mediata, & remota, & ideo feudum non debet denominari ab ea, sed à pacto, quod est causa ꝓxima, & immediata acquisitionis feudi. Quod igitur dicitur de feu-

6 do† ex pacto, & prouidentia, idẽ debet dici de feudo recepto pro se, & hæredibus, quia non differunt inter se specie, sed vnus continetur sub alio, tanquam species sub genere. Feudum autem ex successione, bene differt specie à

feudo ex pacto, & prouidentia, ex quo per vnum succeditur in feudo secundum regularem successionem feudorum, eo quia vt succedatur aliter, per pactum prouisum non est. Per aliud succeditur, contra naturam ipsius successionis, eo quod ita disponitur per pactum, & ideo qd' dicitur de vno, non potest dici de alio; quia quando aliqua differunt specie, vnum de alio prædicari non potest. l. si qua pœna. ff. de verb. sig. Similiter feudum pro se, & hæredibus receptum, & feudum receptum pro se, & & liberis sunt species diuersæ inter se oppositæ, & quia per vnum omnes descendentes coguntur esse hæredes, per aliud nullus cogitur, & quia hoc euenit ex pacto contra naturam propriam ipsius feudi, vtraque dicentur esse ex pacto, & prouidentia; & continebuntur sub eo, tanquam species sub suo genere, & sic feudum ex pacto, & prouidentia prædicabitur de vtroque; quum genus prædicetur de qualibet sua specie, & sic cessabit dubitatio, an feudum possit regulari ex natura feudi recepti pro se, & hæredibus, & feudi ex pacto, & prouidentia, quia dicendum est, quod sic; quia non differunt specie, sed vnum est de genere alterius. Et si bene considerabuntur præmissa, & alia quæ dixi in aliis meis allegationibus, liquidò habebitur veritas istius materiæ. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis successionis natura in agnatis hæreditariā qualitatem regulariter non requirit; secus si feudum sit receptum pro se, & hæredibus, & sic ex pacto, & prouidentia.*

2 *Nepos non subintrat locum patris in dispositione hominis; secus in legali dispositione, & nu. 4. & nu. 9. nu. 20. & 24.*

3 *Primogenitus succedens in feudo, non ex successione feudali illud habere dicitur; sed ex pacto, & prouidentia, vel concessione dn̄ica, vt nu. 5. et. 8.*

6 *Feudum natura non disponitur, sed ex conuentione legem transmissionis assumit.*

7 *Regnum, & imperium, quum apud plures possint esse insolidum, non defertur primogenito, ex eo, quod sit indiuisibile, sed ex solo priuilegio, vel concessione dominica.*

10 *Feudum non proximiori primi authoris, sed proximiori vltimi vasalli defertur, & nu. 13.*

11 *Frater vtrinque coniunctus præcedit in successione fratrem ab vno tantum latere coniunctum.*

12 *Fœmina ab hæreditate maiorum per statutum exclusa, non excluditur à successione eius qui hæreditatē agnouit, & cui ipsa succedere potest.*

14 *Hæreditaria qualitas in feudis est maioris potētiæ, quam qualitas proximitatis.*

15 *Hæres grauatus restituere hæreditatem, cogitur etiam simul cum hæreditate feudum restituere.*

16 *Feudum, vbi concessum est pro se, & hæredibus; nepos, simul cū patruo non succedit, & præsertim si pater eius si viueret, non concurret cum eo in acquirenda hæreditate.*

17 *Feuda non percipiuntur iure hæreditario, sed quodam proprio iure feudorum, adeò quod in ipsis non secundum portiones hæreditarias, sed viriliter succeditur, etiam si non deferatur nisi illis, qui sint hæredes.*

18 *Feudi ius non concernit hæreditatem distributiuè, sed solam qualitatem hæredis denominatiuè, quū qualitas hæreditaria solam personam successoris, & non feudum respiciat.*

19 *Feudum non dicitur hæreditarium, ex eo, quòd aliquid qualitatis hæreditariæ in ipso sit, sed ex qualitate hæredis, quæ debet esse in successore.*

21 *Rubricæ declarant nigrum, & nigrum debet conuenire cum rubro.*

22 *Correctoria iuris antiqui, non recipiunt interpretationem extensiuam, etiam ex identite rationis.*

23 *Feudum pro se, & quibuscunque hæredibus, dicitur absolutè hæreditarium; secus si fuerit concessum simpliciter pro se, & hæredibus; & quare.*

25 *Nepos etiam de iure communi non subintrat locum patris in successione aliorum, quam patrui, & aui, & quid in dispositione hominis. nu. 27.*

26 *Distinguere quid sit.*

28 *Bar. & Bal. sunt duo luminaria magna iuris ciuilis Io. And. Luminare maius iuris canonici. ibid.*

CONSILIVM DCLXXXII.

Super eodem facti specie.



IN aliis meis allegationibus puto satis clare deduxisse, & manifestum fecisse, ꝙ feudū Centorij non defertur agnatis iure successionis feudalis, quia si hoc esset verū, agnati admitterentur ad illud, ēt qd' non essent hæredes; quia† natura successionis feudalis qualitatē hæreditariam in agnatis non requirit, vt habetur in. c. 1. an agn. vel fil. & tñ clarum est, quū sit susceptum pro hæredibus, qd' ad illud aspirare non possunt citra ius, & nomē hæredis, vt cōiter tenetur ibi per Docto. Ex pacto igitur, & prouidentia concedentis iure expressæ conuentionis dicētur illud habere, ꝑ quod ēt necesse est vt dicatur esse feudū ex pacto, & prouidentia, sm̄ opinionem Excellen. Docto. Iaco. de Belu. & Iaco. de Aurel. Et quam ēt sequi videntur And. de Iser. Iac. Alua. & Præpos. locis per me alias alleg. pro qua opinione ēt facit fortissima ratio; q̄a non est dare rōnem diuersitatis, quare feudum susceptū pro descendentibus, & liberis sit magis ex pacto, & prouidentia, quam feudum susceptum pro hæredibus, quū non possit dici esse magis contra naturam feudi remittere qualitatē hæreditariam necessariam filiis, quam eandē qualitatem nō necessariam agnatis iniungere. Ostensum quoq; fuit, ꝙ masculi ex propria natura. d. feudi, ꝙ cōstat esse fœmineum, non possent venire ad totum ipsum feudum exclusus fęminis, nisi hoc fuisset per pactum deductum, & sic non iure successionis ex natura feudi ad illud admittantur, sed iure conuentionis, cōtra naturam ex pacto, & prouidentia concedentis. Quū igitur agnati hoc ius succedendi non habeant à iure feudali, sed à concedē-
2 te, & sic ex dispositione hominis, sequitur, ꝙ† etiam non habebit locū illa dispositio, ꝙ nepos debeat assumere locum patris, quæ limitatur non habere locum in dispositione hominis, ꝑ Bal. in. l. cū ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Nec aliud dicendum est esse in feudis, ex quo cōtrarium non reperitur decisum. Quinimo in ipsis terminis feudalibus rępitur Bar. hoc expresse decidisse in auth.
3 post fratres. C. de legi. hæred. in quantum dicit, ꝙ† primogenitus, quū regnum Apulię sit feudum, non habet regnum ex successione, & hoc ꝓbat allegando. c. 1. de feu. succe. in quo. c. expressè disponitur, qd oēs filij in feudis æqualiter succedant. Est ergo verum dicere, ꝙ primogenitus non habet ex successione, & si non habet ex successione, est etiam verum, ꝙ non tractatur de succedendo
4 auo, vel patruo, ex quo infertur, ꝙ† nepos non assumit locum patris, quia hoc non habet locum, nisi qn̄ succeditur auo, vel patruo, siue ex natura successionis de iure cōi, vt in. §. reliquum versic. huiusmodi vero priuilegium. in authen. de hæred. ad intest. venie. siue ex natura successionis de iure feudali, vt in. c. 1. de feu. succes. & in. c. 1. §. his vero deficiētibus. de gradi. succe. in feu. quia in feudis est q̄dam specialis successio sm̄ naturā feudorū, secūdū quam, q̄ succedunt, dicuntur habere feudū ex successione de iure feudali, vt declarat Bal. vbi ēt Iaco. Alua. & Pręp. in. d. c. 1. col. 3. de feu. succe. de qua ēt meminit Socin. consil. 252. Visis instrumentis. col. 11. libr. 2. Qui vero acquirunt feu
5 dū cōtra naturā † d. successionis feudalis ex pacto in inuestitura apposito, nō dicūtur habere ex successione de iure feudali, sed ex pacto, & ꝓuidētia, seu ex cōcessione dn̄ica; primogenitus ergo quum acquirat feudum cōtra propriam

priam naturam successionis feudalis vocantis omnes filios æqualiter, non dicitur venire ad ipsum feudum ex successione feudali, nec etiam alio iure præter quam ex concessione dominica, vnde inquit Bal. in c. 1. de fil. nat. ex matr. ad morg. quòd successio regni Siciliæ defertur primogenito ex pacto. Et licet Bar. hoc non dicat, probari tamen potest à partibus sufficienter ennumeratis. Quia quũ hoc ius succedendi virtute primogenituræ sit contra ius tam commune, quam feudale, haberi non potest, nisi concedatur, vel ab alqua speciali lege, seu statuto, aut consuetudine, aut priuilegio, vel iure sanguinis, & naturæ, vel ratione rei, quæ indiuisibilis sit; De lege, seu statuto non constat, nec etiam de consuetudine constare potest, ex quo feudum erat nouum in personam regis Caroli aui nepotis; & partis Regis Roberti, & in eo adhuc successum nõ erat, vt posset dici constare de aliqua consuetudine succedendi. Nec etiam potest dici, ꝙ succedatur iure sanguinis, & naturæ, prout in aliis regnis naturalibus, vt dicitur in c. denique. 7. q. 1. & c. licet. de vot.

6 Quia † quum sit feudum natura non disponitur, sed legem transmissionis assumit ex conuentione, ita formaliter dicit Bal. in l. ex hoc iure. col. 2. versic. sexto quæritur

7 ff. de iusti. & iu. Non etiam est dicendum, ꝙ † illud regnũ deferatur primogenito ex eo, quod sit indiuisibile, iux. not. in c. 1. de feu. March. & in c. Imperialem. §. pterea du catus. de prohi. feu. alie. per Feder. Quia vt dicit insignis doctor D. Fran. de Are. consi. 264. Diligenter, & maturè discussis. col. 4. versi. Et pro ista declaratione. Non est bona consequentia dicere ius regni est indiuisibile, ergo nõ potest competere nisi vni; quia regnum, & imperiũ apud plures possunt esse in solidum, allegat Bald. in l. ex testamento. col. fin. C. de colla. qui expressè dicit, quod forma, quod regnum per vnum regatur, non est de iure diuino, neque naturali, sed de iure positiuo, & voluntario. Idem videntur uelle Docto. feudistæ in d. c. 1. de feu. mar. & in d. §. præterea. in quantum concludunt, ꝙ substantia regalium dignitatum sit indiuisibilis, tamen administratio ipsorũ diuidi potest, & etiam dicunt, qđ possunt diuidi, si hoc agatur, vt dignitas regalis pertineat ad vnum, alia autem omnia bona allodialia ad aliud, & tamen si ipsa dignitas regalis non esset communis, & in ea oẽs nõ participarent, non etiam participarent in administratione, & ideo non possent eam diuidere, nec ẽt possent facere diuisionem per suprascriptam assignationem, quum quod commune non est, non possit peti, vt diuidatur; nam vbi non est communio, non habet locũ diuisio. l. magis puto. §. fin. ff. de reb. eo. cum. l. seq. Restat igitur, vt ius succedendi in d. regno primogenito competat ex priuilegio, seu concessione dominica, de qua, quia illa. q. fuit tempore Bar. præsumẽdum est ipsum habuisse de ea notitiam, & eam vidisse, prout etiam eam vidit Bal. qui de anno, & die d. concessionis. & aliis pluribus pactis in ea appositis cõtra naturam successionis feudalis facit mentionem, in l. cum antiquioribus. col. 4. versic. Et quia tales transmissiones. C. de iu. deliber. Reducendo igitur suprascripta ad propositum nostrũ, dico, ꝙ quia Bar. vult,

8 ꝙ † primogenitus non habeat feudum ex successione, quia non acquiritur illud ex propria natura successionis feudalis, quæ vocat omnes filios æqualiter, vt habetur clarè, in d. c. 1. de feu. succe. Et si nõ habet ex successione, non tractatur de succedendo auo, vel patruo, & si non tractatur de succedendo auo, vel patruo, non habet locum dispositio, quod filius assumat locum patris. Ita etiam dicendum est in casu nostro, quod etiam agnati hæredes non habeant feudum ex successione, quia illud non acquirunt ex propria natura successionis feudalis, quæ eos vocat, etiam quòd non sint hæredes, vt clare habetur, in c. 1. an. agna. vel. fil. Hic stringit nodus. Libenter viderem, quo pacto aduersantes ab hoc se absoluant. Barto. non loquitur per ambages, vt egeat Cedipo. coniectore, clarè loquitur, allegat iura, quæ dicunt, & probant, quæ supra dixi, adeo quòd tergiuersari non potest, quin in indiuiduo decidat casum nostrum. Et profecto, qui aliter intelligunt Bar. iudicio meo non benè intelligunt, & coguntur, vel fateri ipsum loqui contra tex. qui habentur, in d. c. de feu. succes. & in d. §. his vero deficientibus, ꝙ nephas est suspicari de tanto viro, vt loquutus fuerit cõtra casus legum, vel coguntur dicere alia quædam insipida, & obscura, quæ vix intelliguntur. Et prædicta locum haberent, etiam si essemus in casu, ꝙ

9 † pater ipsius nepotis esset talis, qui si viueret, succedendo in hæreditate vasalli fratris sui potuisset quoque habere feudum eidem annexum receptum pro hæredibus, sed cum simus in casu, in quo non potuisset hæres esse, & per consequens habere etiam feudum, quia excluderetur à fratre vtrinque coniuncto, tanto magis dicemus ipsum nepotem eius filium excludi, quia in locum patris succedendo, plus iuris consequi non potest, quum pater eius, si viueret, consequi potuisset. Et si dicatur, ꝙ pater excludi non posset à feudo etiam recepto pro hæredibus, ex eo, ꝙ

10 non esset hæres vltimi vasalli fratris sui, quia sufficit, † ꝙ sit hæres primi authoris feudi mediante persona antecessorum suorum; dico, quòd hoc esset verum, nisi esset alius, qui etiam esset hæres primi authoris mediante persona antecessorum suorum, sicut ipse, & etiam sit hæres vltimi vasalli, quia tunc dico, quòd excluditur ab eo, sicut etiam descendens proximus primo authori, excluditur ab alio, qui etiam sit proximior vltimo vasallo, per tex. in c. 1. de natu. succed. in feu. Nec dicimus ipsum omnino inhabilem, sed dicimus eum excludi ab alio, qui habet potiora iura; æquum est enim, vt duplici vtentes iure, eos excludant, qui vno tantum vti possunt, vt dicitur in §. hæc igitur. authen. de consang. & vter. frat. Et videm' in simili in allodialibus, quod ex quo habetur consideratio

11 coniunctionis maternæ, frater † vtrinque coniunctus excludit fratrem ex altero tantum latere coniunctum, ea ratione, quia duo vincula magis ligant, quam vnum. d. §. hæc igitur. & §. sed hodie. Institu. de adop. Ita etiam dicendum est in feudo, vt ex quo receptum est pro hæredibus, & ideo debet considerari qualitas hæreditaria, ille qui est hæres primi authoris, & etiam vltimi vasalli excludere debeat illum, qui tantummodo est hæres primi authoris, eadem ratione; quia duo vincula magis debent ligare, quam vnum, pro quo etiam facit, quia hæreditas, & feudum deueniendo ad successores, desinunt esse hæreditas, & feudum primi authoris, & incipiunt dici hære-

12 ditas, & feudum ipsius successoris, in tantum qđ † si fœmina excludatur à statuto ab hæreditate maiorum suorum, non tamen excludetur, quando hæreditas est agnita per aliquem ex successoribus, cui ipsa fœmina potest succedere, ita specialiter dicit And. de Iser. in c. 1. col. 5. versic. Alij quia constitutio, de natu. succed. in feu. Si ergo quia hæreditas agnita per successores desinit dici hæreditas maiorum, amittit effectus operandi in ipsamet

13 hæreditate, tãto magis dicendum est, quod amittat † effectus operandi in feudo, quod est res separata ab ipsa hæreditate, & profecto prout alias fuit dictum, non potest reddi bona ratio diuersitatis, quare in feudo recepto pro descendentibus, & liberis, in quo cõsideratur proximitas, ipsa qualitas proximitatis consideretur quo ad vltimum vasallum. d. c. 1. de nat. succe. in feu. & non etiam in feudo recepto pro hæredibus, in quo consideratur qualitas hæreditaria, ipsa qualitas ẽt non debet considerari, quo ad vltimum vasallum, & cum primus author rõne affectionis, & ordinatæ charitatis, quã quis præsumitur habere æqualiter ad eos, qui sunt in eodem gradu, & ad vniuscuiusque posteros continuatiuè, magis prospexisse videatur illis, qui sunt proximioribus suis descẽdentibus, quã illis, qui sunt proximiores sibi, nõ cẽseatur ratione eiusdem affectionis, & charitatis prouidendo hæredibus, magis prospexisse illis, qui etiam sunt hæredes suorum descẽdentium, quam illis, qui tantummodo sunt hæredes sui ipsius, quum similis æquitatis ratio similia iura suadere debeat. l. illud. ff. ad. l. aqui. l. fin. C. ad. l. falci. Et tanto ma

14 ximè prædicta procedere debent, quanto † qualitas hæreditaria in feudis videtur esse maioris potentiæ, quam sit qualitas proximitatis; quia qualitas proximitatis, non potest auocare feudũ ab æquè proximioribus, quin in eo æqualiter succedant, ita quod etiam dispositio defuncti in contrarium non valeret, vt habetur, in c. 1. in princ. de feud. succe. Qualitas autem hęreditaria nedum à proximioribus non hæredibus, sed etiam ab his, qui ęquè sunt hæredes auocat feudum, si hæreditas, apud eos irreuo-

15 cabiliter remansura non est. Et ideo † proximior grauatus restituere hæreditatem æque proximiori, cogitur etiã restituere feudum simul cum hæreditate, per not. per Ioã. An. in addi. Specu. in titu. loca. §. nunc aliqua. versic. 158. in add. incip. Quæstio non esset dubia, quẽ sequitur Bal. in l. cum virũ. col. fin. circa fin. C. de fideic. Paul. de Cast. Alex. & alij in l. si patroni. ff. ad Trebel. Idem Alex. consil. 15.

fil. 19. Super eo, de quo quæritur. col. 2. versic. Et idem probatur. libr. 5. & cõsi. 29. Perspectis. col. 5. ver. pro quo facit. eo. lib. Si ergo qualitas hæreditaria est tantæ potentiæ, vt auocet feudum ab æque proximiori, qui est etiam hæres eiusdem hæreditatis, cui feudum est annexum, quãto magis auocabit à remotiori non hærede illius hæreditatis, cui feudum ipsum cohæret. Et profectò ista decisio Io. An. cõiter approbata in locis prælleg. quum loquatur etiam in fortioribus terminis, apponit gladium ad radicem præsentis dubitationis, & cessare facit omnia dubia, quæ vnica resolutione soluuntur, quum solum nitantur, & sustententur ex eo, quod dicatur in feudis nepotẽ
16 assumere locum patris, quia † etiam ꝙ hoc cõcederetur, nihilominus ipse nepos non concurret cum patruo in acquirendo ipso feudo, ex quo etiam pater suus, si viueret, cum eo non concurreret in acquirenda hæreditate, quæ est causa acquirendi d. feudum, quod, quia receptũ est pro hæredibus, nulli nisi hæredibus aperitur; & ideo cum pater sibi non proficiat, non proficiet etiam suis filiis, quorum iura à persona sua dependẽt. Et licet suprascripta fortissime vrgeant, vt ad victoriam consequendã patruo sufficere possint, quia tamẽ & optimis iuribus, & rõnibus supraadductis, & per alias meas allegationes ostensum est in hoc feudo, tanquam ex concessione dominica quæsito, nepotem non assumere locum patris, per not. distinct. Bal. in d. §. in fideicommisso, & etiam per expressam decisionem Bart. in terminis nostris feudalibus in d. auct. post fratres, non ero contentus suprascripta resolutione, sed ad vnum quodq; dubium formaliter, & in specie respondebo. Et pro clariori intelligentia dicendorum, ne æquiuocemus in terminis, aduertendum
17 dum est, quod † feuda non percipiuntur iure hæreditario, sed proprio quodam iure successorio feudorum, ita dicit Bal. in d. c. 1. col. 3. vers. Quæro ergo quo iure de feu. succes. hoc etiam sentit Ang. in §. cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. dum dicit, quod succeditur ad similitudinem feudi hæreditarii, & tamen nullum simile est idẽ l. quod nerua. ff. depo. & dicit Soci. consi. 252. Visis instrumentis. col. 11. lib. 2. quod dicitur esse quædam specialis successio secundum naturam feudorum. Hinc est quod in ipsis feudis non succeditur secundum portiones hæreditarias, sed viriliter, vt not. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libe. not. Bal. in c. 1. §. & quia videmus. versi. æqualiter. de his qui feu. da. pos. Pau. de Castr. in in authen. si parens. C. de inoffic. testa. per tex. in l. si post mortem. ff. de leg. 1. qui loquitur etiam in feudo, quod non acquiritur nisi per illos, qui sunt hæredes, quia etiã tunc est liberè corpus hæreditarium, licet sit ius annexũ, quod reperitur in hæreditate, secundum Bal. in d. c. 1. an agna. vel fil. col. 3. circa fin. & in c. 1. col. 4. versicu. Et est
18 ratio. de feu. succe. Nam † qualitas hæreditaria non respicit feudum, sed solam personam successoris. & ideo d. Bal. in c. 1. col. 3. versic. Iaco. aũt de Belui. sic distinguit, quòd ius feudi non concernit hæreditatem distributiuè, sed solam qualitatem hæredis denominatiuè; & ideo licet quis recipiat qualitatem hæreditariam necessariam ad acquirendum feudum, vel ex dispositione legis, quæ hoc requirit in filio in feudo simplici, & recto, vel ex dispositione hominis, per quam hæredibus prouidetur. Illa tamen qualitas non influit in feudo, vt faciat illud censeri esse quid hæreditariũ, quum ipsi feudo nihil accedat, propter quod immutari debeat naturalis eius dispositio, quæ non est hæreditaria, non secus, ac si quis donaret aliquod allodiale, puta domum hæredibus Titij, nam licet qualitas hæreditaria sit necessaria ad acquirendum d. domum, ipsa tamen non influit in ipsã domum, vt dicantur ipsi hæredes Titij acquirere illam domũ ex successione hæreditaria, tanquam sit quoddam hæreditarium, sed dicentur illam acquirere ex donatione, & sic ex cõtractu inter viuos, & nõ agẽt ad illã actione petitionis hæreditatis, sed actione personali ex stipulatione notarij, per l. quotiens. de dona. quæ sub mo. ita in terminis dicit Dec. consi. 139. Consideratis oĩbus col. 4. versi. Replicatur. Signanter igitur Bal. dum dixit ius feudi non concernit hæreditatem, sed solam qualitatem hæredis, vsus est dictione taxatiua solam, ad ostendendum illud, quod dixi, qđ sola persona hæredis qualificatur per successionem hæreditariam, & non feudum. Ex præmissis declaratur,
19 quòd † feudum non nominatur hæreditarium ex eo, ꝙ aliquid qualitatis hæreditariæ in ipso sit, sed ex qualitate, quæ inesse debet in successore, qui illud vult acquirere, quæ qualitas potest inesse dupliciter, vel ex dispositione legis, quæ hoc disponit in feudo simplici, & recto in filiis, vt debeant esse hæredes, & hoc feudum acquiretur filiis hæredibus ex propria natura successionis de iure feudali, quod eos vocat ad d. feudum cum d. qualitate, vel ex dispositione hominis ex eo, quod feudum receptum sit pro hæredibus. Et quia hoc feudum non acquiritur agnatis, nisi sint hæredes, contra dispositionem iuris feudalis, dicitur acquiri ex pacto, & prouidentia, seu ex concessione dominica, secundum opi. Iaco. de Belui. & Iaco. de Aurel. qui certè non sunt contemnendæ authoritatis inter Docto. Feudistas. Istis sic præmissis pro maiori declaratione, veniendo ad solutionem dubitorum, dico primum, quòd si capiatur feudum pro feudo, quod acquiritur agnatis hæredibus ex pacto contra dispositionem iuris feudalis, quòd non debet fieri differentia inter hanc speciem feudi hæreditarii, & feudum ex pacto, & prouidentia; quia vt pluries dixi non sunt diuersæ species inter se, sed vnum continetur sub alio, tanquam sub suo gene-
20 re. Et † de hoc feudo non debent intelligi loqui iura disponentia, quòd filius teneat locum patris; quia dispositio illorum iurium habet locum, quando tractatur de acquirendo aliquid ex successione, seu de iure cõmuni, seu secundum consuetudinem feudorum, non autem quãdo tractatur de acquirendo aliquid ex dispositione hominis, siue simus in feudis, siue in allodialibus, secundum Bal. in d. §. in fideicommisso. & Bar. in authen. post fratres, qui hoc vtrobique decidunt. Nec verum est, quod d. §. his deficientibus. & d. c. 1. de feu. succe. qui videntur disponere, quòd nepos subintrat locum patris, generaliter loquantur, imò dico quod specialiter loquuntur de feudis acquirendis ex speciali successione feudorum, qđ
21 † apertè declaratur ex rubricis, sub quibus situata sunt d. iura, quæ manifestè intitulantur de successionibus, prout est rub. de feu. succe. & alia de succe. fra. & de grad. succed. in feu. per quas declaratur nigrum, quod etiam loquatur de successionibus, quum nigrum debeat conuenire cum rubro. glos. est, in c. tibi qui. de rescrip. in 6. & in c. si super gratia. de offi. deleg. eo. lib. lex enim videtur loqui de his, de quibus loquitur rubrica, l. Imperator. ff. de in di. adiec. per quam ita dicit Bar. in l. ius emphyteoticũ. col. 2. ℣ si. Tertio modo legitur. C. de fund. par. & sal. lib. 11. & in nigro in d. iuribus hoc etiam expressè dicitur, nam in c. 1. de feu. succes. dicitur, sequitur ergo de successione feudi videre, & in c. 1. de grad. succes. in feu. dicitur, quòd sicut feudum pertinet ad nos per inuestituram, ita etiam ꝑ successionem, & statim cõtinuando ponit ordinem, qui seruari debet, in d. successione, per quam feudum acquiritur. Igitur quum constet manifeste, quod d. iura loquũtur de feudis in specie ex successione acquirendis, allegatæ authoritates Doctorum, qui se fundant in d. iuribus, intelligendæ sunt, vt etiam ipsi loquantur de d. feudis ex successione acquirendis, quum dicta Doctorum intelligi debeant secundum leges, quas allegat, vt not. Bar. in l. nõ solum. §. liberationis. ff. de lib. leg. Si ergo diceremus d. iura loquentia in specie de feudis acquirẽdis ex speciali successione feudorum, debere intelligi etiam de feudis acquirendis ex pacto, & prouidentia, hoc non esset generaliter intelligere, sed extendere d. iura ad casum non specificatum, nec comprehensum in eis, quod quidem de iure fie-
22 ri non potest quia quum † sint correctoria iuris antiqui, non patiuntur interpretationem extensiuam, etiam ex identitate rationis. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. auct. quas actiones vbi not. per glo. Bar. & Doct. C. de sacrosan. eccle. & per Alex. & Moder. in l. si constante. ff. solu. mat. Si vero capiatur feudũ hæreditarium pro feudo simplici, & recto, quod ita potest appellari, quia lex disponit, vt filij, qui volunt illud acquirere debeant esse hæredes, & ita video, quòd à plerisque Doctoribus appellatur; & tunc, quia istud feudum non habetur ex aliqua dispositione hominis, sed ex propria natura successionis, dico, quòd d. §. his deficientibus. debet intelligi de ipso feudo recto loqui, ex quo propriè, & in specie de successione loquitur, vt supra dictum est, & hæc sufficiant, quo ad resolutionem primi dubij. Quo ad secundum, dico, ꝙ quum feudum hæreditarium denominetur à qualitate successoris, & non rei feudalis, quæ non habet in se aliqđ qualitatis hæreditariæ, vt supra ostensum est, non potest dici, quòd tanquam de rebus hæreditariis ordo succedendi

dendi fuerit traditus de iure Romano, quum vsus feudorum eo iure non fuerit cognitus, vt declarant Feudistæ in prælu. feu. Et ideo superueniente d. vsu feudorum, in quo est quædam specialis successio differens à successione hæreditaria, opus fuit tradere nouum modum, & ordinem succedendi, quum ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio.l.de ætate.§.ex causa. ff.de interroga.actio.l.oratione.ff.de ser.l.quāquam.C.si sæp. integ.
23 restit.postul. Nec † Dec. in alleg. consi.295.contrariatur suprascriptis in aliquo, quia nō loquitur de feudo, de quo in casu nostro, sed loquitur de feudo, quod transit ad extraneos hæredes, quia receptū est pro hæredibus, cum adiectione dictionis vniuersalis, quibuscunque, vel omnibus, quod feudum ipse appellat absolutè hæreditarium, quia de eo censetur, tanquam de qualibet re hæreditaria, secundū Bal.in.l.cum virum.col.fin.versic. Aut est feudum hæreditarium.C.de fideicom. vbi dicit, quòd non retinet propriam naturam feudi, allegat.c.1.de feu. non haben.pro. na. feu. & ita ipse Dec. se declarat in fi. consi. de quo feudo, quia non est casus noster, nihil determino. Posset etiam dici, quòd quum iura feudalia multa disponant in successionibus contraria iuri communi, non fuit conueniens, quòd repetantur ea, quæ iam decisa sunt à iure communi, vt aliquid eis addatur, vel detrahatur, nec propter hoc redargui possunt tanquam superflua, & de indubitabili.c.super quæstionū. iuncto.c.cum te.de offi. deleg. Et ideò cum in.d.§.his deficientibus. detrahatur iuri communi, quia disponitur in eo, quod fœminæ non succedant, contra.l.maximum vitium.C. de libe. præte.vt hoc fieret, licitum fuit repetere illud, qđ iam erat decisum à iure communi. Non potest etiam dici, quod omissum fuerit decidere modum succedendi in feudo ex pacto, & prouidentia; quia potest dici, quod fuit decisum in.c.1.§.præterea, quid sit inuest. in quantum dicitur, quod succeditur secundum tenorem inuestituræ, & contra communes regulas successionis tam iuris communis, quam feudalis; & ideo quum hoc feudū non reguletur à successione; nedum necessarium, sed impossibile fuit alium modum, & ordinem dare succedendi in eo. Ad tertium dubium, dico, quòd iura communia disponentia nepotem assumere locum patris, quum
24 † loquantur in successione legali, non habent locum in dispositione hominis, quia de ea nihil disponūt, & ideo non corrigunt ius antiquum, nam quod de vno dicitur, de alio negari videtur.c.disciplina.45.distin.c. vn⁹ ex nobis.2.q.1.l.cum prætor. in prin.ff.de iudi.& etiam quod non mutatur, cur stare prohibetur.§.tribus. in auc.quib. mo.nat.effi. sui.l.si tibi.§.qui filias ex disparibus. ff. de adim. lega. Et ideo non recuso, quin etiam in feudis in hoc sequamur ius commune, vt scilicet illa dispositio habeat locum, quando tractatur de acquirendo feudum ex successione legali feudorum, non quando tractatur de acquirendo feudum ex pacto, & prouidentia, & sic ex dispositione hominis, vt non inducatur differentia inter ius commune, & feudale, vbi expressè inducta non reperitur. Ad illud, quod vltimo loco dicitur, quòd distin-
25 ctio Bal.intelligenda est procedere † in successione trāsuersali remotioris gradus à patruo, quod est, ac si diceretur, quod nepos subintret locum patris in dispositione legali, in d.casu, quia in sua distinctione hoc vult Bald. Dico, quod hoc est contra illud, quod dictum fuit in ipsis dubiis, videlicet, ꝙ licet de iure communi nepos subintret locum patris in successione aui, vel patrui, quod tamen secus est, vbi agitur de successione alterius transuersalis, allegando Ias. in.l.si auiæ.C.de succe.edic. & sic implicatur manifesta contradictio, & certè cum sit communis conclusio Doctorum, quòd iura disponentia nepotem subintrare locum patris absolutè, non habere locum in aliorum successionibus, quam aui, vel patrui, vt expresse firmat Bar. per illum text.in authen.post fratres. quem etiam ibid. sequitur Pau. de Cast. in.l.vt intestato. in prin.C.de su.& legi.& in authen.defuncto.col.2.versic.in glos.quæ incipit. C.ad Tertu. Idem expresse tenet Ang.in.§.reliquum.in authen.de hære.ab intest.ven.Certe aliqua distinctio ad ipsos vlteriores ab auo, vel patruo
26 adaptari non potest, quum † distinguere nihil aliud sit, quam dicere, quòd in aliquo casu habeat locum illud, qđ distinguitur, in aliquo non; vbi autem absolutè negatur aliquod habere locum, clarum est, quod etiam ibidem distinctio locum habere non potest. Et licet Imo.in.d.§. in fideicommisso. dubitatiuè tamen, per dictionem for-
27 tè, sustinendo gl. contra Bal. videatur velle, ꝙ in † successione aui, vel patrui etiā in dispositione hominis nepos assumat locum patris, non tamen hoc affirmat, neq; dicit, quando agitur de successione alterius transuersalis remotioris à patruo. Nec etiam video, quòd Are.consi.suo 164.hoc dicat. Dec.autem in suo consi.217.loquitur incōstanter, nec se firmat, & ingenue fateor, quod ignoro, quid sibi velit, & libenter doceri vellē. De Cur.& Afflic. nihil dico, quia non vidi eos, nunc enim eos non habeo, puto tamen, quod non melius se explicabunt, quam se explicauerit Dec.in.d. consi.217. Iam dudum claudendi sunt mihi riui, quoniam sat prata biberunt, & ideo concludendum arbitror, siue dicamus nepotem subintrare locum patris, siue non, ipsum non concurrere in acquirendo feudo cum patruo, existentibus tam d. distinctione Bal.in.d.§.in fideicommisso.quàm etiam decisione Bar. in.d.authen.post fratres. quæ non video refricari in du-
28 bium. Et profectò † authoritas tantorum virorum maxima debet esse apud iudices, quum sint duo luminaria magna iuris ciuilis, quibus additur etiam authoritas & decisio Io.An.in addit. Spec.in tit. loca.§.nunc aliquā. qui etiam luminare maius iuris canonici censendus est, teste Papa, à quo lux mundi consalutatus esse dicitur. Cætera committo eminentissimæ scientiæ præstantissimi Iurisconsulti, & iudicis, qui per me dicta nouit melius intelligere, quam à me explicari potuerint. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hæreditarium defertur agnatis, quibus ab intestato defertur hæreditas, exclusis illis agnatis ēt in pari gradu existētibus, quibus non est delata.*

2 *Nepos in acquisitione feudi concessi pro se, & hæredibus, & sic ex pacto, & prouidentia contrahentium non concurrit cum patruo.*

3 *Confessio iudicialis per partem acceptata est irreuocabilis; quia transit in contractum, quod tanto magis procedit si fuerit geminata.*

4 *Feudi natura est, vt gratis concedatur, amore, & honore domini, non vt ematur; & in feudo empto venit fœmina magis ex natura contractus, quam ex natura feudi, & nu. 6. vbi dicitur impropriè feudum.*

5 *Beneficiū nō fit mercede, sed ex beneuolētia datur.*

7 *Dictio quicquid, sumitur ex vniuerso, & ab ea nihil excipitur, & est præcisè vniuersalis.*

8 *Feudi natura non est, vt omnis possessio, & directū dominiū trāsferatur, sed tantū naturalis, et vtile.*

9 *Clausulæ quoscunq; hæredes, & habentes cām ab eis, & quibus dederint, æquiparantur, & operantur, vt nedū fœminæ, sed ēt hæredes, extranei intelligantur vocati, & data potestas alienandi.*

10 *Clausula quouis modo, & quocunque titulo valeat disponere, in contractu feudali apposita, comprehendit causam intestati.*

11 *Prohibitio expressa vbi ponitur in rebus, quæ non possunt alienari, operatur, vt illæ nequeant alienari etiam in casibus permissis.*

12 *Feudalia bona, an veniant in genarali dispositione, & nu.17.*

13 *Dictio aliis, est repetitiua similium, & quando est apposita signo vniuersali, īplicat maiora expssis.*

14 *Feudi alienatio vbi est permissa, censetur etiam permissa successio ab intestato, & in ea includitur hæredis institutio.*

15 *Vniuersalis dispositio comprehendit etiam venalia.*

16 *Indefinita quando æquipollant vniuersali.*

18 Spu-

18 *Spurius institutus hæres cum capax fuerit, non reddit testamentum nullum, etiam quod nunquam legitimaretur, adeò quod ei succederetur ex vulgari per substitutum.*

CONSILIVM DCLXXXIII.



IN causa feudali vertente inter patruum, & nepotem ex fratre consanguineo ad inuicem contendentes de successione fratris; pro dicto patruo ex vtroque latere cõiuncto, memini me alias cõsuluisse, in casu magis dubitabili, innitẽs maximè duobus fundamentis, primo, quia dicebam feudum, de quo agebatur, esse hæredi-
1 tariem, & propter hoc, q† agnati, quibus deferebatur hæreditas ab intestato, excludebant alios, quibus non erat delata, etiam quòd essent in pari gradu; quia qualitas hæreditaria ex pacto concedentis erat necessaria ad acquirẽdum feudum, ita quòd eius defectus operabatur, quod feudum potius caderet in commissum, & reuerteretur ad dominum, quam deueniret ad agnatos carentes d. qualitate, ita vltra ea, quæ adduxi, concludit Cur. Iun. in tracta. feu. 1. par. 8. q. princ. in 6. & 7. col. versi. Quarto sub hac prima specie. circa fi. vbi etiam dicit se consuluisse, & hoc esse notandum, quia pauci aduertunt. Secundo, mo-
2 uebar ex eo, quod dicebam, quòd huiusmodi † feudum propter hoc, quod diceretur hæreditarium, non desinebat esse etiam ex pacto, & prouidentia, ex quo agnati nõ poterant illud habere nisi essent hæredes, & hoc proueniebat ex pacto contra propriam naturam feudorum, secundum quam agnati non coguntur esse hæredes. Et ideo dicebam, quod isto casu nepos non ingrediebatur locum patris; quia non succedebatur ex dispositione legis secundum naturam feudalem, sed propter pactum ex dispositione hominis, secundum Bal. ita distinguentem, reprobata glo. ibi in. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. quẽ Raphael Ang. & plures alij sequũtur; & Dec. pluries consuluit, & idem tenuit, in. l. si auiæ. 1. not. C. de succe. edic. & in. l. ex testamento. col. 1. versi. secundo ille. §. cũ filius. C. vnde libe. & in. l. 1. 14. not. de secun. nup. Et hoc idem clare videtur sentire Bar. in authen. post fratres. C. de leg. hæred. inducendo, & declarando prout in d. meo consi. licet ad hoc per alios non soleat allegari, quia aliqualiter, & non bene aduertentibus videtur obscurus; ita quod aliqui non paruæ authoritatis Docto. ausi sunt dicere, quod loquebatur contra casum legis, quam allegabat, quod tamen docui non esse verum, & licet fortasse possit videri mirum, quòd idem feudum possit dici hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia quia; videtur, quòd hoc simul stare non possit, quia à Modernis tanquam diuersæ species feudorum ponuntur, tamen hanc opinionem comprobaui vltra rationes ibidem adductas authoritatibus antiquorum doctorum Excell. in materia feudali, & etiam docui ab hac opinione non abhorrere Bal. Andr. de Isern. Iaco. Alua. & Præpo. & Moder. æquiuocare, dum putant feudum hæreditarium esse idem, quod feudum ex successione. Et ea, quæ dixi in d. causa, tanto magis possunt adaptari ad hanc, quanto ista est minus dubitabilis, vt apparebit ex infra dicendis, quæ facient, vt nõ sit opus ea, quæ dixi, iterum deducere, si tamen fuerit expediens, ea iterum exhibebuntur. Pro solido igitur fundamento pono pro constanti, quòd bona petita propriè non possunt dici feudalia, nec eis iure successorio feudorum per agnatos, sed iure hæreditario per hæredes suc-
3 cedi debet. Et vltra, quod hoc constet per † expressam cõcessionem partis multotiens in suo libello repetitam, & in positionibus etiam cum iuramento asseueratam, cui omnino standum est, quum etiam per partem fuerit acceptata, vt concludunt Docto. in. l. cum precum. C. de libe. cau. & in. l. conditioni. vbi Pau. de Cast. C. de insti. & substi. & per Moder. in. l. error. C. de iu. & fac. igno. & dicit Bal. in consi. scismatis posito super rub. C. si quis aliquẽ testa. prohibu. col. 14. versi. Porro quia vero consonant omnia. quòd qui bis, vel sæpius quid facit, videtur velle, quòd contra id nihil possit opponi, quia vbi secunda venit consideratio, ibi esse præsumitur plena deliberatio, vt inquit Io. An. in addi. Specu. in tit. de instr. edi. §. porro. in addit. quæ incipit subscripto, quòd confessio geminata præsumitur vera, & quando confessio fuit acceptata per partem, non potest reuocari, quia transit in contractum, ergo voluntate vnius partis reuocari non potest. ita Lud. Rom. consi. 433. Quo ad primum, quod sufficit, vlt. dub. Et latissimè consuluit And. Sicu. consi. 18. Præclare scriptum est, col. 13. versi. Et ista sunt. 2. lib. vbi respondet ad omnia, quæ possunt dici in oppositum, istud tamen ex multis aliis cõprobari posset. Et quia d. bona sunt acquisita titulo emptionis, & pro se, & hæredibus recepta, est
4 autem † contra naturam feudi, quòd ematur, quia non prætextu pecuniæ, sed amore, & honore Domini acquirendũ est, vt inquit tex. in. c. 1. de feud. dat. in vi. l. com. & diffinitur per Ober. de Orto compilatorem consuetudinum feudalium in. c. 1. §. in primis. in qui. cau. feu. amit.
5 esse beneficium, quod ex beneuolentia datur, qui autem tantumdem soluit, nullum recipit beneficium. Et ideo dicit Bal. in. l. si quam. C. de oper. liber. quòd illud, qđ fit mercede, non est beneficium, non ergo d. bona transibũt ad agnatos ex concessione, & beneficio domini, quem constat noluisse concedere, neque beneficium conferre, sed vendere, neque ex prouisione acquirentium, qui non ipsis agnatis stipulati sunt, sed bene hæredibus, quibus sicuti sibi, ita & illis quilibet velle prouidere à iure præsumitur. c. 1. de duo. fra. à Cap. inuesti. l. si pactum. ff. de paba. & etiam quòd de illis expressa mentio facta non fuisset, tamen eis intelligeretur stipulatum ex regulari natura contractuum, qui sunt transitorij ad hæredes. l. veteris. C. de contrah. & commit. stip. l. viam veritatis. C. loca. & pp hoc dicit Bal. in. c. 1. §. & quia videmus. col. fin. versi. Quæro qđ in feudo, q feud. da. poss. quẽ refert, & sequtur Alex. in. l. vtrũ. col. 1. versi. Et per hãc legem. ff. de verb.
6 oblig. quod† in feudo iure emptionis quæsito, fœmina succedit magis ex natura contractus, quem ex natura feudi. Et non eundo per mendicata suffragia, quod feudũ emptum non dicatur propriè feudum, & quod de eo idẽ iudicium habendum sit, quod de reliquo patrimonio, cõsuluit Bal. in casu simili feudi per commune Ast. cum similibus pactis, consil. 56. Commune Ast. 3. lib. per hanc potissimam rationem; quia est de natura feudi; vt gratis concedatur per modum donationis, & non quod vendatur, & cum habemus decisionem in terminis tanti doctoris, non esset super hoc vlterius disputandum, tamen vt res clarior reddatur, istud idem potest doceri ex instrumento emptionis d. bonorum, per quod apparet, quòd omne dominium, & omnis possessio translata sunt in emptorem d. bonorum per commune Ast, quia dicitur in eo, quòd transfert quicquid iuris habet proprietatis, domi-
7 nij, & possessionis, dictio † enim quicquid, sumitur ex vniuerso, & ab ea nihil excipitur, secundum Bal. in. c. 1. col. 6. versi. Item Odofr. quærit. de Cap. qui cu. vend. & idem Bal. in. l. cum virum. 2. oppo. C. de fideicom. dicit, quòd est præcisè vniuersalis, de natura autem dictionis vniuersalis est omnia includere. l. pen. ff. de pœn. leg.
8 l. Iulianus. in prin. ff. de leg. 3. Hoc autem † quod omne dominium, & omnis possessio transferatur, est contra naturam feudi, quia directum dominium, & ciuilis possessio debet remanere penes dominum. c. 1. §. beneficium est illud. in quib. cau. feu. amit. c. 1. de inuest. de re alie. fac. & §. rei. & §. fina. de contro. inter vasa. & al. de benc. & ideò dicit Bal. in prohœ. feu col. 15. versic. Quandoque tamen contingit, quòd si pactum fuerit appositum in cõtrarium, quòd recessum est à natura contractus feudi, & alia conuentio inita est; hic autem nullam aliam conuentionem initam possumus dicere, quam eam, de qua apparet in instrumento, & expressè in eo nominatur, quę est emptio, & venditio. Non possunt agnati succedere ex contractu feudali, à quo per pactum recessum est, sed bene hæredes tam ex contractu emptionis, qui dicitur initus, quam ex natura directi dominij, quod in eos translatum est, imò ad alios transire non potest, quam hæredes. l. siue possidetis. C. de probat. l. cum hæredes. ff. de acqui. possess. & eorum ossibus, ita inhærere dicitur, vt ab eis auelli non possit. l. quis ergo casus. ff. de pecu. glo. in l. 3. ff. pro soc. Idem quoque probari potest ex eo, quod
9 † actum est expressè, quòd fœminæ succedant, quæ tamen regulariter prohibentur à feudis. c. 1. §. & quia videmus. qui feu. da. pos. & nedum fœminæ, sed etiam extranei, qui includuntur sub illis verbis geminatis quoscunque, & sub illis verbis, & habentes causam ab eis, quæ æquipollent illis verbis, & quibus dederint, per quæ verba

Bal.

Bal.in.c.1 §. feudum ea lege. si de feu. contro. quem Iaco. Alua. & alij sequuntur, ibidem expresse dicit, quod veniunt extranei, & Ias.consi.155. Vt veritas.col.2.vers. Primum, & potissimum fundam. lib.2. Et etiam per d. verba videtur data potestas alienandi d.bona, & de eis disponendi ad libitum tam in contractu, quàm in vltima voluntate, vt habetur latè in.c.1. de feu. non haben. prop. na.feu. & per Ang.in.l.cum essent.§. per plurimum.ff.de seruit.rustic.præd.& Alex.consi.2. Quoniam omne datum. col.fi.n.versi. Pro hoc etiam allego.lib.5. & consi. 334. Viso, & maturè discusso.col.4.versic. Idem voluit Ang.vbi etiam dicit, quòd illa licentia alienandi hæredis institutionem comprehendit, imò hæc potestas data est in ipso contractu. Et cum defunctus vsus fuerit d.potestate testando in alios, quàm in nepotem, certè non video, quo iure nepos possit ab eis auocare d.bona, & maxime à patruo, in quem si non fuisset expressè alienata testando, essent saltem alienata tacitè ab intestato.l.conficiuntur.in prin.l.si quis cũ nullum.ff.de iu.codicil. ista enim tacita alienatio etiam comprehenditur sub illis verbis, & quibus dederint, vt latissime consuluit Cur.Iun.consi.impresso post suum tractatum feudalem per multas, & optimas rões, & vltra ibidẽ dicta p eũ, allego in terminis Bal.consi.114. Quædam moniales fecerunt.lib.1.vbi hoc expresse firmat in maiore, qui possit testari, prout

10 est in casu nostro, pro quo † etiam faciunt illa verba geminata, & vniuersalia quouis modo, & quocunque titulo apposita in dispositione alienationis, quæ operantur, vt causa intestati comprehendatur, quæ alias non comprehenderetur, vt notanter signat, & firmat Arct.in.l.ventre col.12.versicu. Dicamus ergo, & in.l.Pantonius.§. rei perduellionis.ff.de acqui.hære. Fortificantur præmissa per potestatem expressam concessam de alienando, quæ videretur superfluere stantibus illis verbis, & quibus dederint, vel æquipollentibus, propter quæ verba eadẽ potestas alienandi concessa videtur, ne igitur superfluat, interpretanda est d. permissio alienationis, vt comprehendat etiam alienationem ab intestato, dato quod sub

11 illis verbis non includeretur. Hoc enim † videmus in rebus, quæ non possunt alienari, vt si addatur expressa prohibitio, ꝙ etiam non poterunt alienari in casibus permissis, vt expressa prohibitio aliquid operetur, vt traditur per Docto. in.l.filiusfa.§.diui. ff.de leg.1. quia nedum clausula, sed ne minimum quidem verbum debet stare sine effectu operandi, arg. l.si quando.ff. eo. c.si Papa. de priuil.in.6.tradit Bal.in rub.C.de contrah. emp.q.9. Ex supradictis remanet firma conclusio, quod bona petita non sunt propriè feudalia, ideo nec ad agnatos transmissibilia, quia neque dominus eis beneficium cõferre, neque prædecessores eisdem stipulari voluerunt, sed bene ad hæredes, tanquam bona pleno iure sibi quæsita ex contractu emptionis, & etiam quia tam successio ab intestato, quam ex testamento expresse permissa est, ex latissima potestate concessa de eis alienandis per verba geminata, & vniuersalia. Solum restat respondere aliquibus, quæ obiiciuntur in contrarium. Et primo dum dicitur, ꝙ cẽsenda sunt feudalia, quia expresse concessa sunt in feudum nobile, gentile, antiquum, paternum, & auitum. Ad hoc respondetur, negando de simplici concessione, nisi cum reseruatione pactorum, & conuentionum infra dicendarum, vnde quum per pacta, & conuentiones postea dictas fuerit alterata natura feudi, tam in modo con trahendi, quã in transferendo directo dominio, & modo succedendi, & permissione alienationis, satis patet, quod non possunt dici esse propriè feudalia, constat aũt, ꝙ in feudis admittuntur pacta quantumlibet extranea, & repugnantia naturæ feudorũ.c.1.in fi. de duo. fra. à Ca. inuesti.c.1.§.pen.& fin. quid sit inuesti. & ideo falsum est dicere, quod d. pacta non noceant. Ad aliud, quod obiicitur, ꝙ in testamento non reperitur expresse dispo-

12 situm de bonis feudalibus, & ideo d.bona † non venire in generali dispositione, per tex. in.c.1.§.in generali. si de feu.cont.sit int. Dom.& agna vas. & in.c.1.de Ca.qui cur. ven. & quod not.Bal. in.l.codicillis.§.instituto. ff. de leg.2.Bal.in.l.voluntas.in fin.C.de fideicom. Ad hoc etiam respondetur, negando esse verum, ꝙ expresse non fuerit dispositum de d.bonis, quia & vsusfructus eorum legatus est vxori, & quædam domus existens in platea castri legata est D. Violantinæ testatoris sorori. Igitur quum legando disposuerit, tam de bonis feudalibus, quã allodialibus, certe instituendo hæredem in omnibus aliis bonis, censetur etiam instituisse tam in feudalibus, quã in

13 allodialibus, † per illam dictionem alijs, quæ est repetitiua similium, vt per glo.in.l.si fugitiui.C.de ser.fug. authen.ex testamento.C.de colla.c.sedes. vbi Abba. in fin. de rescrip.tradit Alex.consi.203. consideratis verbis inuestiturę.col.2.liber.2. Et tanto magis, quum fuerit apposita signo vniuersali omnibus, quo casu etiam implicat maiora expressis, secundum Domi. & alios communiter in.c.cum multis.de rescrip.in.6.glo.in cle.1.in verbo quamuis.de re iud.Alex.consi.7.Attentis, & ponderatis statutis.col.3.versic.bene facit, quod not. gl.lib.7. & consi. 95. Repetitis. col.1 versic. facit, quod voluit glo.eo.lib.latissime.And. Sicu.consil.23. Spientissimus dixit.col.2.lib.2.& consil.34. Præclare optimus.col.4. versic. Et mihi videtur de iure dicendum.eo.lib. Secundo respondeo, quod quum probatum fuerit superius,

14 quod permissa alienatione † censetur etiam permissa successio ab intestato, tanto magis erit permissa successio ex testamento virtute institutionis vniuersalis; quia si quis non disponendo in extraneo, censetur relinquere venientibus ab intestato, quanto magis illis censendus est relinquere in eos disponendo licet generaliter, non enim maioris debet esse virtutis tacitum; quam expressum, & tanto maxime, quum sit de natura permissionis alienationis, vt in ea includatur hæredis institutio, vt per Bar.in.l. peto.§. fratre.ff.de leg.2. & in.l.si ita quis.§. ea leg. ff.de verbo.oblig.sequitur Alex.consi.226. Ponderatis verbis testamenti.col.3.versi.Quinto quia.lib.6.& consi.334. Superius allegato. Soci. consil.31. Viso testamento Io. col.3.lib.4.& consil.43. Viso testamento Ser Roberti. col.1.versi. Secundo etiam præmitto aliud clarissimum. eo.lib. Tertio respondetur, quod non sumus in generali dispositione, sed vniuersali facta etiam per verba vniuersalia, quæ quum sint maioris virtutis, quam generalia.l.à procuratore.C.de mand.l.Iulian⁹. & ibi not. Bar.

15 & Bal.ff.de leg.3.ideo † in dispositione facta sub signo vniuersali etiam venalia comprehenduntur, vt not. Bar.

16 in.l.generali.§. vxori.ff.de vsufru.leg. generalis † autem est indefinita, quæ non æquipollet vniuersali, quando non est eadem ratio omnium comprehensorum, vt per Dyn.in rub.de reg.iu.in.6. Bar.in.l.si pluribus.ff.de leg. 2.Bal.in.l.2.ff.de lib. & posthu. Ang.in.l.cum quidam. C.de impu.Imo.& Dom.i.c.vt circa de elec. in.6. & Pau. de Cast.consi.28.In causa quæ vertitur.col.pen.lib.2.secundum nouissimam impressionem, propterea non habet locum illud, quod dicitur in d.§.in generali, vt in ea feudum includatur, secundum Deci.qui hoc expresse tenet in feudo, consi.389. Visa longa serie.col.13. versic. Non obstat. Pro quo facit, quod dicit Bald. in.l.si quis prioris.§.certum.in prin. C. de secun. nup. quod oratio vniuersalis idem operatur, quod specialis. Quarto, & vltimo, vt res clarissima reddatur, adduco in terminis terminantibus Bal.in.d.c.in generali.col.1.versi.Quædam

17 sunt, quæ fuisset empturus, qui † expresse limitat reg.d. .§. vt non habeat locum, quando feudum potest alienari, & ista determinatio videtur, quod apponat gladium ad radicem huius dubitationis. Ad aliud, quod dicitur de incapacitate spurij bonorum, tam feudalium, quam allodialium dicitur, quod dicta incapacitas nõ obstat, quominus potuerit institui, & sub illis modis, sub quibus institutus est, & eidem substitui. Et ad exclusionem venientium ab intestato sufficit testamentum valere, etiam qđ conditiones in eo appositæ nondum purificatæ essent, dummodo in futurum possint purificari, vt docui in aliis meis scriptis, ad quæ me refero gratia breuitatis, & dato,

18 quod † spurius non legitimaretur, & sic remaneret incapax, nihilominus testamentum valeret, & ei succederetur ex vulgari per patruum substitutum.l.2.C. de hæred. institu.l.3.§.fi.ff.d libe. & posth.l.si pater filium. in fi. & ibi glo.ff.de vul. & pup. Bal.in.l.1.in prin. in.2.effectu. 4.q.prin. & in.l.si pater filium.2.opp. ff.de vul. & pu. & cum per hanc viam etiam excludantur venientes ab intestato, quanto magis excludentur ipse nepos, qui non est de illis. Et ideo nescio videre, quomodo possit obtinere in remedio intentato, nec minus video, quæ sint istæ exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, nihil enim fuit oppositum, ꝙ probari oporteat, nec quomodo sumus in casu, ꝙ huiusmodi exceptiones non debeant admitti, nec etiam, quæ sint leges, & decreta ducalia, secundum

cundum quæ censeantur inuestituræ obtētæ per antecessores partium, quum de suprascriptis nihil appareat in processu, si ista declarabuntur, quæ satis inuolutæ, & subobscuræ dicuntur, conabimur pro tenui facultate nostra respondere, & satisfacere voto petentiū. Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Duo rei debendi fiunt, duo fratres, vbi promittunt dotes restituere vxori alterius eorum, & an per diuisionem subsecutam frater intelligatur eius dimidiam soluisse.*

2 *Compensatio quid sit, & an exceptionem compensationi opponens, fateatur vtrinque debitum.*

3 *Confitens aliquid simpliciter, intelligitur fateri totum.*

4 *Legatum faciens animo compensandi cum dotibus vxori, an dicatur fateri se debitorem dotium.*

5 *Testator præsumitur minus grauare hæredem, q sit possibile.*

6 *Præsumptio iuris, trāsfert onus probandi in aduersarium.*

7 *Argumentum à fieri consuetis attenditur.*

8 *Confessio verisimilis etiam facta inter personas suspectas, vt inter virum, & vxorem, patrem, & filium, & similes, inter quas esset prohibita, multum attenditur.*

9 *Confessio superat omne genus probationis.*

CONSILIVM DCLXXXIIII.



Licet ex instrumento dotis de anno. 1541. rogato Matthæus, & Petrus fratres de Rolia † promisserint restituere dotem cum augumento Margaritæ vxori d. Matthæi, & per consequens d. Petrus, si viueret, tenerentur ad restitutionem d. dotis pro dimidia. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. l. vna. C. si plur. vna sen. tamē postquam d. fratres, (quia tempore d. instrumenti stabāt in communione) ex post illinc ad quatuor, vel quinque ānos venerunt ad diuisionem, dicendum videtur, quod per d. Petrum soluta fuerit d. Mattheo dimidia d. dotis, nam quando plures fratres veniunt ad diuisionem mortuo patre, frater, qui habet vxorem, debet de bonis communibus præcipuam habere dotem. l. si filia. §. 1. ff. fami. hercis. l. si maritus. ff. eo. tit. vbi Iuriscon. assignat rōnem, quia vbi onera sunt matrimonij ibi dos collocāda venit. Et ponit de prædictis Spec. in tit. de indi. §. sequitur vide re versic. Quid si communione manente, & hoc bene ostenditur ex testamento d. Matthæi, vbi legauit dotes Margaritæ eius vxori, de quibus constat instrumento recepto per Mattæhum Maialis de d. anno. 1541. & sic perinde habetur, ac si expressisset ipsam quātitatem dotium ibidem descriptam, quia relatum censetur esse in referente. l. asse toto. &. l. illa institutio. ff. de hæred. instit. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. Deinde subdit, quod fecit illud legatum animo compensandi cum ipsis dotibus, ergo si hoc fecit animo compensandi, ostendit, quod ipse solus

2 erat debitor d. dotium, quia compensatio nihil aliud est, quam debiti, & crediti contributio. l. 2. ff. de compen. nemo eñ compensat, nisi id, quod ipse debet, quum compensans dicatur soluere. l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. l. si debitor. ff. qui potio. in pigno. habe. & in terminis adduco Bal. in. l. cum Papin. col. pen. C. de sent. & interlo. om. iud. vbi vult, q opponens exceptionem compensationis fateatur vtrinq; debitum præcessisse, & idem tenet Rom. consi. 77. pater reuerende. versic. Allegatur vlterius, & Dec. in l. non videtur rem amittere. ff. de reg. iur. licet de Bal. non faciant mentionem. Vnde si hoc procedit in excipiente in iudicio, multo magis hoc dicendū in contractu, vel vltima voluntate, vbi non adest aduersarius, neque id, quod dicitur de compensatione, profertur animo impugnandi. Et est aduertendum, quod

3 confessio de d. duobus, debet intelligi, vt confiteantur de tota summa dotium, quia vbi res simpliciter nominatur, intelligitur de tota re, vt not. per glos. & Docto. in l. si rem. ff. de rei vend. & probatur in. l. de pupillo. §. qui nunciat, & ibi no. Bar. ff. de ope. nou. nunc. & in. l. legatis vxori. & ibi Dyn. & Bar. ff. de leg. 2. & not. in. c. 2. de libel. obla. & probatur etiam in. l. si quis cum totum. in prin. ff. de excep. rei iudi. vbi parificatur, q quis petat totum fundum, vel fundum simpliciter. Ad idem tex. in. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. Et

3 vlterius † est considerandum, q non satis habuit testator dicere, q fecit legatum animo compensandi cum d. dotibus, & sic, q erat debitor d. dotum, sed ēt grauauit ad eorum solutionem hæredes suos infrascriptos, & sic filios suos, qui nominantur in institutione hæredis, quod verisimiliter nō fecisset, nisi verè esset debitor d. dotium, quū pater præsumatur diligere filios tanquā se ipsum. l. si quidem. in fin. ff. met. cau. & nullus præsumitur melius capere consilium pro liberis, q̄ pater. l. nec in ea. ff. de adult. præsertim quum filios ēt voluerit habere hæredes; quia

5 † testator præsumitur minus grauare hæredem, q̄ sit possibile. l. Titia. §. quia in vita. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. eo. titu. l. apud Iulianum. §. Scio. ff. de le. 1. Confirmantur præmissa, quia si diceremus, q non fuerit habita ratio d. dotium debitarū d. Matthæo in diuisione, qui sustentaturus erat onera matrimonij, sequerentur, q voluisset iactare suum, quod iura non præsumunt. l. cum de indebito. ff. de proba. c. super hoc. de renunc. Et quum

6 hæc sit præsumptio iuris, q nemo psumatur iactare suū, succedit illud, q præsumptio iuris transfert onus probādi in aduersarium, vt per Bal. & alios in. l. siue possidetis. C. de proba. Succedit etiā alia verisimilitudo, quia in d. diuisione habita fuit ratio successionis cuiusdam Ludouici, dotis maternæ, & cuiusdam partis scutorum quinquaginta solutorum cuidam mercatori Ianuensi. Vnde non est credibile, q dotes d. Margaritæ in satis notabili summa existentes trāsiissent in obliuionem; quia qui in minimis diligens est, non præsumitur esse negligens in magnis, &

7 arduis. Videmus etiam † communiter fieri, vbi fratres veniunt ad diuisionem, q detrahunt dotes vxorum in primis, & eas præcipuas habent, vnde attenditur q fieri solet. c. cum M. Ferrar. ibi, sicut consueuit, de constit. quem tex. Ant. de Butr. Imo. & cæteri ibi valde not. & l. si plurius. §. recte placuit, vbi Bar. ff. de aq. plu. arc. l. vt liberis ibi, vt assolet fieri & ibi late Mod. C. de colla. Est enim alia euidens coniectura, quod d. Matthæus percepit dotes vxoris in diuisione, quia tunc prædia quædam dotalia quæ pertinebant ad eum ratione dotis vxoris recepit, & nunc sunt penes eum, vel verius apud eius filios, & præsumitur eos habere potius ex causa necessaria, quā voluntaria, vt dicit Pau. de Cast. consi. 133. Iste martinus ex deductis. circa fin. lib. 2. secundum nouissimam impressionem, & comprobatur ex not. per Bar. in. l. triticum. ff. de verbo.

8 oblig. Has coniecturas ego collegi; quia † confessio verisimilis multum attenditur, etiam si fiat inter personas suspectas, inter quas esset prohibita, vt patet ex not. per Sali. in. l. si mater. C. de cont. emp. dicens, quod licet confessio mariti, q emerit feudum de pecunia vxoris, suspecta sit pp donationem, quæ inter virum, & vxorem prohibetur, tamen si sit verisimilis, vt quia vxor aliunde bona habuisset, attenditur. Sic etiam de confessione patris, qui confitetur habuisse pecunias à filio in potestate, licet sit multum suspecta, vt per glo. in. l. qui testamento. ff. de proba. si tamē verisimilis sit, vt quia in veritate filius erat in aliquo exercitio, & lucrabatur, illa confessio iustificatur, vt tradit Ang. consi. 153. pater emit feudum pro se, & filiis Alex. consil. 18. Consideratis his, quæ in themate. col. 1. lib. 3. & tenet etiam cum prædictis Ias. consil. 184. Circa legitimationē Cæsaris. 2. dub. lib. 2. Similiter licet confessio prælati de receptione mutui conuersi in vtilitatem ecclesiæ non præiudicet ecclesiæ, tñ præiudicat, vbi illa confessio est verisimilis ex coniecturis ad hoc facientibus, vt concludit Bal. in auth. hoc ius porrectum col. pen. versi. Quæro vtrum in dubio. C. de sa. san. ecle. exemplificans, vt ibi per eum. Hæc dicta sint ex abundanti, quia sola confessio Matthæi dicentis se velle compensare sufficit, quum † confessio superet oē genus probationum. l.

9 generaliter. C. de nō nu. pec. l. cū te. C. de transact. Ex his requisitus de sola subscriptione; transeo in sententiam præce-

præcedentis D. consultoris mihi vti fratris honorandi, videlicet d. filios, & hæredes d. Matthæi nō rectè petere, vt filij, & hæredes dicti Petri concurrant in solutione dimidiæ præfatarum dotium, & ita sentio in præmissis.
Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Decretum requirens, quod appellans teneatur satisdare, & iurare de malitia, & calumnia debet intelligi, si pars appellata id petierit. & nu. 5.*

2 *Statutum, quod requirit certam fideiussionem, vel aliud factum præstari, aliàs actus, vel processus non teneat, procedit, vbi requisita per statutum non fiant parte petente; aliàs secus.*

3 *Lex, vel statutum vbi requirit aliquid fieri, intelligitur si fuerit postulatum.*

4 *Mora, contemptus, & negligentia non inducūtur, nisi secuta interpellatione.*

6 *Decretū dispenēs, ipso quod iure intelligatur renunciatum appellationi, & sententia executioni mandetur, vbi non fuerit præstita fideiussio; intelligūtur adhuc, quando fuisset fideiussio requisita, & non præstita.*

7 *Verba ipso iure, quomodo in casu, de quo agitur accipiantur.*

Exceptiones dilatoriæ debent opponi in initio litis, aliàs p processū ad vlteriora videtur renūciatū.

CONSILIVM DCLXXXV.



Xtat vetus Marchionum decretum, quo cauetur, quod appellans, & sententiam nullam dicens, teneatur in manibus iudicis deputati iurare tactis scripturis se non dolo, nec calumnia, sed credens iustam fouere causam appellasse, vel nullam dixisse, & vlterius satisdare, seu pignora deponere secundum dispositionem iudicis de restituendo alteri parti expensas, damna, & interesse, quæ passa fuerit, & pati contigerit, & taxatæ fuerint per iudicem d. causæ, si ipse appellans, & nullam dicens succumberit in causa appellationis, & nullitatis; vel si appellationem, & nullitatem non fuerit prosecutus vsque in finem; & si prædicta nō obseruauerit, & adimpleuerit, intelligatur ipso iure appellationi, & nullitati renunciasse, & prima sententia firma maneat, & executioni demandetur. Accidit, ꝙ quidam appellans non præstitit satisdationem iuxta formam decreti, quæsitum fuit, an videatur appellationi, & nullitati renunciasse, & sententiam primam executioni mandandam, prout ex
1 decreto disponitur. Dixi, † quod d. decretum requirens satisdationem debebat intelligi, si pars appellata hoc petiuisset, motus per text. in l. vniuersa. C. de præcib. Imp. offer. iuncta glo. nam tex. ibi vult, ꝙ vniuersa rescripta quæ conceduntur debitoribus, vt habeant dilationem ad soluendum, non aliter valeant, nisi præstita fuerit idonea satisdatio de soluendo, & glo. ibi subdit, si aduersarius hoc postulat, & illam glo. ibi sequuntur Bar. Bal. & alij. Et Pau. de Cast. decidit ibi præsentē q. nam dicit per
2 illam glo. quod † quando lex, vel statutum requirit, vt præstetur certa fideiussio aliter actus non valeat, debet statutum intelligi, si petatur à parte, & ibi infert ad statutum ciuitatis Patauinæ, quo cauetur, ꝙ si forensis conueniat ciuem debeat præstare fideiussorem idoneum de soluendis expēsis, alias processus non teneat, ꝙ tale statutum debet intelligi, si talis fideiussio petatur à parte, & ita dicit se allegasse, & obtinuisse. Ad idem text. in l. peto. §. frater. in verbo, ꝙ si cautio non fuit desiderata. ff. de le. 2. vbi adhuc magis in terminis nostris dicit Pau. de Cast. circa fin. ad statutum ciuitatis Perusij disponens, ꝙ qui appellat à sententia, vel petiit restitutionem in integrum debet cauere cum fideiussore de restituendis expensis, & aliter processus non teneat, neque valeat, qđ si talis cautio non fuit petita per aduersarium, sic nec oblata, valet processus, quia tale statutum debet intelligi, si cautio fuerit petita, & non præstita, quia tunc processus esset nullus, & Pau. de Cast. sequitur Alex. cōsi. 96. Visis narratis in themate. in princ. lib. 4. Ad idem facit bonus tex. in l. 2. §. 1. ibi non ergo offerre debet satisdationem, sed petenti satis moram nō facere. ff. quo. lega.
3 Demum communis est regula, quod † vbi lex, vel statutum requirit aliquid fieri, intelligitur, si fuerit postulatū, allegatur ad hoc vulgo text. in d. l. 2. §. quod ait prætor. & in l. si quis filium. §. stipulatio. ibi, cum interpellatus cum aliquo. ff. de colla. bon. & in l. 1. §. non exigit. ibi, quare si non fuit, qui interpellet. ff. vt leg. no. caue. & in c. 1. ibi, si fuit requisita. de sent. excom. in 6. & in c. 1. circa fi. ibi, si petantur de sepul. in 6. plura alia iura tam ciuilia, quam can. adducit Ias. in l. vniuersa. C. de preci. imp. offer. Dec. in c. licet causam. col. 9. de proba. & ante eos
4 Fel. in c. si autem. de rescrip. vbi per multa † ostendit nō dari negligentiam, aut contemptum nisi post interpellationem, de quo est bona glo. in c. cupientes. §. si vero. in verbo contempserint. de elec. in 6. Ad quæ accedat Old. consi. 242. Tota præsens quæstio. col. 2. versi. Sed ad istud respondetur, vbi inquit quòd non dicitur per aliquem stare, quominus aliquid habeat, nisi oblatum non recipiat, vel saltem in communi mora per interpellationem constituatur, allegāt tex. in d. l. 1 §. non exigit. ff. vt
5 in posse. lega. Non obstat, quod † decretum nostrum dicat, quod teneatur, & debeat; quia licet huiusmodi verba habeāt præcisam naturam; tamen recipiunt eundem intellectum, videlicet, si petatur, pro quo adduco text. in clemen. quia contingit. §. vt autem. iuncta glo. in verbo armis singulis. de relig. domi. nam licet ibi tex. dicat, qđ illi, qui præsunt regimini hospitalium ad instar tutorum iurare, inuentarium facere, & rationem reddere teneantur, tamen dicit glo. ibi, quod non tenentur offerre, sed sufficit, si fuerint parati prædicta facere, quum fuerint requisiti. & d. glo. sequitur Alex. consi. 1. Attentis his, quæ
6 in themate narrantur. circa fin. lib. 7. Non † obstat, ꝙ decretum dicat, quod si prædicta non fuerint obseruata, intelligatur ipso iure appellationi, & nullitati renunciatū, & sententia executioni mandetur; quia licet decretum velit, quod ipso iure intelligatur appellationi renunciatum, & sententiam executioni demandari, tamen hæc renunciatio intelligitur facta esse ipso iure in casu scilicet superiori, videlicet, quando petitum fuit iurari, & fideiussorem præstari, & non fuerint præstita, nā si tunc nō tenebatur appellans iurare, nec satisdare nulla præuia petitione per aduersarium, non potest dici, ꝙ intelligatur
7 illa renunciatio habere locum. Præterea illa † verba ipso iure eandem intelligentiam recipiunt, quia adhuc requiritur factum, & voluntas hominis. Vnde videmus in his casibus, in quibus fit compensatio ipso iure, intelligitur, si petatur, vt expresse Bal. dicit in l. si constat. post gl. ibi. C. de compen. & istud etiam tenet ibi Bar. & Sal. & Bar. in l. verum. ff. de compen. & in l. si mater. C. de su. & leg. & Ang. de Aret. in §. in bonæ fidei. Instit. de actio. & Bal. in d. l. si constat. adducit simile de testamento filij præteriti, qđ nullum est ipso iure, si dicatur. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & ita teneo, quicquid dixerit Ias. in terminis similis decreti cons. 191. placet mihi in effectu
8 lib. 2. Postremo † non omitto ad intellectum d. decreti, ꝙ si ista præstatio iuramēti, & fideiussionis nō fuit opposita in initio litis, amplius non potest opponi; quia est exceptio dilatoria, & per processum ad vlteriora partes vniuersaliter eam remisisse videntur, prout scribit Aret. consil. 139. Clarissime collateralis; ad dubia mota col. 2. versic. sed dato. per ea, quæ no. Bal. in l. qui crimen. q. 7. C. qui accus. non poss. sequitur Ias. in d. l. vniuersa.
Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Marchio tanquam habens titulum specialem, non comprehenditur in generali feudatariorum subiectione alicui facta per Imperatorem. & nu. 6. & nu. 12.*

2 *Assensus Regis præstitus super obligatione feudalium, non trahitur ad ciuitatem vti titulum dignitatis,*

gnitatis,nisi expressè actum fuerit.

3 *Dignitatis appellatione,non venit dignitas Episcopatus.*

4 *Saluus cōductus factus alicui per aliquem principem morandi securè in suo territorio,non extenditur contra alium principem.*

5 *Derogatio generalis non trahitur ad iura Ducum, & Marchionum.*

7 *Feudum simplex,à feudo Ducatus,& Marchionatus,in quibus differat.*

8 *Differentia adueniens generi,speciem constituit.*

9 *Statutum in ecclesia parochiali,non extenditur ad ecclesiam parochialem collegiatam.*

10 *Prælatus non venit appellatione capituli.*

11 *Marmor sculptum,non venit in marmore legato.*

13 *Dominus directus nunquid possit alienare vasallos. ibid.remissiuè.*

CONSILIVM DCLXXXVI.



Placet mihi conclusio habita per præcedentem D. Consultorem,quod inuictissimus Imperator, † qui subiecit omnes feudatarios Do. Duci pro Castris, & terris, quas possidet in territorio d. ducatus non intelligatur voluisse subiicere præfatum D.Marchionem, qui pro terris ibidem, vt præfertur, positis per tempus. 150. anno. ipse, & maiores sui recognouerunt tantummodo sacrum Romanum Imperium ex fundamentis, ibi per eum deductis, & inter cætera illud approbo, quod in generali sermone nō videtur esse cōprehēsus d. D.Marchio, qui in terris suis habet iura imperij, & ea potest in terris suis,quæ Imperator in toto orbe,vt patet ex eius inuestituris,& huiusmodi personæ habent titulum specialem, quia solent vocari Illustrissi. sacri Romani Imperij principes,& facit vltra allegata per præfatum Domi.Consul-
2 torem, quod † scribit Matthæ. de Affl. decis. 265. col. 3. vbi dicit,ꝙ assensus regis præstitus super obligatione bonorum feudalium, non intelligitur præstitus, vt sit obligata ciuitas,quę est titulus illius ducatus,nisi expressè dictum sit in obligatione bonorum feudalium, & ciuitatum, quæ sunt tituli dignatū. mouetur per ea, quæ scribit Luc. de Pen.in.l.in sacris.3.col. pen. C. de prox. sac. scri.lib.12.vbi vult,quod tex.in.c.1.qual. dom. proprie. feu.priuc.disponat, quod si dominus delinquat in vasallum perdat directum dominium,non habet locum in rege, vel domino non recognoscēte superiorem, quod etiā voluit Bal.in.d.c.1.col.2.vbi loquitur de Papa. item ad-
3 ducit † simile de dignitate Episcopatus, quæ non venit appellatione dignitatis, vt dicit gl. in.c.2.de præb.lib.6. & no.Card.in cle.1.§.no.per illum tex.de renunc.Abb. in.c.solitæ.3.col. de maio. & obed. pro hoc etiam facit vltra eum,id, quod scribit Alex.consi.235.post redditum
4 per me consilium,col.1.lib.6.vbi† refert Bal.consuluisse quod quum quidam Iacobus de Oleo factor D.Paduani aufugisset à d.domino, & se recepisset in Veronam, & à D. Veronæ saluum conductum obtinuisset sub verbis generalibus, quòd non extendatur saluus cōductus contra D.Paduanum, quasi non videatur verisimile, quod in specie talē saluum conductum contra tantum D. concessisset, si sciuisset.l.obligatione generali.ff.de pign.l.1.C. quæ res pigno.obliga.poss. & est consi. Bal.in.impressis
5 consil.400. Quod Iacobus ab oleo,lib.1. Ad † idem faciat, quod scribit Feli.in suo tracta,quan.lit.aposto.noc. pat.eccle.col.6.8.amplia. vbi vult, quod si derogetur iuri patronatus laicorum,hæc derogatio non comprehendat, quando tale ius pertineret ad aliquem Regem, Ducem,Marchionem,vel alium principem; quia per nullam clausulam talibus quomodolibet derogatur, nisi de eis fiat expressa mentio, quia huiusmodi personæ excipiuntur à generalibus regulis.c.de multa.in fi.ibi, circa sublimes, de præben. & in extraua. execrabilis.§. non itaque,ibi,ac regum filios propter sublimitatem eorū, &c.
6 & † quia in materia restringibili non veniunt maiores. c.sedes.de rescrip. Et facit, quod dicitur de Cardinalib⁹, qui non comprehenduntur sub verbis generalibus propter amplitudinem dignitatis,vt tradit Ant.de But.in.c. 2.de cleri.non resid. Abb. in clem.1.circa princ. de exces. præla. Petr.de Anch.consil. 295. pro clariori euidentia. col.2.versic.Secundo sic ex eo, cum aliis adductis ꝑ Feli. in.c.quod super his.col.4.versic.sed dominus Abba. de fide instrum. ea enim quæ speciali nota digna sunt, nisi exprimātur, videntur neglecta.l.item apud.§. hoc edictū.
7 ff.de iniu.Confirmantur præmissa, quia iste non† est simplex feudatarius Romani imperij,sed est feudatarius cum titulo Marchionatus, & vicariatus, & magna est distantia inter feuda simplicia, & feuda ducatus, marchionat⁹, & comitatus; quia huiusmodi feuda non diuiduntur,sicut diuiduntur alia feuda, nec omnes filij in eis succedūt, sicut in aliis,sed tantum vnus.c.1.de feu.march.c.1.quis dica.dux.& in.c.imperialem..§. ꝑterea ducatus.de prohi. feu.alie.per Fede. & no. in.c.oēs si de feu.fue.contr.int. domi. & agna. Bal.in.l.si plures.C.de cond.inser. Item differunt dignitate, & honoribus ab aliis,quia dicuntur feuda regalis dignitatis,vt ponunt Feudistę in prohe.feu do. in feudo.diuis. & sic est magna differentia inter ista feuda ducatus, & marchionatus,& alia feuda simplicia;
8 & † differentia adueniens generi constituit speciem, vt Bal. inquit notab.in.l.1.C.de succe. edic. per tex. in.l. fi.de adop.& ea, quæ habent maiorem qualitatem, nisi non sint expressa,non veniunt sub appellatione simpliciter expressorum.c.sedes. de rescrip. clem. non potest. de procu. l.fin.§.cui dulcia. ff. de vino triti. & oleo leg. Bar.in.l.sed & si quis.§.quæsitum. col. 1.ff. si quis caut. vnde videmus,quod potestas legitimandi certum genus spuriorum,non trahitur ad eos;qui maiore laborant spurietate, vt Bal.dicit in.c.naturalis. circa fin. si de feu. defunc. fue.cont.inter domi.& agna. Hinc etiam est, qđ
9 †statutum in ecclesia parochiali non extenditur ad ecclesiam parochialem collegiatam.c.statutum.iuncto.c.licet canō.de electio.in.6.& ꝙ de clerico dicitur, non procedit in clerico, qui sit canonicus, vt Abba.dicit in rubri.de vit. & honest.cler.Et licet prælatus sit de corpore capituli,imo prælatus, & capitulum faciant vnum corpus, & ec-
10 clesiam,tamen appellatione† capituli non venit prælatus,gl.in clem.vt hi qui.in verbo, in eiusdem.de æta. & quali.Demum ens qualificatum,videtur esse alterius naturæ, & speciei, quam sit ens simplex.Vnde licet in legatis lata sit interpretatio, vt quæ contineat donationem l.in testamentis.ff.de reg.iur.c.cum dilecti. de dona. ta-
11 men†legato marmore, non veniunt statuæ marmoreæ, & sic marmor sculptum,& si legetur lana,non venit lana tincta.l.si cui lana.in prin. &.l.hæres meus.§.1.ff.de leg.3.l.1.ff.de aur.& arg.leg. Solum facit scrupulum id, quod scribit Bal.consi.326. quod incipit Rex Romano-
12 rum,cum duobus aliis consil.seq.lib.1.vbi disputat, †an Imperator possit marchiones,comites,& Barones subiicere alteri Duci,ita vt eum recipiant, & recognoscant,& dum in consi.327.col.2.arguit pro parte negatiua,quod Imperator non potest mutare statum,nec minuere honorem veterum vasallorum.§. præterea.in authen. de refer. sac.pal.& pro hoc bene facit,quod qui non potest iura alicui⁹ subuertere,non potest etiā imminuere.l. si optio. ff.qui & à quib.quem tex.in simili allegat Bal. in tit. de pac.const.in.§.pacta.& in verbo, successorum nostrorū, tandem concludit Bal. in præfatis tribus consiliis post longas, & varias argumentationes,quod Imperator possit subalterando subiicere d.Comites,Marchiones,& Barones alteri domino,& iniungere, vt sibi,& alteri iurent fidelitatem, & dummodo vasalli non sentiant grauiorem seruitutem, & hoc faciant ex causa, quia hoc expedit Romano Imperio cōstituere præsidem istis eius loco, quum ipse longe absit ab Italia, sin autem hoc faciat temerariè,& nulla legitima de causa, subditi debent parere. Sed Sathan eum purgabit, & eius cōplices, vt ibi latius prosequitur. Sed mihi videtur, quod hęc consilia Bal.allegentur impertinenter; quia in casu Bal. Imperator expressè fecerat mentionem de Marchionibus, Comitibus, & Baronibus, & vult vt alterum dominum recognoscerent,cum clausula non obstantibus in forma amplissima, vt Bal.ibi docet; sed in casu nostro non quæritur de potestate Imperatoris,sed de voluntate, vt ostensum est, quòd per illa verba generalia non compre-
13 hendantur Marchiones,Comites, Barones. Vtrum † autem dominus

dominus directus possit alienare vasallos, ponunt And. de Iser. Bal. Mart. de Lau. Iaco. Alua. & reliqui Scrib. in c. 1. §. praeterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fed. Sed ista non est q. nostra, quia Imperator non intendit à se abdicare d. vasallos, sed sub alternare, ita, vt recognoscant alterum, & omnium feuda intendit sub quadam aequitatis regula ponere, vt Bal. in praedictis consi. ostendit.

Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Fratri defuncto absque descendentibus succedunt fratres, & sorores superstites pro virili, sublata sexus differentia.*

2 *Filia dotata, per statutum exclusa à successione patris, non intelligitur exclusa à successione fratris, etiam in bonis paternis, in quibus frater successisset, & nu. 4. & per totum; amplia, vt nu. 8.*

3 *Statutum excludens filiam dotatam à successione, procedit in bonis, & haereditate dotantis.*

5 *Foemina semel exclusa à masculo, an semper censeatur exclusa.*

6 *Renunciatio filiae facta patri de bonis suis, non nocet filiae, quo ad succedendum ex iure de nouo, & fratri.*

7 *Statutum disponens quod mulier nubens extra territorium non succedat patri, non procedit, si ante quam nubat, haereditati se immiscuerit.*

9 *Statutum loquens in rem, vel personam, num excludat personam non subditam.*

CONSILIVM DCLXXXVII.



Casus pponitur sub his terminis formaliter. Mag. Domi. Amator della Baddia origine Hispanus ex diuturno incolatu ciuis, & subditus Astēsis dominij, intestatus decessit in ciuitate Astensi, relictis post se tribus filijs masculis, & duabus filiabus, qui ei aequaliter successerunt, aeque respectu bonorum sitorū in loco originis, atque in loco incolatus, quum in vtroque loco seruetur iuris communis dispositio. Quo vero ad annuum redditum, quem d. D. Amator in dominio Mediolani obtinebat, lis aliqualis inter eos orta fuit circa succedendi modum in specie statutis ibi disponentibus, quod masculi indistinctè praeferantur, quia neque defunctus, neque haeredes Mediolanensi dominio vlla penitus ratione subijcerentur, statim tamen lis decisa fuit transactione, annuūq; redditū, vt caetera aequaliter inter se partiti fuerūt. Mortuo exinde vno d. fratrum in eadem ciuitate Ast, denuo de huius successione cōtrouersum fuit inter fratres, & sorores superstites respectu d. annui redditus, & nonnullorum creditorum, quae communiter obtinebant in eodem dominio Mediolani. Lata fuit demum sententia per Mag. Pretorem ciuitatis Ast, qui pronunciauit fratrū, & sororum etiam in d. Mediolani dominio aequalē esse debere conditionem. Appellant fratres, & causa appellationis pendente, quum aduenissent termini exigendi d. redditus, procurarunt fratres apud Mag. Magistratum Mediolani iudicem hac in re competentem, qđ redditus fratri defuncto debiti integrè sibi soluerentur, contrariū contendentibus etiā in possessorio ipsis sororibus, adeo quod coepit apud Mag. illos viros abundè disputari de iuribus partium. Mihi videtur, quod d. sorores iustiorem
1 foueant causam, quia † vbicunque frater decedit nullis relictis ex se descendentibus, reliqui fratres superstites, & pariter sorores ad defuncti haereditatem pro virili vocantur, sublata omni sexus differentia §. reliquum. in authē. de haered. ab intesta. authen. cessante. de legi. haere. Non obstat modo statutum Mediolani, super quo ex parte dictorum fratrum fit fundamentum, quia diligenter cōsideratio tenore d. statuti non facit ad propositum nostrum, & miror, quòd Mag. Do. aduocati d. sororum nō aduerterint, quod dictum statutum, quod solum mihi fuit exhibitum, loquitur in successione ascendētiū, vt in rubro, & nigro patet, & clare disponit, quod masculi foeminis praeferantur, ita tamen quod masculi teneatur dotare foeminas intra 18. annum, & si non fuerint dotatae possint petere legitimam, vt latius in d. statuto continetur, sed nos sumus in successione transuersalium, in qua fratres pariter, & sorores admittuntur, quod procedit etiam si dicta bona, quae petuntur fuissent olim in haereditate ascendentium, & peruenissent ad fratrem, quia tunc eo moriente dicitur succedi fratri, non autem ascendenti, quum fuerint effecta patrimonium fratris. Vnde quaestionem istam ponit Roma. in l. 1. §. veteres. ff. de acqui.
2 poss. vbi vult, † quod statutum excludens filiam dotatam à successione patris, non intelligatur eam excludere à successione fratris, posito, quod frater eadem bona haberet ex haereditate paterna, & in eis successisset, est verum qđ Roma. ibi nihil decidit, quia tunc, q. pendebat de facto Bononiae. tamen Alex. & Aret. firmant ibi, quod filia exclusa ex forma statuti ab haereditate paterna, non censetur exclusa ad haereditate fratris, qui patris, haereditatē, obtineret, allegat Are. Bar. in l. fin. ff. ad Tertu. vbi Bar. concludit, quod quando filius haereditatem paternam adiuit, & filia fuit simpliciter exclusa per statutum à bonis paternis, mortuo postea filio non attenditur amplius dictum statutum; quia non agitur amplius de haereditate
3 paterna, sed fratris vltimo mortui. Mouetur † etiā Alex. quia statutum disponens, quod filia dotata non succedat, intelligitur in bonis, & haereditate dotantis, ita not. tenet Bal. in l. 1. per glo. ibi. C. de legi. haered. & in l. mater. C. de iu. dot. cum alijs concord. ergo quum † filia nō
4 sit dotata à fratre, sed à patre, non debet repelli à successione fratris, & ita etiam ibi tenet Soci. primo. not. vbi dicit se ita consuluisse de facto, & ita cōsuluit latè cōs. 74. Super controuersia renunciationis, col. 1. 3. lib. Idē ante istos tenuit Bal. in c. 1. §. quinetiam. circa fin. Episco. vel
5 Abba. vbi dicit, qđ † filia semel exclusa à masculo semper remanet exclusa, ex quo infert ad statuta, quae dicunt, ꝙ patre moriente cū masculis foeminae non succedant, nā licet masculi mortuo patre sine liberis moriantur, non patebit locus foeminis ad successionem patris, à successione tamen patris non repelluntur, nisi frater decessisset cum haerede testamentario. Eandem sententiam sequitur D. Geor. Nat. patruus meus in repet. c. quamuis. q. 5. vltimi dub. princ. col. 58. de pac. in 6. vbi adducit Bal. in d. c. 1. Episco. vel Abb. mouetur etiam, quia cum cessent verba statuti, cessat dispositum, l. si seruum. §. non dixit praetor. ff. de acqui. haere. & casus omissus à statuto, remanet in dispositione iuris cōmunis. l. commodissimè ff. de lib. & posth. & exclusio in vno, non inducit exclusionem in alio. l. si domus. ff. de serui. vrb. praed. l. suum. C. de iur. delib. l. 1. §. videndum. ff. de success. edic. Et ad aliud, quod dici posset, quod ista haereditas fratris olim fuit in haereditate, & in bonis patris, à quibus filia dotata excluditur; respondet, quod per immixtionem, quam fecit filius, ista haereditas desinit esse patris, & totaliter translata est in dominium filij. l. 1. §. veteres. vbi gl. ff. de acqui. poss. l. per seruum. §. haeres. & ibi gl. ff. de acq. haere. Ergo talia bona mutatione personae nouum assumpserunt statum, adeo quòd virtus statuti hoc casu non nocebit filiae, quae non vt haeres patris petit, sed vt haeres fratris, l. Paulus. ff. de acqui. haered. l. cum patronus. ff. de
6 leg. 2. c. 1. de iu. patr. lib. 6. Adducit † etiā simile de renunciatione, quā facit filia patri etiam cū iuramento; quae nō tamen impedit filiam succedere ex iure de nouo. c. cum inter. de renun. l. si patroni. ff. de bon. liber. Eodem modo tale statutum non praeiudicabit filiae. Adducit etiam Roma. consil. 168. incip. Circa primum quo quaeritur. vbi vult, quod renunciatio etiam cum iuramento facta patri de bonis suis, non nocet filiae, quo ad succedendum fratri, ergo nec praeiudicabit etiam statutum, quod etiam voluit Ang. consi. 52. D. Gilius. col. 2. versic. Non obstat, quod refutauit. Postremo adducit, quod in simili inquit Bal. in l. si matre. C. de su. & legi. volens, quod statutum
7 † Mediolani, disponēs quod mulier nupta extra territorium Mediolani non succedat in Mediolanensi patrimonio, ꝙ si antequam nubat, paternae haereditati se immisceat, nupta postmodum extra Mediolanense territoriū paternam haereditatem statuti vigore non amittit, eo qa illa per aditionem desinit esse haereditas, & efficitur proprium filiae patrimonium. Sequitur Rom. consi. 40. Visis, & discus-

& discussis puncto. col. 1. Pet. de Ancha. in c. canonum statuta. col. 108. versic. sed pone ꝙ statutum. de constit. Idem etiam tenuit Aret. consi. 161. In præsenti consultatione videndum est col. 1. vbi ita consuluit in statuto Aretino. Idem etiem consuluit Corne. consi. 305. In hac cõsultatione videtur primo aspectu lib. 4. vbi respondet ad illud, ꝙ aliquando ea, quæ profecta sunt à patre, vel à matre appellantur bona paterna, vel materna, quia hæc verba denotant causam remotam, & non proximam, & vbi sumus in materia successionis ab intestato causa ꝓxima debet attendi, vt ibi ipse latius prosequitur. Et concordat etiam cum prædictis Dec. consi. 266. Accuratè, & elegan

8 ter. col. 2. Et † licet Docto. in locis præalleg. loquantur, quando hæreditas patris fuit adita per filium, quo casu desinit esse hæreditas patris. l. sed si plures. §. si filio. ff. de vulga. & pupi. tamen. videtur idem, licet hæreditas adita non fuerit, quia satis est, quod filia veniat ex persona fratris, vt consuluit Bened. Capra consi. 12. Et si viso, & considerato. circa fin. & Arc. consi. 161. In præsenti consultatione videndum est, in princ. sequitur Dec. in d. l. quoties duplici. in fin. ff. de reg. iur. Ias. in d. l. 1. §. veteres. vbi late insistit, & respondet etiam ad quædam, quæ in contrarium adduci possent. Ea prædictis patet statutum Mediolanense non obstare intentioni d. sororum ex eo, qđ prædictus annuus reditus situatus sit in ciuitate Mediolani, & sic extra domicilium d. fratris defuncti, nam cum d. statutum non obstet, & d. sorores vna cum fratribus admittantur, ad eius successionem de iure communi, clarum est, quod ius commune vbique vires suas extendit l. ex ea ff. de postul. l. leges sacratissimæ. C. de. ll. Ex istis

9 patet, ꝙ non † oportet ingredi illum articulum satis ambiguum, & disputabile, vtrum statutum loquens in personam, prout facit in terminis nostris statutum Mediolanense, excludat personam non subditam, in quo articulo Bar. in. l. cunctos populos. 7. q. prin. versic. sed hic posset dubitari. C. de sum. trini. & fide cath. tenuit, ꝙ statutũ loquens in personam non excludat, secus si loquatur in rem, & cum Bar. tenent plures relati per Feli. in c. postulasti. col. 2. de for. compe. Dec. consi. 276. Proponitur, ꝙ D. Iacobus de Pistorio col. fi. & eam approbat Soci. consil. 128. Circa præsentem consultationem per totũ lib. 4. Cuius tamen contrarium, licet alias videar tenuisse, sed vtcunque id se habeat, ex cithara frustra (vt dicam) pulsaretur; quia non sumus in terminis d. statuti Mediolanensis, vt ex eius verbis satis liquere puto, & superiora ostendunt. Ex quibus omnibus sentio intrepidè in fauorem d. sororum pronunciandũ esse, nisi aliud ostendatur. Laus Deo. Marcus Antonius Natta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommißum conditionale, an, & quando trãsmittatur ad hæredes, vel in filios, & nu. 3. & 6. & per totum.*

2 *Testator põt facere de non transmissibili, transmissibile, & econuerso.*

4 *Filij positi in cõditione, an excludant substitutum, & quando etiam ipsi dicantur substituti.*

5 *Testator præsumitur magis amare descendentiam suam, quam piam causam.*

7 *Substitutio fideicommissaria, vbi à principio ante aditam hæreditatem fuit vnita cum iure accrescendi, ipsum ius est ad liberos transmissibile, quod est, quando fideicommissarij fuerunt inuicem substituti.*

8 *Ius accrescendi, vbi est vnitum cum substitutione, facit ius fideicommissi conditionalis transmitti ex mente testatoris.*

9 *Testator, an, & quando dicatur magis diligere remotiores, quam proximiores.*

10 *Testator, quando instituit duos filios suos, & grauat, quòd præmoriens restituat partem suam alteri, tunc intelligitur teneri ad restitutionem, si decesserit sine filijs.*

11 *Dispositio hominis, & dispositio legis vbi coucurrunt, fortius operantur.*

12 *Sententia lata contra proprietarium, an, & quando noceat vsufructuario.*

CONSILIVM DCLXXXVIII.



Vper præsenti controuersia Mantuana contra intentionem D. Laudemiæ difficultatem facere videtur, quia d. Laudemia vult succedere d. eius patri ex substitutione facta per D. Catherinam Mallosellam, quæ instituit duobus filiis, scilicet Galeoto, & Ioan. Francisco de Malatesta, substituit Alexandrum, & Ioan. Franciscum de Gorno eius nepotes, si d. de Malatesta decederent sine filijs, vel eorum filij sine filiis, & præsupponitur, quod d. Galeotus, & Io. Franciscus primo instituti decesserunt sine filiis, & sic factus est locus substitutioni in personam Alexandri, non autem in personam d. Io. Francisci, attento, ꝙ d. Io. Franciscus decessit adhuc viuentibus d. Galeoto, & Io. Francisco filiis d. testatricis, & sic pendente conditione, vnde succedit regula, quod

1 † fideicommissum conditionale non transmittitur ad hęredes; etiam si relictum sit ad ascendentes, glo. est not. in l. vnica & ibi Bart. & Docto. not. C. de his quæ an. aper. tab. & glo. in. l. hæredes mei. §. cum ita in verbo successissent. ff. ad Treb. tradit Bal. in. l. vnica. §. sinautem sub conditione. & ibi etiam Ang. C. de cadu. tol. & Bal. in. l. si in persona. per illum tex. C. de fideicomm. & in. l. si pater. q. 4. C. de instit. & substi. & in. c. 1. qui success. tene. Ant. de But. in. c. Raynaldus. col. 1. de testa. quamuis contrarium teneat glo. in. l. is cui sub conditione. §. fin. ff. de actio. & oblig. quæ glo. in locis præalleg. communiter reprobatur. Sed hic animaduertendum est, quia prædicta regula limitatur, quando apparet ex coniecturis voluntatem testatoris fuisse, quod fideicommissum conditionale transmittatur in filios, vt Bal. notab. concludit in. l. vnica. col. fin. versic. Quæro de tali q. C. de his quæ an. aper. tabu. Et hæc conclusio procedit, quia in vltimis voluntatibus sufficit voluntas testatoris etiã tacita, quæ ex coniecturis colligatur. l. licet. Imperator. vbi Bar. ff. de leg. 1. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum propo

2 neretur. in fi. ff. de leg. 2. Et hoc comprobatur, quia † testator potest facere, quod illud, quod est trãsmissibile, non transmittatur. l. in conditionibus primum locum. §. hæc scriptura. ff. de condi. & demon. & econtra potest facere, ꝙ nõ transiens ad hæredem transmittatur, vt not. Bal. in. l. si pater. q. 4. de insti. & substit. Sed in proposito clarè apparet, quod d. testatrix voluit d. substitutionem

3 † nõ solum habere locum in d. Alexãdro, & Io. Francisco substitutis, sed etiam in filiis d. substitutorum, vt patet per illa verba, vbi dicitur. Si vero vnus eorum haberet filios, vel filias, substituit hæredem filios, vel filias illius, qui haberet filios, vel filias, nam vt dicit Soci. in. d. l. hæredes mei. §. cum ita. col. 4. declarando dictum Bal. in d. l. 1. C. de his, quæ an. aper. tab. coniecturæ sunt bonę, quæ ex ipso testamento colliguntur, & exemplum ponit Bal. in d. l. si pater. 4. q. quando testator facit mẽtionem de filio, & hæredibus eius. Pari rõne constat, ꝙ ipsa testatrix nõ modo in substitione mentionem fecit de grauatis, sed ẽt de grauatorum filiis, ita vt non solum ex coniectura, seu tacita, sđ etiam expressa voluntate testatricis d. Laudemia vocata intelligatur. Concordat etiam cum prædictis Bal. in. l. 1. in prin. C. vt actio. ab hęred. & con. hęred. vbi repetit, quod si testator velit, legatum, vel fideicommissum conditionale in hæredem transmittitur, & hoc videtur velle testator, quando dispositio in hæredem confertur, vt ibi per eum, & in casu nostro hoc optime militat, quia testatrix voluit, ꝙ filij alterius grauatorum veniant ad successionem eos substituendo. Et in simili casu tradit Cuma. consi. 13. Titius instituit Seium, vbi in substitutione facta de Seio illo præmortuo, eius filij in locum patris admittuntur, de quibus satis esse cogitatum ostendit, eo quod adiecit testator conditionem, si Seius decederet sine filiis. & Fulgo. consil. 15. proponitur qđ Montes in fin. vbi ad hoc inducit tex. in. l. Lucius in fin. ff. de hęred. instit. & secundum prædicta consuluit etiam

Soci.

Soci.consi.6.In præsenti consultatione col.4.versic.Restat nunc respondere lib.3. Concurrit cum prædictis Ias. consil. 52. Materia præsentis consultationis. col. pen. versi. Sexto facit.lib.3.vbi voluit, qd' licet fideicōmissū conditionale nō trāsmittatur pēdente cōditione ēt ad filios,tñ fallit, qñ ex aliquibus indiciis, seu cōiecturis appa ret,qd' testator idē sensisset de nepotibus,arg.l.lucius.ff. de hære. instit. vel qñ testator verisimiliter idē statuisset de nepotibus, si de eis cogitasset.l.tale pactum.cum glo. ff.de pact.quia tunc non habentur pro omnino omissis, ita singulariter determinat Bald. in.l.vnica.col.fin.C.de his,quæ an.aper.tab.cū aliis,qui ibi cōmuniter trāseunt, præsertim Mod.Perusini. Similiter quando testator fecisset mentionem de filio, vel hæredibus eius, per no.per Bal.in.l.si pater.q.4.C.de instit.& substi.& in.l.vnica.in prin.C.vt actio.ab hæred.& contra hæred. & inter cæteras coniecturas Ias.ibi adducit illam, quando testator posuit filios grauatorum in conditione, vt quia dixerit, si filij mei decesserint sine filiis, substituto &c. Sed in casu nostro non modo filii grauatorum sunt positi in conditione,sed etiam dispositiue vocati in aliquo casu,& sic intentio testatoris ad eos porrigitur. Secundam coniecturam adducit ibi Ias. quando testator,si fuisset interrogatus, idem statuisset secundum Bal.allegando d.l.tale pactum. Sed in casu nostro si testatrix fuisset interrogata, nunquid decedente d. Francisco pendente conditione voluisset filiam eius habere bona, quæ d. Francisco reliquisset, verissimile est, ꝙ respondisset, ꝙ sic, quia præsumitur magis dilexisse filiā Francisci in portione d.Francisco relicta, quam Alex. vt infra latius deducetur. Idem
4 † tenet Dec.consi.594. Viso testamento. col. fi.nam in casu suo testator fecit substitutionem,si Hieronymus, & Cassandra decesserint sine filiis, & per superiora concludit, ꝙ filij Cassandræ excludunt substitutum,& dicit colligi ex verbis testamenti, ex quo filii Cassandræ fuerunt positi in conditione. Videantur etiam allegationes præstantissimi Do. Camilli Gatici aduocati d.Laudemiæ, vbi allegat recentiores doctores videlicet Rimi. Ruy. Cassa. idem consulendo tenuisse, quod ad exclusionem substituti sufficiat filios positos esse in conditione. Accedat et prædictis id, quod scribit Curt.Iun.consi. 16. Videretur prima facie, circa primum.col.3.versi. Secundam principalem conclusionem, &c. vbi tenet primo, ꝙ ex tacita mente fideicommissum conditionale decedente fideicommissario ante euentum conditionis transmittatur,& inter cætera ibi dicit, quod licet glo. in.l.Lucius.1.ff.de hæred.instit.concludat, ꝙ quando testator disponit, ꝙ si filius suus decesserit sine filiis, alium substituit, ipsi filij positi in conditione nō dicantur substituti,tamen signāter limitatur, vt non procedat,quando post mortem omnium illorum filiorum testator prouidit de vlteriore substituto,quia tunc ipsi filij positi in conditione dicuntur substitui,ita in terminis Pet.de Anch.consi.70.incip. In Christi nomine.contra Philippum, quod dictum refert, & sequitur Alex. consil. 64. Difficultas consultationis. col.fin.lib.5.Sed in proposito nostro testatrix disposuit, quod si d. Alex. & Io. Franciscus decederent sine filijs masculis, vel fœminis substituit sorores.S.Paulæ de Mantua, & sic progressa est ad vlteriorem gradum substitutionis, & per consequens, quod filij nati ex eis dicantur substituti, quia verisimile † est,quod testatrix magis amauerit
5 rit descendentiam suam, quam piam causam, vt tradit Bal.in.l.cum acutissimi.col.1.versic.Quæro quid si pater C.de fideicomi.& probatur in.c.fin.17.q.4.& not.glo. in.l.si quis ad declinandam.C.de episcop. & cleri. & in.l. Papinianus.§.1.ff.de inoffi.testa.tradit Dec. in.l.licet.3. not.C.de pac. Quanquam in præsenti causa non est locus substitutioni piæ causæ,sed sufficit, quod ex d. substitutione colligatur, ex quo posuit filios grauatorū sub conditione, eos vocasse ad substitutionem, vnde d. Laudemia non venire tantum post iure transmissionis, sed etiam iure proprio tanquam vocata. Et sic insurgit aliud fundamentum pro parte d.Laudemię.Subiungitur nunc aliud tertium funda. quia, quando † testator substituit fra
6 trem alteri fratri, tunc eo præcedente ante euentum conditionis filij admitterentur, & eodem modo, si filij sunt ad inuicem substituti, vt in casu si decederent, sine liberis substituat alium, tunc fideicommissum cōditionale transmittitur ad liberos, non solum ex eo, quod ponendo liberos in cōditione videtur illos prædilexisse vltimo substituto,arg.d.l.lucius, nec est censendum, quod alios suę posteritati præferre voluerit d.l.cum acutissimi,sed etiam
7 ex eo, quod † substitutio fideicōmissaria a principio ante aditam hæreditatem fuit vnita cum iure accrescendi, igitur assumpsit eius naturam, & per consequens videtur, quod transmittatur, sicut ius accrescendi, licet fuerit adita hæreditas, per tex.sing.in. l.qui patri.ff.de acq. hære. & est bonus tex.in.l.qui ex duobus.in prin. eo. tit.ita signanter determinat Soc.in.d.l.hæredes mei.§.cum ita. col.5.& sequitur Ias.consi.153.Viso testamēto.col.pen. versic. Quarto principaliter. lib.4.vbi respondet ad id, quod scribit Bal.in.l.quidam eulogio.C.de iu.delib. Idē etiam sequitur Cur.Iun.in præfato consi. 15. Hoc etiam militat in casu nostro; quia d.Franciscus, & Alex. fideicommissarij fuerunt inuicem substituti, & sic substitutio fuit iuncta cum iure accrescendi, vnde isto casu ius fideicommissi conditionalis transmittitur. Ex prædictis tribus fundamentis sentio pnunciandū esse pro d. Laudemia,primum tamen est firmissimum,quod testator filios fideicommissariorū vocauit ad d. substitutionem, ita vt iure proprio succedant ipsi testatrici. Non obst. modo,
8 quod † d. Alex.sit magis proximus, & nominatim vocatus, & substitutus fratri, quia dico, quod ista faciūt cōtra Alexandrum nam ex eo, ꝙ fuit substitutus, & simul vocatus cum d.Io.Francisco, ostenditur, quod ius accrescendi fuit vnitum cum substitutione,& ideo ius fideicōmissi conditionalis transmittitur ex mēte testatoris, qui coniunxit ius accrescendi cum substitutione, vt superius est dictum. Præterea d. Laudemia non tam venit ex iure transmissionis, sed iure proprio, quum fuerit non solū conditionaliter, sed etiam dispositiuè vocata, & præsu-
9 mit lex, † ꝙ testator magis dilexerit filios Ioan. Francisci in portione sibi relicta, quàm ipsum Alexan.licet d. Alexander esset proximior, prout est casus in.l.cū auus. ff.de condi.& demonstr. vbi quum auus haberet filium, & nepotem ex altero filio, eos hæredes instituit, & petiit à nepote, vt si intra annum trigesimum moreretur, hæreditatem patruo suo restitueret, nepos relictis liberis decessit intra trigesimum annum. Quærebatur,an ipse patruus deberet habere bona testatoris ex fideicōmisso, an vero filij dicti nepotis, decidit ibi Iurisconsultus, quod bona testatoris non debentur patruo ex fideicommisso, sed remanere debent apud filios nepotis, & hoc voluit ēt Bal.in.l.cum acutissimi.col.2.versi. Quæro si pater vnū ex filiis.C.de fideicom. vbi inquit, quod si pater vnum ex filijs substituit alteri filio post mortem, & filius,cui facta fuit substitutio,decedat cum liberis, quod licet in ordine charitatis filius præcedat, tamen filij filius excludit patruum suum;quia quam charitatem testator habuit ad filium suum, candem continuatam habuit ad nepotem descendentem ex eo, & idem in nepote, quod dicit esse nota. & hoc sequitur etiam ibi Sali.circa prin.vbi ad hoc allegat tex.in.l.iubemus.§.cum autem.coniuncta.l.cum acutissimi.& text.in.l.si qua mulier.C.ad Tertul. Dicit
10 etiam Imo.in.l.si cui.ff.de dona.cau.mor.ꝙ † quando testator instituit duos filios suos, & grauat,quod præmoriēs restituat partem suam alteri,vt intelligatur.s.si decesserit sine liberis,per glo.in.l.1.C.de don.cau. mortis. & hoc etiam sequitur ibi Rom. si igitur testatrix substituisset d.Ioan.Francisco Alex. & nihil dixisset de liberis d. Ioan.Francisci, tamen filij excluderent d. Alexandrum ex præsumpta mente testatoris, multo magis dicendum est, vbi filij d.Ioan.Francisci non solum fuerunt positi in conditione, sed etiam in dispositione, & prædicta mihi
11 videtur tollere omnem dubitationem;nam † hic videtur concurrere dispositio hominis, & dispositio legis, quæ coniecturæ fortius operantur.§.sanctissimas. in authen. de alien. & emphite.cum alis adductis per Alex. in.l.filiusfam.§.diui. col.1.ff.de leg.1. Non obstat, quòd ius transmissionis fideicommissi conditionalis sit in hæredem,& d.Laudemia non sit hæres d.Ioan.Francisci,quia hoc est fragile fundamentum,nam ad hoc, vt ius fideicōmissi conditionalis ex mente testatoris transmittatur, sufficit quòd grauatus habeat filios, & huiusmodi filij excludunt patruum, & veniunt iure proprio, quia testator præsumitur eam affectionem, quam habuit ad primū grauatum, in eius filios continuasse, vt ostendunt apertè decisiones superius allegatæ. Non obstat. quod dicitur ex aduerso, ꝙ ius fideicommissi cōditionalis non transmittitur aliquibus indiciis, & coniecturis, quia mirandum est

dum eſt de huiuſmodi allegatione; nemo enim eſt, quin
dicat, ꝙ ex aliquibus indiciis, & coniecturis transit ad fi-
lios grauati, & coniecturæ ſufficientes ſunt hæ, quæ ſu-
perius ſunt adductæ; videlicet, quando liberi ſunt poſiti in
diſpoſitione, vel in conditione, & vbi ius accreſcendi vni-
tum eſt cum ſubſtitutione. Non obſtat conſil. Alex. 109.
Videtur prima fronte. col. 1. lib. 2. quia ibi reprobatur per
Apoſtill. Pariſie. vbi concludit filiam Albinæ præferen-
dam eſſe Auriſpę matertetę in portione relicta d. Albinæ
matri, quæ opinio videtur æquior, & rationabilior, vt ſu
perius oſtendunt. Ex præmiſſis colligitur, quod conten
ta in relatione DD. de Rota Mantuana, quibus conati
ſunt infringere priorem ſententiam latam in fauorem d.
Laudemiæ per celeberrimum Iuriſcon. auditorem ducalē
D. Nazarium Scopulum, non militant, ex quo ſuccedit
illud in caſu noſtro, quod dicit Iuriſcon. in. l. 1. in prin. ff.
de appella. quod ſententiam bene latam ſecundus iudex
in peius reformet, neque enim vtiq; melius pronunciat,
qui nouiſſimam ſententiam laturus eſt. Fuit poſtmodum
12 quæſitum, vtrum † ſententia lata contra proprietarium
conuentum noceat uſufructuario, & in hoc breuiter con-
cludendum dico, quod & ſi regula communis habeat,
quod ſententia lata contra proprietarium conuentum
noceat vſufructuario, tamen recipit ſingularem limitatio
nem, niſi vſufructuarius haberet cauſam ab alio, quam à
proprietario ſuccumbente, licet proprietarius, & vſu-
fructuarius haberent cauſam ab eodem, veluti ab vno teſta
tore, vt dicit Imo. in. l. ſæpe. ff. de re iud. quem ibi ſequitur
Alex. col. mihi. 46. verſic. Sequitur videre, quid ſi ſenten-
tia. Sed ita punctualiter contingit in caſu noſtro, quia pro
prietarius, & vſufructuarius habent cauſam ab eodem; vi-
delicet, à teſtatore, non à proprietario, & ita quo ad par-
tem D. ſolidæ non videtur dubitandum. Confirmantur
præmiſſa ex his, quæ ſcribit Matthæ. de Afflic. deciſ. 396.
In cauſa Comitis. col. 2. vbi vult, quod ſententia lata con
tra proprietarium nocet vſufructuario habenti cauſam à
proprietario, quaſi ſentiat ſecus eſſe, quando vſufructua-
rius nō habet cauſam à proprietario, & ita teneo in præ-
miſſa dubitatione.

Laus Deo.

Marcus Antonius Natta.

Finis Quarti voluminis Conſiliorum Præſtantiſſimi, ac Celeberrimi. I. V. D. Do. Marci Antonij Nattæ, Aſtenſis.

LAVS DEO.

Series chartarum.

†, A B C D E F.

Omnes ſunt quaterniones, præter F qui eſt quinternio.



P A R M Æ.

A P V D S E T H V I O T T V M.

1 5 7 6.

NATÆ
Consilia
Tom. 3.

colorchecker CLASSIC

calibrite

